OPUSCULA
GRAECORUM VETERUM
SENTENTIOSA ET MORALIA

GRAECE ET LATINE

COLLEGIT, DISPOSUIT, EMENDAVIT
ET ILLUSTRAVIT

IO. CONRADUS ORELLIUS
PAROCHUS AD TEMPLUM SPIRITUS SANCTI ET COLLEGII
CAROLINI TURICENSIS CANONICUS.

TOMUS PRIMUS.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCCXIX.

OPUSCULA
GRAECORUM VETERUM
SENTENTIOSA

SIVE

DEMOPHILI, DEMOCRATIS
SECUNDI ET SEXTI PYTHAGOREI
SENTENTIAE MORALES

GRAECE ET LATINE

DEMOCRATEM AD CODICIS MANUSCRIPTI PALATINI
RELIQUOS AD OPTIMARUM ET ANTIQUISSIMARUM
EDITIONUM FIDEM RECOGNOVIT
PLURIBUS SENTENTIIS SOCRATICIS ET PYTHAGORICIS
EX IOANNIS STOBAEI ET ALIORUM FLORILEGIIS
EXCERPTIS AUXIT
PYTHAGOREORUM AUREUM CARMEN ET SYMBOLA
DEMOCRITI PHILOSOPHI FRAGMENTA, VII GRAECIAE
SAPIENTUM ET ANACHARSIDIS SENTENTIAS, PORPHYRII
EPISTOLAM AD MARCELLAM UXOREM, NILI ASCETAE
SENTENTIAS CHRISTIANAS ALIAQUE OPUSCULA MINORA
NEC NON DIVERSORUM PARAPHRASES ET IMITATIONES HARUM SENTENTIARUM POETICAS ADIECIT, NOTIS
PRIORUM EDITORUM PARTIM INTEGRIS PARTIM
SELECTIS ALIORUMQUE UNDIQUE CONQUISITIS
SUAS ADDIDIT

IO. CONRADUS ORELLIUS

PAROCHUS AD TEMPLUM SPIRITUS SANCTI ET COLLEGII
CAROLINI TURICENSIS CANONICUS.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCCXIX.

PRAEFATIO.

Virorum eruditorum, qui Seculo XVI. rei scholasticae in Germania Helvetiaque restaurandae operam dederunt, praeclara de Graecis et Latinis literis merita vel hodie magni aestimantur dignissimisque celebrantur encomiis ab illarum literarum cultoribus doctissimis. Vix enim, quibuscunque priorum temporum institeris notis, invenies alios, quibus plus debeant ea, quae vocantur humanitatis studia, quam viris illis immortalibus, qui laudabili admodum et salutari consilio in hoc ante omnia curam suam industriamque posuerunt, ut scriptores veteres optimos et probatissimos quosque, quorum editiones rarissime antea inveniebantur in his regionibus, et ex Italicis tantum Aldorum atque Iuntarum officinis immani saepe pretio comparandae, locupletioribus solummodo usui esse poterant, novis editionibus modico aere parabilibus et omnibus, quae temporum illorum conditio, librorumque impressorum raritas patiebatur, interpretationis subsidiis instructis, publici quasi juris facerent, cunctisque adeo istarum literarum amantibus ad purissimos illos et affluentissimos verae humanitatis doctrinaeque multifariae fontes aditum expeditiorem redderent. Verum ne hoc quidem labore arduo sane magnoque contenti, fecerunt amplius, et, quod hodie rarissime factum merito dolemus, minora etiam sapientiae veterum monumenta, quae gemmarum ad instar breviore gyro res continebant quan-

tivis pretii, ea inprimis, quae facerent ad animos boni pulchrique (τῆς καλοκἀγαθίας, ut Graecorum vocabulo utar) amore imbuendos, vel e bibliothecarum adytis deprompta, vel hinc inde variis in libris dispersa in unum colligentes tanquam aureos torques gemmatosque tradiderunt adolescentibus ipsorum institutioni commissis, atque adeo hac ratione quibuscunque cum eruditionis verae solidaeque tum virtutis honestatisque studio flagrantibus locupletissimos aperuerunt humanitatis thesauros. Quid quod et pulcherrimos quosque veterum scriptorum locos sententiasque egregias vel orationibus disertis exornantes, vel commentationibus doctis illustrantes, vel adeo versibus reddentes elegantissimis eo altius firmiusque imprimebant discentium animis: qua in re ex nostrae aetatis hominibus imitatores invenerunt sane quam paucissimos.

Inter hos viros, quorum de literis humanioribus merita nulla delebit temporum longinquitas, praeter tres illos coryphaeos, Desiderium Erasmum Roterodamum, Philippum Melanchthonem et Conradum Gesnerum, patriae nostrae insigne decus et verissimo nomine Plinii Helvetiorum nuncupatum, maxime excelluerunt duumviri doctissimi, Joachimus Camerarius Papenbergensis et Michael Neander Soraviensis, quorum, prioris Libelli Scholastici, Gnomologici, Politici, Hippocomici, alterius Opus sic dictum Aureum et Scholasticum vel hodie in existimatione sunt apud eruditos, et, si quando in auctionibus venales prostant, ob eximiam cum praestantiam tum raritatem magno saepe pretio veneunt. Quod Neandri opus cum ante biennium aliud agens pervolvissem, illico viri egregii exemplo incitatum me sensi ad simile quid moliendum novamque prioribus multo locupletiorem et quam fieri liceret plenissimam collectionem parandam Opusculorum Sententiosorum et Moralium variis in libris dispersorum et per omnes fere Graecae linguae aetates cum adeo-

rum cultoribus tum ab auctoribus Christianis et antiquis Ecclesiae patribus conscriptorum, eorum videlicet, quae scripta essent sermone pedestri, quatuor vel quinque voluminibus comprehensam et necessariis criseos aeque ac interpretationis subsidiis instructam. Cujus collectionis primum jam tibi volumen offero, lector benevole, paucis te docens, quid in eo sit praestitum quibusque in eo parando usus fuerim cum Codicum Manuscriptorum tum editionum priorum aliorumque librorum praesidiis.

Agmen ducit Demophilus, incertae aetatis collector similitudinum aeque ac sententiarum Pythagoricarum, quem cum Democrate et Secundo primus e tenebris eruit edíditque e Codicibus Vaticanis et aliis Lucas Holstenius Romae 1638. duodenis: quae editio deinceps aliquoties repetita est, novissime cum Holstenii notis suisque et nonnullis Codicis Gudiani in Secundum additamentis a Jo. Adamo Schier Lipsiae 1754. 8. inserta etiam est Thomae Galei collectioni Opusculorum Mythologicorum, Physicorum et Ethicorum Cantabrigiae 1671. et Amstelaedami 1688. excusae. Haec autem Demophili collectio compendium esse videtur collectionis locupletioris multo, qua, in Aristonymi fortasse tomariis contenta, usi olim fuere Joannes Stobaeus, Antonius Melissa et Maximus monachus, qui ex ea haud paucas similitudines Pythagorae, Socratis, Plutarchi aliorumque nominibus inscriptas inseruerunt Florilegiis suis. Quamobrem operae pretium duxi singulas similitudines, quae in amplissimis istis collectaneis continentur, excerpere, addereque Demophileis: Plutarcheas vel potius illius, sed falsissime, nomen ferentes, cum extremum volumen editionis Wyttenbachianae, quo continentur, adhuc desideraretur in bibliotheca nostra civica, tandem iis, quae Hutteni editio exhibet, contentus, tanquam supplementum rejeci ad calcem hujus voluminis. In explicandis illis sententiis, adhibui praeter

varios libros virorum doctorum, qui *ἐν παρόδῳ* et aliud agentes nonnullas illustrarunt, inprimis Strothii Chrestomathiam earum delectum exhibentem, et versionem Francogallicam Levesquii sic inscriptam: *Sentences de Théognis, de Phocylide, de Pythagore, et des Sages de la Grece, recueillies et traduites par M. Levesque; Paris, chez Didot* 1785. *in* 12.

Demophili similitudines ac sententias excipiunt aliae sententiae Pythagoricae. Harum duplex exstat collectio, utraque libris rarissimis adnumeranda, prior sic inscripta: *Pythagorae Fragmenta, quae ad nostram aetatem pervenerunt, nunc primum e diversis auctoribus tam sacris quam profanis collecta et conjunctim in lucem edita studio et opera Joachimi Zehneri, Lipsiae apud Thomam Schurerum* 1603. octonis, altera Conradi Rittershusii, tanquam singularis libellus, ad calcem addita illius editioni Malchi sive Porphyrii de vita Pythagorae, Altdorfii anno 1610. excusae. Quarum, dum in edendis explicandisque his sententiis occupatus essem, priore tantum uti licebat, donec et Rittershusianam, multo labore conquisitam, ab amico quodam commodatam acciperem, unde sententias breviores, quae in Zehneri collectione desiderantur, ad hujus voluminis calcem excerptas dedi, reliqua autem Fragmenta Pythagorica reservavi volumini secundo, quod inter alia continebit Archytae et aliorum Pythagoreorum Fragmenta Moralia, cum ea quae Thomas Galeus inseruit Opusculis suis Mythologicis, tum alia etiam a Jamblicho, Stobaeo aliisque servata.

Aureum carmen Pythagoreorum, tanquam a consilio et instituto collectionis nostrae non poetica sed prosaica tantum continentis alienum, primo omittere in animo erat: at vero reputans, carmen hoc haud minimi momenti esse ad intelligenda cum reliqua praecepta tum inprimis symbola Pythagorica, recepi illud e recensione Brunckii, cum duabus versionibus metricis, prima

Viti Amerbachii, altera Henrici Smetii in collectione Rittershusiana contenta. Adjeci etiam cum varietatem lectionis ex editione Glandorfii excerptam, tum annotationes paucas quidem sed doctissimas G. H. Schaeferi Viri Clarissimi editioni Poetarum Gnomicorum Brunckianae novissimae Lipsiae anno 1817. excusae additas. Plura, inprimis accuratiorem illius carminis interpretationem si qui desiderent, hos ablego cum ad editiones Schierii, Glandorfii et Fabri d'Olivet necessariis interpretationis subsidiis satis superque instructas, tum ad novam, quam ipse, deo volente, paraturus sum, editionem aurei Hieroclis commentarii in versus aureos.

In symbolis Pythagoricis, quorum collectionem dedi prioribus haud paulo pleniorem, illustrandis et explicandis, praeter Jamblichi et Porphyrii scripta Pythagorae cum vitam tum doctrinam exponentia ex editione novissima Kiesslingii Viri Doctissimi et Desiderii Erasmi Adagiorum opus, usus sum inprimis Lilii Gyraldi commentario in haec symbola in ejus Operibus Lugduni Batavorum anno 1696. editis contento, nec non Dacerii libro inscripto: *Bibliotheque des anciens Philosophes Paris* 1771. duobus voluminibus octonis. In usum quoque vocavi, quae recentiores quidam, v. c. Meinersius in l. t. *Geschichte der Wissenschaften in Griechenland und Rom*, Fridericus Creuzerus V. S. in praestantissimo opere inscripto: *Symbolik und Mythologie der alten Völker*, aliique attulerunt ad illustranda haec aenigmata.

Sequuntur Democratis vel potius Democriti sententiae. Nam ipsius philosophi Abderitae Fragmenta esse tantum non omnia, quae nomine Democratis inscripta leguntur in collectionibus Holstenii et Galei, nemo facile inficias ibit, quisquis sententias hasce penitius consideraverit. Videlicet scribendi genus, orationis colorem, dialectum Ionicam, ipsorum denique praeceptorum brevitatem et praestantiam quod attinet, pleraque

illorum cum reliquis Democriti Fragmentis ab Henrico Stephano collectis adeo congruunt, ut ovum ovo similius reperire vix possis. Quid quod Stobaeus etiam, qui illarum sententiarum plerasque in Florilegium suum recepit, omnibus Democriti nomen adscripsit, adeo ut verosimillimum sit, Democratis nomen, quod cum Codices Manuscripti praeferunt, tum Antonius et Maximus citant, vel nomen fuisse collectoris, non auctoris, harum sententiarum, vel corruptum esse ex nomine Democriti. In his sententiis Democrateis maximopere mihi profuit Codex MStus Palatinus, asservatus in Bibliotheca Universitatis Heidelbergensis, cujus Codicis Fridericus Creuzerus, vir doctissimus et multis nominibus mihi laudandus, certior factus de consilio meo novam ejus Opusculi editionem parandi, pro insigni sua humanitate benevole mecum communicavit collationem accuratissime factam a juvene erudito Christiano Felice Baehr, Seminarii Philologici Heidelbergensis sodali, hac illius Codicis adjuncta notitia. „Codex Palatinus bombycinus No. 356. qui Democratis et Democriti sententias continet, multa praeterea habet haud spernenda, „praecipue Epistolarum atque Sententiarum ex genere: „quae omnia cum accuratius enarraverit Wilkenius in „libro, qui inscribitur: *Geschichte der Heidelbergischen Büchersammlung. Heidelb.* 1817. pag. 287 seq. „nolim hic repetere. Unum monebo, quod a Wilkenio „V. D. omissum video, post No. 45. (vide l. l. p. 288.) „in Codice sequi sententias selectas Democriti, Epicteti „aliorumque sapientum, atque deinde selecta divinorum Patrum et ex Novo et Antiquo Testamento. Est „vero hic Codex iis, qui Codices tractare jam didicerint, „sic satis commode scriptus, quamquam nonnullis in „locis, potissimum propter scribendi compendia, quibus haud raro utitur, difficultatem exhibeat. Accedit, „quod subinde literae sunt obliteratae et evanidae, atque etiam chartae laceratae et mancae. Aetatem hujus

„libri quod attinet, minime quidem, quantum ego in-„telligo, aequare ille videtur alios Codices, qui hic as-„servantur (ut Plutarchi Codices aliosque), in reliquis „tamen excellere: id quod praeter alia multa inpri-„mis characterum ductus atque scribendi compendia ar-„guunt.“

Haec Baehrius. Hujus itaque Codicis collatione alisque praesidiis adjuto sententiarum, quae Democratis nomen ferunt, novam plane recensionem dare mihi licuit, cum restituto Ionismo, qui in Holstenii editione saepissime in communem dialectum mutatus est, correctiorem, tum etiam tribus quatuorve sententiis, licet iis corruptissimis, auctiorem.

Sententiis hisce Democratis vel Democriti addidi et reliqua, quotquot reperiri poterant, Democriti Fragmenta moralia, vere aurea, a Stobaeo aliisque servata, cum versione latina partim Conradi Gesneri, partim Th. Stanleji, praeter ea, quae jam Henricus Stephanus Poesi suae Philosophicae ad calcem adjecerat, ex aliis scriptoribus, inprimis Antonii et Maximi collectaneis, ad numerum 182 adaucta, cum Stephani collectione tantum 115 continerentur. In his Fragmentis ex parte corruptissimis restituendis insignem mihi operam navavit patruelis meus amicissimus, Casparus Orellius, Professor tum Rhaeto-Curiensis, jam vero post obitum Clarissimi Hottingeri ad Eloquentiae et Hermeneutices in gymnasio Turicensi docendae munus vocatus, vir cum editione sua duplici orationis Isocrateae περὶ τῆς ἀντιδόσεως, tum aliis libris, quibus literas Graecas Latinasque, maxime vero Italicas illustravit, haud vulgare inter eruditos nomen adeptus, qui benevole mecum communicavit conjecturas suas et emendationes in Fragmenta quaedam corruptiora, quas singulas suo loco annotationibus meis inserui. Etiam Physica Democriti Fragmenta non plane negligenda duxi: recepi itaque ea saltem, quae continebat Henr. Stephani collectio, sed

cum aliena essent a nostrae collectionis instituto, versionem latinam nullam addidi adnotationesque perpaucas, eas tantum, quae inter legendum illico se mihi offerebant.

Democriteas sequi jussi sententias et apophthegmata VII illorum, quos κατ' ἐξοχὴν Sapientum nomine decoravit Graecia. Horum triplex collectio jam ex antiquitate aetatem tulit, prima Demetrii Phalerei nomine inscripta (verene an falso, alii viderint), quam servavit nobis Stobaeus Capite IV. περὶ φρονήσεως, altera brevior Sosiadae cujusdam ab eodem Stobaeo servata eodem Capite, tertia denique e Codice aliquo antiquo edita ab Aldo Manutio cum Theocrito, Theognide et aliis anno 1495. cujus libri rarissimi exemplar asservatur in Bibliotheca Turicensium civica. Sed praeter has collectiones antiquas aliae etiam eorundem sententiae dispersae leguntur apud Diogenem Laertium, Plutarchum, Stobaeum, Antonium et Maximum aliosque, quas ex parte collegit, latina interpretatione et notis eruditis illustravit Leonhartus Lycius, vir perquam doctus et optimus ante Casaubonum Theophrasti interpres, in libello admodum raro, cujus titulus hic est: *Praecepta vitae honestae et laudatae, breviter et commode pronuntiata a septem praestantissimis viris, qui, cum uno tempore in Graecia viverent, et habiti et vocati fuere sapientes; opera Leonhardi Lycio latine versa et breviter explicata. His adjunctus est libellus Dionis Prusaensis valde utilis et bonus, de non temere credendo, a Joachimo Camerario versus et explicatus. Lipsiae in officina Ernesti Voegelini* 1562. qui libellus in meo saltem exemplari tanquam altera pars adjectus est ejusdem Lycii editioni Characterum Theophrasti Lipsiae eodem anno impressae, de qua talium rerum intelligentissimus arbiter Jo. Frid. Fischerus ὁ μακαρίτης in praefatione ad suam editionem Theophrasti hoc tulit judicium: „Leonhartus Lycius, Francus,

„fuit tum (cum Theophrastum ederet) magister Godfridi Camerarii Joachimi filii, cui inscripsit editionem, „octonis, sed ita, ut adjecerit non solum versionem latinam novam, verum etiam animadversiones vel criticas vel historicas. Quae etsi unam modo plagulam „et dimidiam complent; tamen magna in iis comparet „et ingenii felicitas et doctrinae ubertas atque copia auctoris; quem fere in omnium hodie ignoratione versari, ut multos alios de literis bonis egregie meritos „viros; quis miretur? quum pauci reperiantur, qui „libros Graecos et Latinos legant: quum nunc vernaculi tantum scriptores floreant, omniumque ore et sermonibus celebrentur: quibus tamen valde vereor ne „brevi idem accidat, ut adeo nomina eorum etiam inter „suos populares ignorentur." Haec Fischerus, cujus judicio equidem toto animo subscribens, indignumque existimans nomen atque memoriam viri de literis humanioribus bene meriti oblivione deleri, Lycii adnotationes in has VII Sapientum sententias, cum bonae frugis plenae eademque laude, qua notae ipsius ad Theophrastum, dignae visae essent, integras recepi meisque observationibus inserui. Usus sum etiam editione perrara Othm. Luscinii (*Nachtigall*), qui collectionem Aldinam cum versione latina satis misera repetiit in libello sic inscripto: Collectanea sacrosancta graece discere cupientibus non aspernanda, Argentorati ap. Jo. Schottum 1515. forma 4ta, et alia interpretatione latina multo meliore Desiderii Erasmi contenta in l. t. *Praecepta Moralia. Mimi Publiani, Catonis Disticha* etc. Basileae 1521. quaternis. At vero cum sententiae eorundem non paucae hinc inde dispersae Lycii fugissent diligentiam, has ex variis scriptoribus collectoribusque, inprimis ex Anthologia epistolarum et sententiarum Patavii 1710. duodenis edita aliisque libris excerptas addidi, haud neglectis etiam Anacharsidis et Mysonis, qui iisdem VII Sapientibus a nonnullis adnumerantur, sententiis et

apophthegmatis, quotquot apud Laertium, Stobaeum aliosque reperiri poterant.

Qui excipit hos VII Sophos, Secundus philosophus, heu quantum hic distat ab illis, homo ineptissimus a sapientissimis! Cujus sententias sic vocatas, si diis placet, vel potius comparationes aut definitiones rerum naturalium aliarumque absurdissimas plerumque et plane ridiculas libens equidem ex hac collectione exulare jussissem, nisi rationem habendam censuissem redemptoris honestissimi, qui putabat, haud paucos scriptorum veterum vel lectores vel coemtores gravate laturos esse, si aliqua, quae in prioribus collectionibus Holstenii, Galei, Schierii etc. contenta fuissent, in nostra desiderarentur. Cumque attentius philosophastrum illum perlegens nonnulla animadvertissem, quae ad graecitatem in deterius vergentem accuratius cognoscendam haud levissimi momenti essent, istis quoque sententiis, tum vitae Secundi a Schierio e Codice Gudiano descriptae, insulsae plane ac barbarae, illustrandis aliquam operam navavi, additis tribus versionibus latinis antiquis, quarum duas priores jam Galeus receperat, tertia praeter Secundi aliorum etiam et quidem melioris notae comparationes continens, inscripta: *Altercatio Hadriani Augusti et Epicteti philosophi*, annexa legitur variis Enchiridii Epictetei editionibus, emendatius vero edita est a Jo. Alb. Fabricio in Bibliotheca Graeca Tom. XIII. pag. 557 seqq.

Secundo, inepto homini, cum Galeo comitem dedi virum sanctissimum et sapientissimum, Sextum, sive, ut alii volunt, Sixtum vel Xystum, utrique rationibus usi a vero haud plane abludentibus. Res scilicet ita se habere videtur. Sextus quidam (quem Saxius in Onomastico literario pag. 333. aequalem facit Tiberio Augusto) philosophus Stoicus et Pythagoreus (minime confundendus cum Sextio illo, quem Seneca Epist. LIX. laudat tanquam *virum acrem, Graecis verbis, Romanis mo-*

ribus philosophantem) edidit vel collegit potius veterum Pythagoreorum morales sententias. Quas cum sanctissimas piissimasque, adeoque (praesertim cum in illis summi numinis nomen usurpatum esset ubique singulari in numero, quasi de deo uno veroque sermo sit) non deorum cultore, sed Christiano homine dignissimas cognovisset, Sixtus sive Xystus, homo Graecus et Atheniensis, utque traditio fert, ex Philosopho Episcopus Romanus, secundus hujus nominis, Stephani anno Christi 257. in sede Apostolica successor, (Vide Schroeckhii Hist. Ecclesiast. Tom. IV. pag. 225 seqq.) has sententias, intermixtis aliis permultis cum e sacra scriptura, tum ex antiquioribus ecclesiae patribus, inprimis Clemente utroque et Romano et Alexandrino aliisque petitis, fortassis et suis quibusdam, omissis contra, quae rationibus suis minus essent accommoda, tanquam Opusculum more Christianum Graece publicavit sub titulo: *Ἐγχειρίδιον Σέξτου* vel *Σίξτου*, nam utrumque nomen ocurrit apud Joannem Damascenum, qui ex eo pauca quaedam excerpsit in Parallelis sacris. Antonius autem et Maximus usi videntur pleniore Sexti Pythagorei collectione, sententias quasdam adferentes, quae in hoc Enchiridio desiderantur. Hanc itaque Sixti Pontificis collectionem deinceps latine reddidit Rufinus, presbyter Aquilejensis, versionibus latinis Patrum Graecorum, v. c. Eusebii, Origenis aliorumque clarus, in usum amici sui Aproniani ejusque sororis vitam monasticam amplectentium rebusque mundanis valedicentium, titulumque inscripsit *Annuli aurei.* Sed verum vidisse Galeum et Fabricium, quibus adstipulatur et Christ. Saxius, contra Urbanum Siberum, has sententias ad unam omnes Sixto II. Romano Pontifici vindicantem, argumentis firmissimis probantes, fundum illarum sententiarum esse non Christianum, sed Pythagoricum, hoc luce clarius facit praeter Demophilum, apud quem duodecim circiter harum sententiarum Graece leguntur,

Porphyrius maxime, acerrimus ille Christianorum hostis, qui in novissime reperta ad Marcellam uxorem epistola sententias centum et amplius graecas exhibet, omnes a Rufino latine versas. Hujus vero Enchiridii Rufiniani in Codicibus MStis exstat recensio duplex, una stilo inculto prorsus et horrido scripta, qui videtur ipsius esse Rufini textus, quem sequuntur Erasmus, Siberus et alii, altera autem comptior haud paulo et elegantior, qua usi sunt Thomas Galeus et Joannes a Fuchte, qui Xysti philosophi, Laurentii Pisani et Thalassii Episcopi sententias conjunctim edidit Helmstadii 1615. octonis. Nos, praemissis paucis Graecis Sexti sententiis, ab Antonio potissimum Maximoque servatis, Enchiridii Rufiniani textum dedimus Galei, varietate aliarum editionum adnotata in Animadversionibus nostris, in quibus cum ex amplo Urbani Siberi commentario, quae lectoribus usui esse poterant, excerpsimus, tum alia, quae explicatione aliqua indigere viderentur, pro virium modulo ipsi illustravimus, comparata in singulis fere sententiis Porphyrii ad Marcellam epistola. Sexto ob argumenti similitudinem adjunximus Pseudo-Senecam, vel potius Martinum Episcopum Braccarensem, qui circa annum Christi 560. claruit, (Vide J. A. Fabricii Biblioth. Lat. Tom. II. pag. 118. ed. Ernesti) cujus libellum de moribus, quoniam Pythagoricas quasdam aliasque sententias ex scriptoribus deperditis petitas continere videbatur, dedimus, usi editione ejus triplici, prima Desiderii Erasmi, annexa ejus editioni Operum Senecae philosophi, altera, quae inserta est Bibliothecae S. Patrum maximae Lugduni impressae, tertia tandem in editione perrara Paraeneseos Isocratis cum Agapeto et aliis publicata Genevae apud Jo. Tornaesium 1610. duodenis.

Sequitur Porphyrii Epistola ad uxorem Marcellam, qua illam peregre abiens hortatur ad philosophiae Pythagoricae et virtutis studium; quod ob sententias vete-

rum Pythagoreorum praestantissimas, quibus tanquam gemmis distinctum est, pretiosissimum ἕρμαιον novissime repertum in Codice antiquo Bibliothecae Ambrosianae Dionysii Halicarnassei Supplementa Historiarum aliaque continente e tenebris eruit primusque edidit Angelus Majus, vir in legendis et explicandis Codicibus antiquis peritissimus, una cum Philonis Judaei libello de virtute Mediolani 1816. forma octava. De quo opusculo propter (sententias illas si exceperis) scabrum prorsus et horridum dicendi genus haud raro difficili et obscuro, pluribusque in locis misere depravato, optime meruit patruelis noster supra laudatus cum conjecturis suis contentis in censura hujus editionis Ephemeridibus literariis Jenensibus inserta, tum aliis benevolentissime mecum communicatis. Versionem Angeli Maji properante nimis calamo factam retinuimus quidem, sed ejus vitia, quae nec pauca erant nec levia, in notis correximus. Addidimus etiam Fragmentum Porphyrii poeticum ab eodem Majo inventum, omnia ipsius, et Caspari Orellii annotationibus, nostrisque qualibuscunque illustrata.

Post Porphyrium posuimus Nili Episcopi et Martyris sententias, sive Capita Ascetica, tribus eorum editionibus usi, prima Jacobi Grynaei in Monumentis S. Patrum Orthodoxographis editis Basileae 1569. in folio, altera Michaelis Neandri in ejus Opere Aureo et Scholastico Lipsiae apud Voegelinum 1577. excuso, tertia denique Stephani Schoningii cum Agapeto et Aristotelis de virtutibus et vitiis libello Franequerae 1658. octonis. Nam Christianos scriptores haudquaquam e collectione nostra exterminandos putavimus, nil morantes judicia hominum quorundam delicatulorum, qui Graecos scriptores Latinosque, eos adeo, qui sunt infimi ordinis et levissimae notae, Phlegontes Trallianos, Charitones, Himerios, Frontones, Symmachos, dummodo deorum falsorum, non autem unius dei verique

cultores fuerint, maximi facientes et coementes cupidissime, Patrum Ecclesiasticorum vel aliorum Christi cultorum scripta contemnunt, illecta reponunt, imo ludibrio habent, quasi Christianum fuisse et barbarum unum idemque sit. Quin potius judicio Censoris Arnobii nostri Jenensis intelligentissimi, de neglectu Patrum ecclesiae tot res egregias lectuque dignissimas, imo ex reconditioris doctrinae thesauris petitas continentium, graviter conquesti, toto animo nostrum addentes calculum, constituimus, quantum in nobis esset, illos ab eo, quem minime merentur, vindicare contemptu, singulis hujus collectionis voluminibus addentes aliqua saltem Christianorum scriptorum opuscula, talia scilicet, quae ad mores emendandos facerent.

Ipsum Nilum quod attinet, cum ex Antonii et Maximi Collectaneis, tum praecipue e Joannis Damasceni Parallelis sacris, quorum usus sum editione Lequiniana omnium plenissima, Sententias ad numerum 346 adauxi, cum editiones, quas supra memoravi, habeant solummodo 229, addidi etiam, praeter versionem Neandri ex Schoningiana aliquibus in locis emendatiorem, paraphrasin metricam Michaelis Toxitae elegantissimam, cujus libelli perrari titulum vide pag. 376., quae paraphrasis incipiens a Sententia 25. pertingit ad finem usque collectionis Neandri, sive priores 24 Sententias in Codice suo non legerit Toxites, sive, quod credere malim, tanquam spurias et aliunde adsutas rejecerit, quod de quibusdam, e. c. Sententia 2. et 6., quae legebantur supra inter Pythagoreas, omnino verissimum est. In Nilo illustrando, qui haud pauca habet ex antiquitatibus ecclesiasticis explicanda, maximopere mihi profuit Jo. Caspari Suiceri nostratis Thesaurus Ecclesiasticus e Patribus Graecis. Sed plura alia restabant labore haud parvo aliunde conquirenda.

Agmen denique claudunt Opuscula quaedam minora, ut Gregorii Nazianzeni Monosticha Iambica per

Alphabetum, Sententiae variorum de invidia ab Aldo Manutio cum VII Sapientum Apophthegmatis e Codice aliquo antiquo editae, adjectaeque Theognidi, Theoctisti Sententiae editionibus Stobaei a Conrado Gesnero curatis ad calcem additae, tandem, ut diximus, Supplementa cum Similitudinum Plutarcho adscriptarum, tum Sententiarum Pythagoricarum e Conradi Rittershusii collectione, adjuncta vita brevi Pythagorae a Joachimo Zehnero e variis scriptorum veterum locis consarcinata. Minime etiam negligendas putavi virorum quorundam doctissimorum cujuscunque confessionis, qui Seculo XVI et post effloruerunt, Camerariorum, Geleniorum, Baldaeorum etc. versiones vel imitationes poeticas sive integrorum opusculorum, sive sententiarum quarundam eximiarum, ut adolescentes nostri ad altiora tendentes, si vel egregia illa verae eruditionis et solidae exemplaria imitari et assequi desperaverint, habeant saltem, quod admirentur, legantque cum summa et utilitate et voluptate.

Isthoc autem primum nostrae collectionis volumen, si deus optimus maximus vitam viresque concesserit, temporis spatio, quam fieri licet brevissimo, sequentur alia quatuor, ex quibus secundum continebit Pseudo-Isocratis Paraenesin ad Demonicum, Cynicae philosophiae principum, Antisthenis, Diogenis, Cratetis, Monimi et Demonactis, Sententias et Apophthegmata, Archytae aliorumque Pythagoreorum fragmenta moralia Dorico sermone conscripta multoque auctiora iis, quae habet Galei collectio, Sexti Disputationes Antisceptticas, Eusebii Philosophi fragmenta Ionica a Stobaeo servata, Aristippi aliorumque Hedonicorum sententias, exceptis Epicureis, quas peculiari libello dare in animo est, Apophthegmata variorum ex Serini et Aristonymi scriptis a Stobaeo excerpta, Amphilochii Epistolam ad Seleucum de recta vitae ac studiorum institutione, aliaque nonnulla Christiana Opuscula.

Tertium volumen complectetur ante omnia Stoicorum, Zenonis et Chrysippi, Sententias morales et Apophthegmata, Phavorini, Musonii, Teletis, Junci, Hieracis aliorumque Fragmenta, cum ea, quae Stobaeus servavit, tum alia, quae Wyttenbachius vir summus ex antiquis Codicibus anecdota edidit in praestantissimo opere Miscellaneorum πολυμαθείας, Claudii Galeni libellos vere aureos de cognoscendis et corrigendis cum affectibus tum vitiis animi, Andronici Rhodii Opusculum περὶ παθῶν, Aristotelis, Philonis Judaei, Gemisti Plethonis et Incertorum quorundam libellos de virtutibus et vitiis, Nili tractatum de octo vitiis, Maximi confessoris sententias aliaque.

Quarto tandem et quinto volumini destinata sunto Praecepta veterum ad reges civitatumque principes et eorum subditos, scilicet Isocratis Orationes II Nicocleae, Pythagoreorum Fragmenta Politica et alia quaedam Excerpta ex Stobaei Capitibus de Rege, Republica, Legibus etc. porro scriptorum Christianorum Opuscula quaedam huc spectantia, Synesii liber de Regno, Agapeti Diaconi Scheda regia, Theophylacti, Bulgariae Episcopi, Institutio Regia, Imperatorum Orientis, Basilii Macedonis, Constantini Porphyrogennetae et Manuelis Palaeologi, Praecepta ad filios, Pilpaii, philosophi Indi, liber *Kelila Damna* ex versione Graeca Simeonis Sethi inscriptus Στεφανίτης καὶ Ἰχνηλάτης, tandem, qua claudetur tota collectio, Chrestomathia e Confucii, Sinarum philosophi, sententiis e versione latina Coupleti et Noeli, Patrum societatis Jesu, omnia aliorum partim integris, partim selectis nostrisque animadversionibus illustrata.

Cumque haec collectio major, locupletioribus tantum destinata, pretiosior sit, quam ut a quibuscunque Graecarum literarum cultoribus comparari possit, pauperiorum etiam rationibus consultum ire studebo, daturus aliquando collectionem breviorem forma minore,

(quae, omissis reliquis, continebit tantum Sexti sententias e Porphyrii Epistola aliisque libris excerptas, Demophili et reliquorum cum Pythagoreorum tum Socraticorum sententias et similitudines, Democratis sententias, Democriti Fragmenta et Apophthegmata VII Sapientum cum Isocratis, quae fertur, Paraenesi ad Demonicum,) instructam notis brevibus criticis et difficiliorum vocabulorum Glossario.

Denique non possum non gratissimo animo commemorare G. H. Schaeferi, Viri doctissimi et de prioribus meis in hoc literarum genere speciminibus meritissimi, eximiam curam ac diligentiam in purgando et emaculando hoc primo volumine a vitiis typographicis.

Vale, benevole lector, et nostris laboribus fruere.

Scribebam Turici Helvetiorum
15 Aprilis 1819.

NOTITIA LITERARIA
DE
SECUNDO, DEMOPHILO, DEMOCRATE
ET
SEXTO PYTHAGOREO

Ex Jo. Alb. Fabricii Bibliotheca Graeca Lib. II. Cap. XIII.
(Tom. I. pag. 866 seqq. ed. Harles.)

Secundus Atheniensis, Herodis Sophistae magister, sub Adriano Imp. clarus, a Vincentio Bellovacensi XI, 70. Speculi historialis traditur Pythagoricam vitam duxisse, et omni tempore silentium servasse. Ravisius Textor in Officina auctorem, nescio quem, Diogenem vel Diogenianum laudans p. 1320. „Secundus philosophus cum matri nescienti, esse filium, se commiscuisset, et illa, facto cognito, sceleris horrore intulisset sibi mortem, ipse quoque cum incestus poenitentia, tum dolore maternae mortis aeternum tacuit, ut ulcisceretur vocem, qua in concubitu matri innotuerat." Fertur narratiuncula MS. ejusdem argumenti graeca scriptore anonymo, cujus et ipse apographon possideo, in qua perinde ut apud Vincentium subjungitur, Secundum hunc frustra ab Adriano imp. etiam mortis injecto per spiculatorem metu sollicitatum ad loquendum, denique ad quaesita ejus scripto respondisse. [1]) Nihil ejusmodi de hoc Secundo legas apud Philostratum, qui de illo agit lib. I. Sophist. pag. 543. [2]), et, quod fabri filius esset, ἐπίθυ-

ρον vocatum testatur, pro quo ἐπίουρον [3]) legunt Meursius VI, 9. Attic. Lect. idem in Critico Arnobiano p. 109. Salmas. ad Solinum p. 775. Bochartus in Geographia S. p. 718. et Holstenius in praefat. ad Secundum, facili e Suida emendatione, apud quem et ipsum altum est de fabula illa silentium; contra non levis occurrit error, quod Secundum hunc cum Plinio Secundo confundit. Sed propemodum assentior Meursii conjecturae, qui negandi particulam in Suidae codicibus excidisse putat [4]), legitque οὐχ ὃς ἐχρημάτισε Πλίνιος, ut paullo post Ἡρώδου pro alieno ac vitioso Ἡροδότου. Quanquam certum est, hunc errorem erratum etiam ab aliis, quandoquidem in editionibus quibusdam sententiarum Secundi, ut Monasteriensi an. 1597. [5]), quam in sua Notitiae dignitatum Imperii editione Paris. 1651. 12. ab hoc tamen errore immunis secutus est Philippus Labbeus, hunc videas titulum praefigi: Altercatio Hadriani Imp. et Plinii Secundi. Ceterum responsa Secundi Atheniensis ingeniosa et aenigmatica graece et latine primus e bibl. regis christianissimi in lucem edidit Lucas Holstenius cum Sallustii philosophi libello de diis, Demophili [6]) similitudinibus et sententiis elegantissimis ἐκ τῶν Πυθαγορείων, (quas βίου θεραπείαν sive Vitae curationem inscripsit auctor) et Democratis [7]) philosophi vere aureis sententiis, sententiisque non minus egregiis Sexti Pythagorei, sed his quidem postremis ex sola, quae aetatem tulit, Rufini versione Rom. 1638. 12. Lugd. Bat. 1638. 12. et in Opusculis mythologicis, ethicis et physicis junctim editis a Th. Galeo Cantabrig. 1670. 8. et Amst. 1688. 8., in qua posteriore editione Holstenii praefatio ad Carolum et Maphaeum Barberinos, et praefatio ad Lectorem desideratur, ex qua discas, Demophilum e Vaticana, Democratem e Barberina depromsisse bibliotheca, Secundi vero sententias vel potius aenigmata verum existimasse et genuinum sophistae illius arguti et βραχυλόγου foetum, de quo

post Antonii, inquit, et Vincentii Testimonia dubitare non licet. (Demophili, Democratis et Secundi sententias, cum vita Secundi, antea non edita, ex apographo Gudiano codicis Medicei, edidit Jo. Adam Schier Lipsiae 1754. 8. Adde Fabric. infra vol. XIII. lib. 6. cap. 10. pag. 643 sq.) Similes ingeniosae definitiones ex Antonio Chapuis leguntur in A. Verderii Bibl. gallica pag. 54 sq. Plures e veteribus scriptoribus collegit Fridericus Lindenbrog. in libro, qui MS. est in bibl. Joannea Hamburgensi.

Observo interim, Antonium Melissam [8]) longe alium codicem sententiarum Secundi habuisse, quam Holstenius. Eadem autem descriptio mulieris, quae ex Secundi ore apud Antonium exstat, a Lambecio e Codice Caesareo producitur lib. VII. p. 270. (pag. 579. edit. Kollar.). Diversa ab Holstenii pariter et Antonii est in Codice Gudiano in plurimis ab Holsteniana editione discrepante, cujus apographum servo [9]), et ex illo nihil aliud in praesenti produco, quam hanc monachi descriptionem, ab Holstenio vel non inventam, vel, quod auctorem neutiquam habere potest Philosophum istum Secundum, ab eo praetermissam: *Τί ἐστι Μοναχός; Θάνατος πολούμενος, ἀγωνοθέτου θυμός, γαστριμαργίας ἐπιθυμία, τύχης παράπτωμα, ὀξὺς θάνατος, περισαλπιζομένη μοῖρα, παραμένων μόρος, κακὴ νίκη.* Quam varii olim circumlati sint responsionum Secundi codices, videre etiam licet ex Vincentio supra laudato XI, 71. Speculi historial., ex auctore semibarbaro operis de vitis philosophorum Cap. 119. et e Caspare Barthio XV, 17. Adversar., si vel inter se, vel cum graecis codicibus conferantur. Vide etiam, si placet, Ionsium pag. 278. Itaque si quid argutiarum et ingenii veteris illius Secundi in his sententiis, quod non negaverim, superest, valde tamen interpolatas ad nos pervenisse manifestum est. (Quae etiam est sententia Bruckeri.) Alias praeterea ab editis Democratis sententias exstare in Caesareo codice, refert Lambecius lib.

III. p. 39. Nonnullae etiam sententiae eaedem jam sub Demophili, jam sub Democratis, jam sub Sexti leguntur nomine; quaedam alibi tribuuntur ipsi Pythagorae, ut apud Stobaeum haec non indigna tanto philosopho: *Μεγάλης ἐστὶ παιδείας τὸ ἀπαιδευσίαν δύνασθαι φέρειν*, quae inter Demophili gnomas litterarum ordine dispositas est duodevicesima, inter gnomas Sexti ducentesima septuagesima quinta. In Isaaci quoque Vossii bibliotheca illae sententiae exstiterunt in membranis scriptae, e quibus novam earum editionem accuratiorem cum Jamblicho adornare volebat praestantissimus Galeus, his et aliis laudatissimis conatibus immortuus. (In catal. bibl. Lugd. Bat. p. 395. n. 13. inter Vossianos codd. occurrunt Gnomae electae ex Democrito aliisque philosophis, poetis et rhetoribus. Num hae sint membranae a Fabricio memoratae, equidem nescio. Harl.)

Sextus sive Sixtus, cujus sententias ex Rufini versione latine tantum et ab interprete fortean hinc inde (aut potius, judice Tiedemanno l. c. p. 211., omnes a christiano quodam homine) interpolatas habemus, exceptis paucis quibusdam illarum, quae graece sparsim occurrunt inter sententias Democratis, Demophilique, (et apud Origenem, qui lib. VIII. contra Celsum p. 397. scribit, eum fuisse Pythagoreum, Heum.). De hoc Sexto, quem Pythagoricum vocat Eusebius nr. 2010. et cum Sexto, episcopo Romano, sciens forte [10]) confudit Rufinus, dixi in bibliotheca latina [11]), editione praesertim quarta, ubi etiam de Sextis, patre et filio, quos Romanis philosophis accenset Claudianus Mamertus lib. II. cap. 8. de statu animae. Sextum philosophum (a nostro diversum) sub Hadriano imp. floruisse, ait Syncellus p. 349. Fabric. Confer omnino Cellarii Lexicon v. Xystus, ubi accuratissime disseritur, Clerici Bibl. a. et m. tom. XXIII. pag. 382. Acta Erud. Lips. 1724. pag. 419. et anno 1725. pag. 353. Coleri Anthol. pag. 52 sqq. 193 sq.; ejusdem theol. biblioth. tom. II. p. 1 sqq. Sam.

Basnag. Annal. ad a. 258. §. 8. Heumann. adde Jagemann Geschichte der freien Künste und Wissenschaften in Italien vol. I. pag. 263 sq. Laudat eum Seneca ep. 59. p. 210. vol. II. Opp. edit. Gronovii: Sextium (ita enim quoque scribitur) ecce eum maxime lego, virum acrem, graecis verbis, Romanis moribus philosophantem etc. ad quem locum et in manuductione ad phil. stoicam I. diss. 6. plurimis egit Lipsius de illo Sextio, stoico philosopho, Tiberii aetate, qui vero Pythagorae philosophiam (vid. Senec. ep. 108. et de ira lib. III. p. 36.) quodammodo revocasse, et cum stoica (vid. Senec. ep. 64.) conciliasse visus est. Huic Sextio Galeus in praefatione ad Opuscula mythologica et Fabricius partim h. l., partim, idque uberius vol. XIII. 645. Fontaninus in hist. litt. Aquilejensi p. 305 sq. Moshemius in dissertatione de turbata per recentior. Platonicos ecclesia §. 45. Syntagm. diss. hist. eccl. pag. 202. Bruckerus in hist. crit. phil. tom. II. pag. 91 sq. (ubi §. III. vitam et laudes Sextii persequitur, §. 4. autem ea, quae in utramque partem disputata sunt, summatim recenset, et suam uberrime declarat firmatque sententiam) atque Saxius V. C. in Onomastico lit. vol. II. p. 570 sq. adserunt sententias. Eandemque sententiam amplecti videtur Mansius ad Fabricii bibl. lat. mediae et infimae aetat. vol. VI. pag. 196. Alii tamen Rufini confusionem sequuntur, et illas Sixto II. sive Xysto, episcopo Romano, mortuo A. C. 257., vindicant, n. Urbanus Godofredus Siberus, theologus quondam cel. Lipsiensis, et historiae ecclesiasticae peritissimus; nec dissentire videtur Hamberger. in: Zuverlässigen Nachrichten cet. tom. II. pag. 589 sq. Reinesius in epistola ad Daumium p. 225. et Mich. Lequienius in notis ad S. Jo. Damascenum, qui eum sub nomine Sixti Romani laudat in Sacris Parallelis tom. II. Opp. p. 362., auctorem credunt fuisse Christianum, eumque philosophum. Cf. Fontanin. l. c. p. 307. Siberi judicium, quod Fabricius in vol.

XIII. docte lateque examinarat, atque argumenta ea, quae contra Siberum scripserat, huc suo loco transferam. Prius tamen editiones indicabo, duce potissimum Fontanino. Hic vero pag. 303. recudendum curavit Prologum Rufini interpretis ex editione B. Rhenani, in quo verba notanda sunt: „Aperto et satis plano sermone Sixtum in latinum verti, quem Sixtum ipsum „esse tradunt, qui apud vos idem in urbe Romana Sixtus vocatur, episcopi et martyris gloria decoratus. — — „omne autem opus ita breve, ut de manu ejus (Ayamae) nunquam possit recedere, totus hic liber ibi pristini alicujus pretiosi obtinet anuli locum. Hunc ergo „interim habe in manibus pro anulo. — — Addidi et „electa quaedam religiosi parentis ad filium, sed breve „totum, ut merito omne opusculum vel Enchiridion „graece, vel latine Anulus appelletur." Vide igitur originem nominis et inscriptionis! Ille vero Prologus desideratur in Galei aliorumque editionibus, tum in omnibus Patrum bibliothecis, quibus Xysti liber inseritur, tom. III. edit. Parisiens. 1575. tom. V. an. 1589. 1609. 1624. 1634. 1644. 1654. tom. III. editt. Coloniensis 1618. et tom. III. Lugdunensis 1677. Idem p. 315. animadvertit, praeeunte Galeo, latina exemplaria harum Parabolarum, ut Seneca appellat, adeo inter se discrepare, ut ferme constet, duas Xysti editiones antiquitus prodiisse, (quod pag. 310. clarius exponit) quosdam codd. plures, alios pauciores comprehendere sententias, alibi multa repeti, atque immutari ordinem; alia quoque exemplaria non uno tenore procedere, sed duas partes constituere, quod posterius ab Hieronymo notatum, et in Champeriana editione servatum sit; denique Galeum affirmasse, nullum se codicem nactum esse, cui ex accurata praedictorum collatione aliqua accessio fieri non possit. Editiones hae sunt:

Sixti seu Xysti Anulus, editore Symphoriano Champerio, cum ejusdem libro de quadruplici vita. Lugd.

apud Iannot de Campis. 1507. 4. Rufinus, teste Hieronymo, lib. VI. in Ezechiel. cap. 18. volumen in duas partes diviserat: quem ordinem servavit Champerius: contra deseruerat Rhenanus, Bigneus, Galeus aliique. Docet autem Fontaninus, editionem Champerii ad fidem codicis longe omnium antiquissimi et sincerissimi expressam esse. Hanc editionem ignorasse videtur Rhenanus; in praefatione enim ad suam editionem ait, Xysti sententias ad antiquum exemplar, quod apud Divam Fidem Selestadii habetur, a se recognitas.

Idem — cum Pythagorae aureis carminibus. Wittenberg. in Off. Grunenberg. 1514. 4.

Aeneae Platonici Christiani de immortalitate animae, deque corporum resurrectione, dialogus aureus, qui Theophrastus inscribitur, Ambrosio Camaldulense interprete. Athenagoras Atheniensis de resurrectione, Marsilio Ficino interprete. Xysti Pythagorici sententiae, Rufino interprete (cura Beati Rhenani). Basileae apud Joannem Frobenium. 1516. 4.

Rhenani et Chamberii editiones, quae alicubi discrepent, praesertim in prologo, mereri, quae inter se conferantur, adnotat Fontaninus pag. 304. Hanc vero editionem Siberus principem esse perperam putarat.

Tum prodiit libellus Lovanii 1518. 4. Basileae 1520. 4. Coloniae 1522. 4. Paris. 1541. 4. Venetiis ad signum spei 1552. 12. sine prologo fol. 122. post indicem libelli sic inscripti: Dicta pretiosa sive loci communes ex omnibus fere doctoribus, qui in sacris litteris scripserunt, per Defensorem theologum vetustissimum excerpti.

Sententiae Sixti aut Xysti, quae verae sapientiae praeceptis refertae sunt, et ad coelestem disciplinam animos informant, Ludovici Hillessemii Andernaci docta explanatione illustratae. Coloniae apud Maternum Cholinum 1574. 8. sine prologo.

Hillessemius sententias per numeros ad oram distinxit, (quod a reliquis neglectum est) et commentario displicuit. Margarinus Bigneus, omissis notis, ex hac editione suam expressit, tom. III. Bibl. patrum pag. 962. etc. editionis primae Paris. 1575. unde reliquae omnes manarunt. V. Fontanini p. 303. et p. 314. Coler. in Anthol. fasc. I. cap. 8. Lipsiae 1725. 8.

Gnomae sive sententiae de moribus nonminus eruditae quam piae Xysti philosophi, Laurentii Pisani, et Thalassii episcopi, nunc primum seorsum editae studio Joannis a Fuchte, Helmestadii apud Jac. Lucium 1615. 12.

Sexti Pythagorei sententiae e graeco in latinum a Rufino versae, et Xysto Romanae ecclesiae episcopo falso attributae: sine prologo. Cum Opusculis mythologicis etc. Tho. Gale. Cantabr. 1671. 8. et Amst. 1688.

S. Sixti II. philosophi pontificis R. et martyris Enchiridion, ut Christianum saec. III. monumentum juxta Codicem Beati Rhenani edit, observationibus illustrat, adversus S. Hieronymi, Gelasii, J. M. Brasichellensis etc. censuras vindicat, concilioque Rom. sub auspiciis XIII. P. R. A. R. S. 1725. convocato ad restituendam libri famam offert Urbanus Godofredus Siberus. Lipsiae 1725. 4.

Haec editio dedit occasionem Fabricio, uberius de Sextio ejusque sententiis disserendi fol. XIII. quam ῥῆσιν hic loco suo eoque commodiore instar postliminii reducam. Recensuit autem scriptores a Galeo collectos. Hinc ad Sextii sententias ubi pervenit, ita p. 645 sqq. pergit: Galeo, qui sententias Sextio philosopho tribuit, gravem dicam scribit pag. 33 sq. V. ven. Urbanus Godfrid Siberus, qui easdem eruditis notis illustratas separatim edidit, atque Sixtio II. episcopo Romano et martyri conatur adserere, Lipsiae 1725. 4. praefixa etiam sub Sixti hujus II. nomine efficta epistola, qua

Concilio Lateranensi, Romae superiore anno sub Benedicto XIII. congregato, has sententias dedicavit. Sed certum esse puto, aliud sensisse Origenem et Hieronymum, qui sententias has christiani scriptoris esse minime existimarunt. Origenes non modo episcopum et martyrem nunquam nominat, quod neutiquam omisisset, toties ejus ingerens mentionem, vel semel facere, sed etiam diserte tanquam scriptum non Christiani, a Christianis tamen non infrequenter lecti, atque adeo probati meminit VIII. contra Celsum pag. 497. et tom. XV. in Matthaeum 569. atque eodem referre licet, quod ecclesiasticum philosophum vocat S. Maximus in Dionysium Areopag. cap. 5. Mysticae theol. tom. II. p. 85. Rufinus autem, qui primus sub Sixti martyris nomine illum sententiolarum libellum latinis auribus commendavit, non modo temeritatis et insaniae eo nomine arguitur ab Hieronymo in cap. 18. Ezech. et ad Ctesiphontem contra Pelagianos, et cap. 22. in Jeremiam; sed monetur etiam, in eo Christi, Spiritus S., Dei patris, patriarcharum, prophetarum et apostolorum nomina reticeri, quum in Hieronymi sententiis, quas vir clar. pag. 65 sq. objicit, toties Christus de nomine celebretur. Et quis neget, ab ethnico etiam potuisse scribi philosopho, licet nihil additum a Rufino largiamur, sentent. 171. Sapientia animum perducit ad deum: et 172. Nihil tam vernaculum sapientiae, quam veritas: et sentent. 34. Habes in te aliquid simile deo. Sane tamen, si interpolatorias manus suspicari in his sententiis non esset necesse, christianum scriptorem illae hinc inde proderent. Quaecunque autem habemus graeca, ea ab ethnico proficisci potuerunt omnia. Quod porro Laurentius martyr apud S. Ambrosium I. de officiis inducitur ad Sixtum, martyrii candidatum, dicens: Abjectio discipuli detrimentum est magistri, cui respondere videtur, quod est in Sixti sententiis n. 178. Peccata discentium opprobria sunt doctorum; ad hoc re-

sponderi potest, quod non Sixto id tribuitur, sed Laurentio; deinde quod diversa sententia est; tum quod Rufinus illam, ut alia, addidit fortasse de suo; denique commune hoc axioma potuisse etiam ethnico philosopho in mentem venire. Gelasius quoque Hieronymo suffragatus apocryphis accenset librum proverbiorum, qui ab haereticis (Rufino) conscriptus est, et S. Sixti nomine praenotatus. Rufino tamen assensi sunt non modo Pelagius, sed Augustinus primo lib. de Natura et gratia cap. 64. (qui tamen id postea retractavit lib. II. Retract. cap. 42.) et Syri, qui sua lingua sententias illas sub Sixti episcopi nomine (ex Rufini versione, ut videtur) habent, teste Hebed Jesu, et Josepho Maria Assemanno tom. I. Bibl. oriental. p. 429. tum non ipse Isidorus Hisp., sed auctor Adpendicis ad Isidorum et Ildefonsum scriptor. eccles. cap. 1., affirmans tamen, huic opusculo ab haereticis quaedam contra ecclesiasticam fidem esse inserta, quo facilius sub nomine tanti martyris perversorum dogmatum reciperetur assertio. Laudantur etiam Sixti papae instituta apud veterem auctorem de Virtutibus et vitiis, editum a Mabillonio p. 62. Analect. edit. novae in fol. et a Laurentio Pisano, qui Sixti sententias imitatus divina oracula appellat, Thoma Bradwardino in caussa dei, Vincentio Bellovacensi in Speculo morali et histor. et ab auctore de vitis philosophorum cap. 110 sq.

Quod in aliis versionibus suis mentionem scriptorum Josephi, Clementis, Origenis et Eusebii fecisse cognoscitur Rufinus, ut magna libertate usus fuerit, neque dubitaverit interpolare quaedam et addere, demereque alia, ut scriptores, quos legerat, commendabiliores faceret, idem in hoc Sexti philosophi enchiridio fecisse videtur, quod ipse Xysto sive Sixto episcopo tribuit atque Anulum inscripsit. Ab eodem videtur profecta divisio libelli in duas partes, cujus Hieronymus meminit, et quae servata etiam est in editione,

quam Lugd. 1507. 4. adornavit Symphorianus Champerius cum libro suo de quadruplici vita et commentariis ad Theologiam Asclepii et Isocrate ad Demonicum. In hac enim sententiarum Sexti editione pars secunda incipit ab illa, quae in editione laudati Siberi est CLXX. *Fides omnes actus tuos praecedat.* In eadem Champeriana exstat quoque sententia lecta Augustino et Pelagio: *Libertatem arbitrii sui permisit hominibus deus, ut pure et sine peccato viventes deo similes fiant.* Et illa in duas partes divisio: et haec sententia desideratur in aliis editionibus, ut in ea, quam B. Rhenanus Basil. 1516. in 4. dedit ex MS. Selestadiensi, et quae in Bibliothecis Patrum, et in Galeana utraque, nec non in Helmstadiensi, quam cum sententiis Laurentii Pisani, Presbyteri et Thalassi episcopi vulgavit Jo. a Fuchte 1615. 8. etiam in illa, quam divisam in XLII. Petrus Poiretus subjunxit ideae theologiae christianae juxta principia Jacobi Bohemi, Teutonici, Amst. 1693. Optandum erat, graecas exstare et ab interpolationibus Rufinianis immunes has sententias: ita enim appareret, nil in iis occurrere, quod scribi non potuerit ab ethnico philosopho. Nihil certe aliud observabitur in illis, quae eaedem cum gnomis hisce graece leguntur inter Demophili et Democratis sententias, vel apud Nilum Maximumve, vel apud Stobaeum, vel apud Origenem denique, nominatim Sextum laudantem. Sic, quod apud Sextum est XLII. Quod tibi deus dat, nullus auferre potest; in Demophili sententiis ita exprimitur: *Δῶρον θεοῦ πᾶν ἀναφαίρετον.* Sexti CCCXLIII. Qui cogitat adversum alium mala, ipsa praeveniens ipse perfert mala; apud Demophilum: *Βουλευόμενος περὶ ἄλλου κακῶς, φθάνει ἑαυτὸν πάσχων ὑφ' ἑαυτοῦ κακῶς.* Sexti CCXCVIII. Sapiens vir, et cum tacet, honorat deum; apud Demophilum: *Σοφὸς καὶ σιγῶν τὸν θεὸν τιμᾷ.* Quod in Sexti CCCCXLIII. est, Homo incontinens polluit deum; apud Demophilum est: *Τὸ θεῖον μιαίνει.*

Hactenus Fabricius. Plures autem fuere Sexti et Sixti interdum confusi. Sic Sixtus, sive Sextus (an noster?) ICtus, nomophylax in adnotationibus ad Novellas citatur a Nic. Comneno p. 371. teste Fabricio lib. V. cap. 45. vol. X. p. 545. Sixtus I. II. III. IV. V. episcopi Romani, passim occurrunt in vol. XI. et Fabric. vol. II. pag. 411. in primis lib. VI. cap. 7. vol. 12. pag. 615. multos collegit et recensuit Sextos. Adde Fontanin. l. m. pag. 305. Harl.

ANNOTATIONES.

1) Eadem et copiosius de Secundo philosopho tradit Rogerus de Hoveden, Anglus, Annalium parte posteriore, fol. 464. ad A. C. M. CC. Concinit Wernerus Rolewine, in Fasciculo temporum, sub Adriano, teste Ionsio de scriptor. hist. phil. lib. III. cap. 12. p. m. 73. et adnotat, Bartholomaeum Amantium, in Florilegio sententiarum, Dilingae 1556. fol. eandem fabulam de Diogene Laertio, forsan culpa oscitantiae, narrare. Heumann. orae exempli sui adscripsit, eandem fabulam narrari de adolescente quodam in Achaja, et laudat nostrum Fabricium in Codice apocrypho N. T. pag. 461. §. 6. Nostrum vero Secundum, idem adnotavit, a Syrbio in disputatione quadam excludi numero Pythagoricorum. More quidem Pythagorico quodammodo vixisse dicitur. At sententiae ejus veterem non potuerant sapere ac referre Pythagoreorum doctrinam, quippe quae tam seris temporibus parum cognita adhuc esset. Haud adeo bene Secundum favisse sexui posteriori testatur judicium illius ex Codice Vindobonensi CXLIV. n. 3. (ubi lectio aliquantum discrepare dicitur ab editione Holsteniana) a Lambecio in Commentar. de bibl. Caes. lib. et vol. VII. p. 579. excerptum: *γυνὴ* illi est *ἀνδρὸς ναυάγιον, οἴκου ζάλη, ἀμεριμνίας ἐμπόδιον, βίου ἅλωσις, καθημερινὴ ζημία, αὐθαίρετος μάχη, πολυτελὴς πόλεμος, συνεσπώμενον θηρίον, συγκαθημένη* (MS. Gudian. apud Fabricium vol. XIII. p. 567. *συνεχειρομένη*) *μέριμνα, συμπλεκομένη λέαινα, κεκοσμημένη σκύλλα, ζῶον πονηρὸν, ἀναγκαῖον κακόν.* Heu, plaustrum conviciorum! Sen-

tentiae quaedam occurrunt in collectione sententiarum in codice Medic. Florent., teste Bandinio Catal. vol. 1. p. 554. Harl.

2) Pag. 544. edit. Olearii, cujus doctas conferas notas. Ille ἐπίουρον in textum admisit. Adde Maussaci diss. crit. ad Harpocrat. p. 401. Fabellam istam de silentii caussa satis infacetam ex libro MS. sententiarum, una cum variis Secundi sententiis Hadriano imp. dictis, Caspar. Barthius inseruit lib. XV. Adversariorum cap. 17. Ejusdem mentio, ut ait idem Olearius, est apud Phrynichum dict. Attic. p. 44., ubi Grammaticum vocat Secundum nostrum συγγενόμενον τῷ Πολέμωνι τῷ Ἰωνικῷ Σοφιστῇ, ὄντα τὰ ἄλλα δεξιὸν ἐπὶ λέξιν, καὶ διορθοῦντα τὰ γράμματα τοῦ Σοφιστοῦ. Paullo post pergit: Secundo philosopho quoque inscribuntur Apologi Indici Kelile Vadimma (al. Cylile et Dimne) seu Stephanites et Ichnilates dicti, et a Sebast. Gottfr. Starkio denuo editi. Sic in cod. Vindobon. XXVI. n. 5. in Lambecii comment. de bibl. Caes. lib. et vol. VI. p. 272., ubi Lambec. fusius de libro hoc et Secundo disserit. Adde Brucker. Hist. crit. philos. vol. II. p. 158. sqq. et vol. VI. pag. 555. Secundi sententiae sunt in bibl. reg. Paris. n. 854. 1259. 1292. 2991. vol. II. Catalogi. Harl.

3) Hoc vocabulum, quod clavum ligneum sive paxillum significat, Jacobus Thomasius suspicabatur, transformatum esse in nomen Epicteti philosophi ab iis, qui altercationem Adriani imp. et Epicteti confinxerunt. (Secundi altercationes cum Hadriano MS. in bibl. Lugd. Bat. p. 332. Catal. nr. 166. ibidem et pag. 399. nr. 7. Secundi vita cum Hieroclis Facetiis et aliis.) Sane altera sic dicta altercatio sive colloquium, et responsiones Epicteti, qui incipiunt: Primum est, quid sit mundus, quasque primus Hamburgi 1615. 12. divulgavit Henr. Lindenbrog. summa cum disputatione Pipini et Albini scholastici, ac graeco-latinis (e Glossario H. Stephani) interrogationibus et responsionibus Nicarii, Carfilidis (Καρφιλίδος) responsis sapientum, quasque Enchiridio Epicteti subjecit Abrahamus Berkelius Amst. 1670. 8. et Delphis 1683. 8. simillima est Secundi responsis. At enim altera altercatio Adriani et Epicteti ab eodem Berkelio edita, cujus initium: Quid erit nobis, si cinctum solvas cet. plane alia est et alterius argumenti, vulgata pridem Paris. 1611. 4. ad calcem Pseudo-Berosi, et Basil. 1552. fol. a Sigism. Gelenio ad calcem Notitiae utriusque Imperii. Ceterum Epictetum Adriani familiarem fuisse testatur Spartianus, qui etiam quaestionibus semper agitatos tradit ab Adriano philosophos non minus quam grammaticos rhetoresque.

4) Majorem probabilitatis speciem habet suspicio Kusteri ad Suidam Tom. III. p. 295. v. Σεκοῦνδος, vocc. ὃς ἐχρημάτισε esse a sciolo quodam adjecta, qui, quum legisset, Plinium juniorem appellatum fuisse Secundum, de eo Suidam hic loqui existimaret. Harl.

5) Ad calcem tragoediae parabolicae, quae Poemander et Satanae pugna inscribitur, Monast. 1597. et recus. sub Epicteti nomine ad calcem Notitiae dignitatum Imperii Romani. Paris. 1651. v. Olearium ad Philostrat. p. 544. Harl.

6) Has similitudines sive γνωμικὰ ὁμοιώματα separatim cum observationibus suis moralibus graece et latine recudi curavit Iesperus Suuedberg, Cuprimontanus, Upsal. 1682. 8. Demophili similitudines et sententiae graece et lat. subjectae etiam leguntur Maximo Tyrio, in edit. Oxon. 1677. (Versio Gallica per Levesque cum Theognide (cujus editionum catal. vide) et Phocylide.) Holstenio videntur ejusdem forte Demophili esse, cujus scholia quaedam in Ptolemaei tetrabiblum edita sunt. Demophilum de ritibus Aegyptiorum laudat Kircherus III. Oedipi p. 358. An idem est, quem ἐν τῷ περὶ τῶν παρ' ἀρχαίοις θυσιῶν καὶ ἑορτῶν Maximus citat ad Dionysii Areopag. Epist. 8. tom. 2. pag. 129? et ad quem scribit ille Dionysius. Demophilum Apolloniatem exhibet Thesaurus Golzii in numo. Demophilus quoque comicus quidam fuit, de quo Plautus in prologo Asinariae. Alius Demophilus Cumanus, Ephori historici pater, teste Strabone. Sed et Ephori hujus filius Demophilus quidam fuit, itidem historicus, teste Diodoro Sic. Alius denique Demophilus Bithynus, apud Julianum in Misopogone et Suid. Δημόφιλ. Demophilus Rhodius navium praefectus Olymp. CXIX. Diodor. Sic. XX. tom. II. p. 819. Demophilus alius, ni fallor, de quo id. p. 738. Demophilus episcopus CPolitanus, quem nonnulla parum sana dogmata effudisse Suidas memorat in οἶον. Porro noster Demophilus sua similia Asclepiadi cuidam inscripsit, quem in extremo appellat φίλτατον et ἱερώτατον.

7) Democratis aetatem, patriam et sectam, judice Holstenio, vetustissimus ionici sermonis character ostendit (de quo dubitat Tiedemann l. m. p. 210 sq. ex sententia quadam apud Galeum pag. 632. conjicit, post Jul. Caesarem vixisse illum, denique judicat, neque Democratem, neque Demophilum fuisse revera Pythagoricos et posteriorem potius Stoicum). Ejus dicta et sententias nonnullas Stobaeus et Antonius Melissa proferunt, apud quos saepius cum Democrito librariorum imperitia confunditur, quorum error in tanta rerum antiquarum ignoratione

haud facile emendari potest. (Item in Floril. sent. et Arsenii Violario in codd. Florent. teste Bandin. Catal. vol. 1. p. 255 et 549. In Maximi Opp. in Montfaucon. bibl. Coislin. p. 576. n. 67.) In bibliotheca quoque Palatina, teste Sylburgio p. 106. Catalogi, hae sententiae fuere MSS. sub nomine Democriti in binis codicibus occurrunt. (In Lambecii Comm. de bibl. Caes. vol. VI. pag. 274. cod. XXVI. n. 9. incipit: Γνῶμαι κατ' ἐκλογὴν ἐκ τῶν Δημοκρίτου, καὶ Ἐπικτήτου καὶ ἑτέρων σοφῶν. Sed in cod. Laurent. flor. Bandini cod. 2. p. 441. γνῶμαι Δημοκράτους. Harl.) Plutarchus vero in politicis praeceptis Democratis cujusdam meminit, qui in Atheniensi rep. versabatur circa Olymp. CX. Neque ab hoc fortasse diversus est ille, quem ab Epicuro ob libros transscriptos exagitatum in libello contra Epicurum idem Plutarchus refert. Fuit et Democrates medicus, qui sub Augusto imperatore vixit, memoratus Plinio XXIV, 7. Ejusdem Φιλίατρον, Κλινικὸν et de antidotis librum laudat Galenus, notante ad Plinium Harduino. Democrates athleta, de quo Aelianus IV, 15. Var. Democrates rhetor, praeceptor Augustini, qui ejus meminit in principiis rhetoricae cap. 8. Democrates philosophus Commodi imp. aetate clarus. Eutych. tom. I. Annal. pag. 367. Praetereo Democratem, cui sacra facere a Pythia jussi sunt Plataeenses, teste Clemente Alex. p. 26. Protreptici. Democrates Αἰξωνεὺς memoratur in Platonis Lyside, Lysidis pater, qui fortassis auctor harum sententiarum.

8) (Serm. 122. adde S. Maximi tom. II. pag. 632. et in Montfaucon. bibl. Coislin. p. 577. fol. 104.)

9) Fabricius in vol. XIII. pag. 564 sqq. recudendas curavit Secundi sophistae sententias ex editione Lucae Holstenii, collata cum MS. Gudiano: adjecit notas alias. P. 575 sqq. repetiit Secundi Philosophi responsa ad interrogata Adriani ex Vincentio Bellovacense, Spec. histor. lib. X. cap. 71. pag. 575 sq. Ejusdem sententias sive Quaestiones problematum scriptas ad Adrianum imper. ex Casp. Barthii Advers. lib. II. cap. 27. p. 576 sqq. subjunxit Joannis Pediasimi versiculos ex regia bibliotheca ab Holstenio descriptos. pag. 579 sqq. disputationem regalis et nobilissimi juvenis Pippini cum Albino scholastico ex Lindenbrogii edit. repetita in Alcuini Opp. p. 1386. et alias quaestiones ac sententias. Harl.

10) Vide Dallaeum lib. I. de usu Patrum cap. 5. p. 17. Heumann. Rufinum tamen non confudisse scientem cum Sexto, episcopo Romano, docte sciteque evincere studuit Justus Fontaninus in Historia literaria Aquilejensi. Romae 1742. 4. p. 308 sqq.

ubi de Sextio, auctore Sententiarum sive Enchiridii sive Anuli (diversimode enim libellus auctore Rufino inscribitur et citatur) et de libello ipso, ejus fatis, codd. editionibus, et controversia inter eruditos de illo agitata lib. IV. cap. 8. §. 3. sqq. copiose disputat. Harl.

11) Lib. IV. cap. 3. §. 5. p. 732. etc. et Tom. III. p. 501. cf. Unschuldige Nachrichten ann. 1714. p. 1054. sq. Heum.

SERIES EORUM

QUAE HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

ΔΗΜΟΦΙΛΟΥ

ΟΜΟΙΑ.

DEMOPHILI

SIMILITUDINES.

LUCAS HOLSTENIUS
AD LECTOREM.

Demophilus, Pythagoricarum sententiarum collector, quis aut cujas fuerit, quave aetate vixerit, juxta cum ignarissimis ignoro: neque enim hoc nomine apud veteres ullum scriptorem laudatum memini, praeter unum mathematicum, cujus nescio quae scholia Porphyrianae in tetrabiblum Ptolemaei introductioni inserta leguntur. (ex quibus Fragmentum citat Meursius in Glossario Graecobarbaro v. *καλλάϊνος*. O.) Nam alterum, Constantinopolitanum Episcopum, ob solam dogmatis impietatem a Suida commemoratum, pro indicto habuerim. Priori illi si quis hanc collectionem tribuere velit, non repugnaverim: cum non pauci ex posterioribus Pythagoreis et Platonicis, ut ceteras curiosas artes, ita apotelesmaticam studiose fuerint sectati. Ipse autem libellus bipertitus est: cujus prior pars sententias ex similitudine ductas, hoc est *Γνωμικὰ ὁμοιώματα*, ut Jamblichus Libr. II. Cap. 2. vocat; altera gnomas, seu sententias meras continet: quarum quot genera et quis usus apud Pythagoreos fuerit, cum ex eodem Jamblicho Libr. I. Cap. 18 et 22. cognoveris, id persuasissimum, puto, habebis, vera et *γνήσια* haec esse Italicae scholae apophthegmata. Tandem, si et hoc scire aves, Demophilum Vaticanae Bibliothecae debes.

ΔΗΜΟΦΙΛΟΥ
ΕΚ ΤΩΝ
ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ
ΟΜΟΙΑ Η ΒΙΟΥ ΘΕΡΑΠΕΙΑ.

1. Ἔοικεν ἡ κολακεία γραπτῇ πανοπλίᾳ· διὸ τέρψιν μὲν ἔχει, χρείαν δὲ μηδεμίαν παρέχεται.

2. Ἡ παιδεία ὁμοία ἐστὶ χρυσῷ στεφάνῳ· καὶ γὰρ τιμὴν ἔχει καὶ τὸ λυσιτελές.

3. Οἱ ἐλαφροὶ τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ τὰ κενὰ τῶν ἀγγείων, εὐβάστακτοι τοῖς ὠταρίοις εἰσίν.

4. Ὁ βίος ὥσπερ ὄργανον ἀνέσει καὶ ἐπιτάσει ἁρμοζόμενος ἡδίων γίνεται.

5. Ὁ λόγος ὥσπερ πλάστης ἀγαθὸς καλὸν τῇ ψυχῇ περιτίθησι σχῆμα.

6. Ὁ τῶν σοφῶν νοῦς, ὥσπερ χρυσὸς, βάρος ἔχει μέγιστον.

7. Τῆς ἀλαζονείας, καθάπερ τῶν κεχρυσωμένων ὅπλων, οὐχ ὅμοιά ἐστι τὰ ἐντὸς τοῖς ἐκτός.

8. Μύρῳ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχει ὁ λόγος· κάμνοντας μὲν ἡμᾶς ὠφελεῖ, καλῶς δὲ πράσσοντας εὐφραίνει.

9. Φαύλου ἀνδρὸς, καθάπερ κυνὸς κακοῦ, μᾶλλον δεῖ τὴν σιγὴν ἢ τὴν φωνὴν εὐλαβεῖσθαι.

10. Οὔτε τῇ γαμετῇ πρέπον τὴν ἑταίραν, οὔτε τῇ φιλίᾳ τὴν κολακείαν προτιμᾶσθαι.

11. Οἱ ἀδολέσχαι, ὥσπερ αἱ χελιδόνες, τῷ συνεχεῖ τῆς λαλιᾶς τὴν ἡδονὴν τῆς ὁμιλίας ἀποβάλλουσιν.

12. Τοὺς μὲν κακοὺς ἀσεβήσαντας, τοὺς δὲ ἀνοήτους καὶ θρασεῖς γηράσαντας αἱ τῶν ἁμαρτημάτων συνδιώκουσιν ἐριννύες.

DEMOPHILI
SIMILITUDINES
SEU
VITAE CURATIO EX PYTHAGOREIS.

L. Holstenio interprete.

1. Adulatio pictae armaturae similis est, ideoque oblectamentum quidem adfert, sed usum nullum praebet.

2. Eruditio similis est coronae aureae, quae honorem simul cum pretio conjunctum habet.

3. Homines vani et leves, quemadmodum vasa inania, facillime auribus prehensi ducuntur.

4. Vita musici instrumenti instar remissione et intentione temperata suavior redditur.

5. Ratio ad instar boni fictoris egregiam figuram animo inducit.

6. Mens sapientum ad instar auri ponderis quam plurimum habet.

7. Jactantiae, perinde ut armorum deauratorum, interna externis haudquaquam respondent.

8. Eadem orationis virtus atque unguenti: nam et male affectos nos juvat, et bene habentes oblectat.

9. Hominis improbi, haud secus ac mali canis, silentium magis, quam vox cavenda.

10. Neque uxori amica, neque amicitiae adulatio praeferenda.

11. Homines garruli hirundinum instar continua loquacitate conversationis voluptatem perdunt.

12. Homines malos in impietatem prolapsos, dementes vero et protervos senectute provectos peccatorum furiae exagitant.

13. Τὸν πεπαιδευμένον, ὥσπερ ἐκ συμποσίου, ἐκ τοῦ βίου εὐσχημονοῦντα δεῖ ἀναλύειν.

14. Λιμὴν μὲν πλοίῳ ὅρμος, βίῳ δὲ φιλία.

15. Πατρὸς ἐπιτίμησις ἡδὺ φάρμακον· πλεῖον γὰρ ἔχει τὸ ὠφελοῦν τοῦ δάκνοντος.

16. Τὸν σπουδαῖον ἄνδρα, καθάπερ παλαιστὴν ἀγαθὸν, δεῖ πρὸς τὴν ἀνταγωνιζομένην τύχην τὰ βάρη μεταφέρειν.

17. Ἡ αὐτάρκεια, καθάπερ ὁδὸς βραχεῖα καὶ ἐπιτερπὴς, χάριν μὲν ἔχει μεγάλην, κόπον δὲ μικρόν.

18. Οἱ μὲν τραχεῖς ἵπποι τοῖς χαλινοῖς, οἱ δ᾽ ὀξεῖς θυμοὶ τοῖς λογισμοῖς μετάγονται.

19. Τῷ γελοίῳ καθάπερ ἁλὶ πεφεισμένως δεῖ χρῆσθαι.

20. Καὶ ὑπόδημα καὶ βίος ἁρμόττων ὁ ἀλυπότερος.

21. Αἱ μὲν ποδήρεις ἐσθῆτες τὰ σώματα, αἱ δὲ ὑπέρμετροι οὐσίαι τὰς ψυχὰς ἐμποδίζουσιν.

22. Τοῖς μὲν σταδιοδρομοῦσιν ἐπὶ τῷ τέρματι τὸ βραβεῖον τῆς νίκης, ταῖς δὲ φιλοπονήσασιν ἐπὶ τοῦ γήρους τὸ πρωτεῖον τῆς φρονήσεως ἀπόκειται.

23. Δεῖ, ὥσπερ Σειρῆνας, τὰς ἡδονὰς παρελθεῖν τὸν κατασπεύδοντα τὴν ἀρετὴν ἰδεῖν ὡς πατρίδα.

24. Ὥσπερ οἱ ἐν εὐδίᾳ πλέοντες καὶ τὰ πρὸς τὸν χειμῶνα ἔχουσιν ἕτοιμα· οὕτως οἱ ἐν εὐτυχίαις φρονοῦντες καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀτυχίαν ἑτοιμάζουσι βοηθήματα.

25. Αἱ μὲν ἐσθῆτες γενόμεναι διάλαμπροι πάλιν ἐν τῇ χρήσει ἀναπίμπλανται ῥύπου· αἱ δὲ ψυχαὶ ἅπαξ ἀποκαθαιρόμεναι τὴν ἀμάθειαν, διαπαντὸς μένουσι λαμπραί.

26. Οἱ μὲν δραπέται, κἂν μὴ διώκωνται, φοβοῦνται. Οἱ δὲ ἄφρονες, κἂν μήπω κακῶς πράσσωσι, ταράσσονται.

27. Ὁ τῶν φιλαργύρων πλοῦτος, ὥσπερ ὁ ἥλιος καταδὺς εἰς τὴν γῆν, οὐδένα τῶν ζώντων εὐφραίνει.

28. Οἱ μὲν κατ᾽ ἐνιαυτὸν καρποὶ ἐκ τῆς γῆς, οἱ δὲ ἐκ τῆς φιλίας κατὰ πάντα καιρὸν φύονται.

13. Sapienti ex vita, velut ex convivio, modeste discedendum.

14. Navi quidem portus, vitae autem amicitia statio est.

15. Parentis objurgatio dulce pharmacum est: plus enim habet quod juvet, quam quod mordeat.

16. Virum bonum boni luctatoris instar adversanti fortunae tota corporis mole obniti decet.

17. Frugalitas, brevis et jucundae viae instar, multum gratiae, defatigationis parum habet.

18. Equi contumaces frenis, animi ad iracundiam proni rationibus ducuntur.

19. Joco, salis instar, parce utendum.

20. Et calceus et fortunae modus apte quadrans minus molestiarum habet.

21. Vestes talares corpora, opes immoderatae animos impediunt.

22. Stadii cursoribus victoriae praemium in meta, studiosis autem prudentiae palma in senectute posita est.

23. Voluptates Sirenum instar praetereundae sunt ei, qui virtutem tanquam patriam visere cupit.

24. Ut secunda tempestate navigantes etiam adversae praesidia in promtu habent; ita viri sapientes in rebus secundis etiam adversae fortunae remedia sibi parant.

25. Vestes lotae et nitidae usu iterum sordibus opplentur; animi autem semel ab ignorantia purgati perpetuo nitorem servant.

26. Mancipia fugitiva etiam nemine persequente timent; stulti vero, quamvis nullis malis conflictentur, perturbantur.

27. Divitiae avarorum occidui solis instar terram subeuntes nulli viventium voluptatem afferunt.

28. Ex terra singulis annis, ex amicitia quovis momento fructus proveniunt.

29. Μουσικοῦ μὲν ἔργον τὸ πᾶν ὄργανον ἁρμόσασθαι, πεπαιδευμένου δὲ ἀνδρὸς, τὸ πάσῃ ψυχῇ συμφωνῆσαι.

30. Οὔτ' ἀῤῥώστου πληγὴν, οὔτ' ἀνοήτου ἀπειλὴν δεῖ εὐλαβεῖσθαι.

31. Ὑπενδύεσθαι δεῖ τῷ μὲν θώρακι χιτῶνα, τῇ δὲ λύπῃ νοῦν.

32. Νοσοῦντος δίαιτα, καὶ ἄφρονος ψυχὴ, δυσάρεστον.

33. Οἱ μὲν ἀμαθεῖς παῖδες τὰ γράμματα, οἱ δὲ ἀπαίδευτοι ἄνδρες τὰ πράγματα συγχέουσιν.

34. Ὁ ἐκ φιλοσοφίας νοῦς ἔοικεν ἡνιόχῳ· περίεστι γὰρ τῶν ἐν ἡμῖν ἐπιθυμιῶν, ἀεὶ μετάγων αὐτὰς εἰς τὸ καλόν.

35. Τὸ μὲν ἀψίνθιον ὁ καιρὸς τοῦ μέλιτος γλυκύτερον, τὸν δ' ἐχθρὸν ἐντιμότερον τοῦ φίλου ἡ περίστασις ἐνίοτε ποιεῖ.

36. Καὶ κυβερνήτης ἀγαθὸς ἐνίοτε ναυαγεῖ, καὶ ἀνὴρ σπουδαῖος ἀτυχεῖ.

37. Αἱ μὲν βρονταὶ μάλιστα τοὺς παῖδας ἐκφοβοῦσιν, αἱ δὲ ἀπειλαὶ τοὺς ἄφρονας.

38. Ἀνδριάντα μὲν τὸ σχῆμα, ἄνδρα δὲ ἡ πρᾶξις κοσμεῖ.

39. Ταυτόν ἐστιν ἐκ χρυσοῦ ποτηρίου φάρμακον θανάσιμον πιεῖν, καὶ παρὰ φίλου ἀγνώμονος συμβουλίαν λαμβάνειν.

40. Αἱ μὲν χελιδόνες εὐδίαν σημαίνουσιν ἡμῖν, οἱ δὲ φιλοσοφίας λόγοι τὴν ἀλυπίαν.

41. Οὐχ οὕτως τοῖς ὀρφανοῖς παισὶν, ὡς τοῖς ἀνοήτοις ἀνδράσιν ἐπιτρόπων ἐστὶ χρεία.

42. Ἡ τύχη ἔοικε φαύλῳ ἀγωνοθέτῃ· πολλάκις γὰρ τὸν μηδὲν πράξαντα στεφανοῖ.

43. Εἰς μὲν τὸ εὐπλοῆσαι κυβερνήτου καὶ πνεύματος χρεία· εἰς δὲ τὸ εὐδαιμονῆσαι λογισμοῦ καὶ τύχης.

44. Ὁ μὲν δειλὸς καθ' ἑαυτοῦ τὰ ὅπλα, ὁ δὲ ἀνόητος τὰ χρήματα ἔχει.

29. Musici opus est quodcunque instrumentum concinne adaptare; viri autem sapientis cuivis animo sese adaptare.

30. Neque aegroti verbera, neque stulti minae sunt pertimescendae.

31. Thoraci quidem tunica, dolori autem bonus animus subduendus.

32. Victus aegrotantis, et stulti animus fastidii plenus.

33. Pueri indocti literas, viri imperiti actiones confundunt.

34. Animus sapientiae praeceptis imbutus aurigae similis est; nam insitas nobis cupiditates cohibet, et ad honestum redigit.

35. Tempus quidem absinthium melle suavius reddit; occasio autem et necessitas quandoque efficit, ut inimicum amico praeferas.

36. Aliquando et bonus gubernator naufragium, et vir bonus infortunium patitur.

37. Tonitrua pueros, minae autem stultos potissimum terrent.

38. Statuam figura, virum actio exornat.

39. Perinde est lethale venenum bibere ex aureo poculo, et consilium ex amico perfido capere.

40. Hirundines coeli serenitatem, sermones autem philosophici tranquillitatem animi nobis praenuntiant.

41. Non tam orbi parentibus pueri, quam viri stulti tutoribus indigent.

42. Fortuna malo munerario similis est, quae saepius nihil perpetrantem coronat.

43. Ad feliciter navigandum gubernatore et vento; ad beate vivendum ratione et fortuna opus est.

44. Ut timidus arma, ita stultus opes contra se ipsum habet.

45. Τὸ αὐτό ἐστιν ἐξ ἀσθενοῦς ἀγκυρίου σκάφος ὁρμίζειν, καὶ ἐκ φαύλης γνώμης ἐλπίδα.

46. Ἐπισκοτεῖ τῷ μὲν ἡλίῳ πολλάκις τὰ νέφη, τῷ δὲ λογισμῷ τὰ πάθη.

47. Οὔτε τὸν ἄῤῥωστον ἡ χρυσῆ ὠφελεῖ κλίνη, οὔτε τὸν ἀνόητον ἐπίσημος εὐτυχία.

48. Τὸ μὲν εὔκρατον ὕδωρ τὰς φλεγμονὰς ἐπιλύει· ὁ δ' ἐπιεικὴς λόγος τὰς ὀργάς.

49. Οὔτε ὁ αὐστηρὸς οἶνος εἰς πολυποσίαν εὔθετος· οὔτε ἄγροικος τρόπος εἰς ὁμιλίαν.

50. Πιθήκου ὀργὴν, καὶ κόλακος ἀπειλὴν ἐν ἴσῳ θετέον.

51. Τοῦ βίου, καθάπερ δράματος, πρῶτον μέρος ἐστὶν ἡ νεότης· διὸ πάντες αὐτῇ προσέχουσιν.

52. Τὰς μὲν γραφὰς ἀσφαλεστέρας, τὰς δὲ πράξεις λαμπροτέρας ἔχειν δεῖ.

53. Ὃν τρόπον ἐπὶ τῶν φυτῶν, καὶ ἐπὶ τῶν νέων, ἡ πρώτη φυὴ προδείκνυσι τὸν μέλλοντα καρπὸν τῆς ἀρετῆς.

54. Ἐν μὲν τοῖς συμποσίοις ὁ μὴ παροινῶν ἡδύτερος· ἐν δὲ τοῖς ἀγαθοῖς ὁ μὴ παρανομῶν.

55. Τὸ αὐτό ἐστιν ὄφιν ἐκτρέφειν, καὶ τὸν πονηρὸν εὐεργετεῖν· παρ' οὐδετέρῳ γὰρ ἡ χάρις εὔνοιαν γεννᾷ.

56. Ἐν μὲν εὐδίᾳ σπάνιον τὸ ναυαγῆσαι· ἐν δὲ τῇ ἀβουλίᾳ τὸ μὴ ναυαγῆσαι.

57. Τοὺς μὲν κενοὺς ἀσκοὺς τὸ πνεῦμα διΐστησι· τοὺς δ' ἀνοήτους ἀνθρώπους τὸ οἴημα.

58. Γυμναζόμενον δεῖ φυλάσσεσθαι τὸν κόπον, εὖ πράσσοντα δὲ τὸν φθόνον.

59. Μέτρον ἄριστον, ἔφη τις τῶν σοφῶν· ᾧ πειθόμενοι καὶ ἡμεῖς ὁμοίως τὰς τοῦ βίου θεραπείας ἀναπαύσωμεν, φίλτατε ἡμῖν καὶ ἱερώτατε Ἀσκληπιάδη.

Τέλος τῶν τοῦ Δημοφίλου ὁμοίων.

45. Idem est navim infirmae ancorae, et spem animo perverso inniti.

46. Solem subinde nebulae, rationem affectus obtenebrant.

47. Neque aegrotantem aureus lectus, nec stultum fortuna splendida juvat.

48. Temperata aquae potio intestinorum ardores, lenis autem oratio iras diluit.

49. Neque vinum austerum largiori compotationi, neque asperi mores conversationi apti sunt.

50. Ira simiae, et adulatoris minae eodem loco habendae.

51. In vita, tanquam in comoedia, primum actum adolescentia sustinet; ideo cuncti attento animo eam spectant.

52. Scripturas cautionibus munitas, actiones splendidas habere oportet.

53. Sicut in plantis, ita in pueris quoque prima indoles futurum virtutis fructum indicat.

54. In conviviis quidem suavior est homo minime vinolentus, in bonis autem minime iniquus.

55. Idem est enutrire anguem et malum beneficiis adficere, apud neutrum enim gratia benevolentiam parit.

56. Raro secunda tempestate navis frangitur; raro autem sine consilio servatur.

57. Utres inanes ventus, homines autem stultos opinio inflat.

58. In exercitiis lassitudo, in rebus secundis invidia cavenda.

59. Modum omnium rerum optimum sapientum aliquis pronuntiavit: cujus consilio etiam nos, o amicissime piissimeque Asclepiades, vitae curandae praeceptis finem imponemus.

Finis Demophili similitudinum.

Ex eadem collectione Demophili, at multum pleniore illa, quam continet Codex Vaticanus, petitae videntur sequentes 80 similitudines, quas maximam partem Socrati auctori adscriptas intermixtisque nonnullis earum, quas e Codice Vaticano edidit Holstenius, servarunt nobis Jo. Stobaeus in Florilegio, Antonius in Melissa et Maximus in Eclogis. Eas igitur hic exhibebimus positas secundum ordinum Capitum Stobaei et Antonii adjunctaque Versione Latina Conradi Gesneri, Medici Clarissimi.

JO. STOBAEUS

(ex editione Conr. Gesneri Tigurina de anno 1559 collata cum editione Schowii).

Cap. I. περὶ ἀρετῆς.

Σωκράτους.

1. *Τοῦ βίου καθάπερ ἀγάλματος πάντα τὰ μέρη καλὰ εἶναι δεῖ.*

2. *Ἀνδριὰς μὲν ἐπὶ βάσεως, σπουδαῖος δὲ ἀνὴρ ἐπὶ καλῆς προαιρέσεως ἑστὼς ἀμετακίνητος ὀφείλει εἶναι.*

3. *Τὸν λιβανωτὸν τοῖς θεοῖς, τὸν δὲ ἔπαινον τοῖς ἀγαθοῖς ἀπονέμειν δεῖ.*

4. *Ἀπολογεῖσθαι μὲν γὰρ χρὴ ὑπὲρ τῶν ἀδίκως περὶ τὸ ἀδικεῖν αἰτίαν ἐχόντων, ἐπαινεῖν δὲ τοὺς ἐπ' ἀγαθῷ τινι διαφέροντας.*

5. *Οὔτε ἵππος εὐγενὴς κρίνοιτ' ἂν πολυτελῆ σκευὴν ἔχων, ἀλλ' ὁ τῇ φύσει λαμπρὸς, οὔτε ἀνὴρ σπουδαῖος ὁ πολύτιμον οὐσίαν κεκτημένος, ἀλλ' ὁ τὴν ψυχὴν γενναῖος.*

6. *Τοῦ σοφοῦ στόματος ἀνοιχθέντος, καθάπερ ἱεροῦ, τὰ καλὰ βλέπεται, ὥσπερ ἀγάλματα.*

7. *Οὔτε ναῦν ἐξ ἑνὸς ἀγκυρίου, οὔτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ὁρμιστέον.*

Ἀντισθένους.

8. *Οὔτε συμπόσιον χωρὶς ὁμιλίας, οὔτε πλοῦτος χωρὶς ἀρετῆς ἡδονὴν ἔχει.*

Aliae Similitudines ex Stobaeo et Antonio Melissa (interprete Conrado Gesnero).

EX STOBAEO.

E Cap. I. de Virtute.

Socratis.

1. Vitae, ceu simulacri cujusdam, partem unamquamque pulchram esse decet.

2. Ut statua basi, ita vir bonus instituto innixus honesto nullatenus dimoveri debet.

3. Thus diis, laus vero bonis viris tribuenda est.

4. Defendendi sunt, qui immerentes accusantur injuriarum: laude ornandi, qui ob bonum aliquod ceteris praestant excelluntque.

5. Equus generosus judicabitur, non quidem sumptuose ornatus, sed eximius natura: itidem nec vir honestus, qui opibus praedives, sed qui anima egregius erit.

6. Cum sapiens os suum aperuerit, tanquam templum, ibi animae pulcherrima simulacra perspiciuntur.

7. Neque navem unica anchora, neque vitam una spe fultam esse oportet.

Antisthenis.

8. Neque convivium, si desint congerrones, nec opes virtute carentes voluptate afficiunt.

Φωκίωνος.

9. Οὔτε ἐξ ἱεροῦ βωμὸν, οὔτε ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀφαιρετέον τὸν ἔλεον.

Ex Cap. III. περὶ φρονήσεως.

Σωκράτους.

10. Ὁδὸν μὲν τὴν λειοτάτην ἐκλέγεσθαι δεῖ, βίον δὲ τὸν ἀλυπότατον.

11. Μόνῳ τῷ λόγῳ, καθάπερ ἐπιτρόπῳ σώφρονι, παρακαταθετέον τὸν βίον καὶ τὴν νεότητα καὶ τὰ ὑπολείμματα.

12. Βίος ἁρμόζων ἀλυπότερος.

13. Ὥσπερ εἰς κενὸν σκάφος τὰ ἀπὸ τῆς φρονήσεως ἔρματα δεῖ προσεμβάλλειν.

14. Ψυχῆς ἐστι λόγος ἑαυτὸν αὔξων.

15. Ἐν τῷ βίῳ, καθάπερ ἐν δράματι, χρὴ τὰ πρῶτα λέγειν, οὐ τὸν πλουσιώτατον, ἀλλὰ τὸν φρονιμώτατον.

16. Καλὸν ἐπὶ μὲν τῆς ἑστίας φαίνεσθαι τὸ πῦρ λαμπρόν· ἐπὶ δὲ τῆς εὐτυχίας τὸν νοῦν.

17. Δεῖ ὥσπερ εὐνομουμένης τῆς πόλεως φυγαδεύειν στασιαστὴν ἄνθρωπον, οὕτως ἐκ τῆς σωθησομένης ψυχῆς τὸν πρὸς τὰ φαῦλα κεκλικότα νοῦν.

18. Οὔτε ἵππῳ χωρὶς χαλινοῦ, οὔτε πλούτῳ χωρὶς λογισμοῦ δυνατὸν ἀσφαλῶς χρήσασθαι.

Ἐκ τῶν Τομαρίων τοῦ Ἀριστωνύμου.

19. Κυβερνήτου μὲν ἀγαθοῦ εἰς τὰς τῶν πνευμάτων μεταβολὰς ἁρμόσασθαι, ἀνδρὸς δὲ σοφοῦ πρὸς τὰς τῆς τύχης.

20. Ἐν μὲν τῷ πλεῖν πείθεσθαι δεῖ τῷ κυβερνήτῃ, ἐν δὲ τῷ ζῆν τῷ λογίζεσθαι δυναμένῳ βέλτιον.

Ex Cap. IV. περὶ ἀφροσύνης.

Σωκράτους.

21. Ὁ μὲν δειλὸς τῆς πατρίδος, ὁ δὲ φιλόδοξος τῆς πατρῴας οὐσίας ἐστὶ προδότης.

Phocionis.

9. Nec e templo ara, nec ex humana natura misericordia tollenda est.

Cap. III. de Prudentia.

Socratis.

10. Via eligenda planissima, vita autem jucundissima.

11. Soli rationi, tanquam consultissimo tutori, ut vitam omnem, ita maxime juventutem credere convenit.

12. Vita cujusque moribus apta minori molestia fertur.

13. Tanquam in vacuum navigii alveum, (sic in animum) consilia prudentiae saburrae instar injicienda. [O.]

14. Animae ratio auget ipsa se ipsam.

15. Oportet in vita, tanquam in fabula quadam, primas dicendi partes obtinere non ditissimum, sed prudentissimum.

16. Pulchrum est in foco quidem ignem conspici splendidum, in felicitate autem animum.

17. Oportet, sicut ex civitate, quae bonis legibus administratur, seditiosum civem expellere, sic ex animo, quem salvum voluerimus, mentem ad mala inclinatam.

18. Nec equo sine freno, neque divitiis sine ratione tuto quis uti poterit.

Ex Aristonymi Tomariis.

19. Boni gubernatoris est ventorum se mutationibus accommodare, viri autem sapientis, fortunae.

20. Navigando gubernatori auscultandum est: vivendo illi, qui plus ratione valet.

Ex Cap. IV. de Imprudentia (p. 96. seqq.).

Socratis.

21. Timidus quidem patriae, ambitiosus vero substantiae paternae proditor est. [O.]

22. Ἐν μὲν ταῖς μέθαις παροινοῦσιν· ἐν δὲ ταῖς ἀτυχίαις παρανοοῦσιν οἱ ἀνόητοι.

23. Οὔθ' οἱ ἄμουσοι τοῖς ὀργάνοις, οὐδ' οἱ ἀπαίδευτοι ταῖς ἀτυχίαις δύνανται συναρμόσασθαι.

24. Τῷ τῶν ἀπαιδεύτων βίῳ, καθάπερ ὑποκριτῇ, πολλὰ τύφου μετενδύματα περίκειται.

25. Τοῖς ἄφροσιν, ὥσπερ τοῖς παιδίοις, μικρὰ πρόφασις εἰς τὸ κλαίειν ἱκανή.

26. Οἱ μὲν ξένοι ἐν ταῖς ὁδοῖς, οἱ δὲ ἀπαίδευτοι ἐν τοῖς πράγμασι πλανῶνται.

27. Ταυτόν ἐστιν ἀῤῥωστοῦντι φορτίον ἀναθέσθαι, καὶ ἀπαιδεύτοις εὐτυχίαν.

28. Οὔτε πλέοντας παρὰ τόπον ὁρμεῖν ἀσφαλὲς, οὔτε ζῶντας παρὰ τὸν νόμον βιοῦν ἀκίνδυνον.

29. Ὁ μὲν Πρωτεὺς τῇ μορφῇ, ὁ δὲ ἀπαίδευτος τῇ ψυχῇ παρ' ἕκαστον ἀλλοιοῦται.

30. Πολλοὺς ὥσπερ ἀσθενοῦντας, οὕτω καὶ εὐτυχοῦντας τὸ πλῆθος τῶν παρακειμένων λυπεῖ.

31. Οἱ μὲν ἀκρατεῖς ἐν ταῖς ἀῤῥωστίαις, οἱ δὲ ἄφρονες ἐν ταῖς ἀτυχίαις εἰσὶ δυσθεράπευτοι.

32. Οὔτε τὰ τοῦ Ἀχιλλέως ὅπλα τῷ Θερσίτῃ, οὔτε τὰ τῆς ψυχῆς ἀγαθὰ τῷ ἄφρονι ἁρμόττει.

Ἀριστώνυμος ἐν Τομαρίοις.

33. Πολλοὶ ἀδικηθέντες ὑπὸ ῥητόρων, τοὺς υἱοὺς ῥήτορας διδάσκουσιν· οὐδεὶς δὲ ἀδικηθεὶς ὑπὸ λύκου αὐτὸς λύκος γίνεται καὶ ἀντιδάκνει.

33. a) Οἱ μὲν σφοδρῶς πυρέττοντες τὴν ὄρεξιν καὶ τὴν ῥώμην, οἱ δ' ἐν τοῖς βασιλείοις παροικοῦντες τὸν νοῦν καὶ τὰ ἤθη πεφύκασι διαφθείρεσθαι, εἰ μὴ τὸ γνῶθι σαυτὸν συχνῶς αὐτοῖς ἐπιλέγουσιν. [*Anton. et Maxim. Serm.* περὶ τοῦ γνῶθι σαυτόν.]

E Cap. VI. περὶ ἀκολασίας.

Σωκράτους.

34. Οὔτε πῦρ ἱματίῳ περιστεῖλαι δυνατὸν, οὔτε αἰσχρὸν ἁμάρτημα χρόνῳ.

22. Stulti temulenti debacchantur; adversante fortuna insaniunt.

23. Neque Musices ignari instrumenta concinnare, neque indocti infortunia sibi accommodare possunt.

24. Indoctorum vita, tanquam histrio, multa fastus et arrogantiae gerit vestimenta.

25. Stultis, sicut infantibus, utcunque levis occasio satis est ad luctum.

26. Errant peregrini in viis, in rebus imperiti et rudes.

27. Idem est languenti onus imposuisse, et indocto bonam fortunam.

28. Neque navigantes praeter loci commoditatem appellere tutum est, neque viventes praeter legem vitam agere periculo vacat.

29. Proteus quidem formam, imperitus vero animum ubique mutat et variat.

30. Multos, ut in morbis, ita etiam in successu fortunae conversantium multitudo afficit molestia.

31. Luxuriosi, cum aegrotant, stulti, cum fortunam sinistram experiuntur, vix curari queunt.

32. Neque Achillis arma Thersiti, neque animi bona homini stulto conveniunt.

Aristonymus in tomariis.

33. Non pauci rhetorum injuria affecti filios suos artem rhetoricam docent. Nullus autem, qui injuriam a lupo accepit, ipse lupus fit, ut remordeat.

33. a) Qui valde febricitant, appetitum et robur amittunt, qui vero principum aulas inhabitant, mentem et bonos mores perdere solent, nisi frequenter animo repetant hoc dictum: Nosce te ipsum. [*Anton. et Maxim. Serm. de Cognitione sui.*]

E Cap. VI. de Intemperantia (p. 177.).

Socratis.

34. Nec ignem vestimento occulere possibile est, nec foedum peccatum tempore.

35. Τὸ μὲν πῦρ ὁ ἄνεμος, τὸν δὲ ἔρωτα ἡ συνήθεια ἐκκαίει.

E Cap. XXII. (Schow. XXII.) περὶ ὑπεροψίας.

Σωκράτους.

36. Παρὰ τῷ τύφῳ (καθάπερ παρὰ τῷ κακῷ πλάστῃ) διεστραμμένας τὰς τῶν πραγμάτων εἰκόνας ἰδεῖν ἐστιν.

37. Ἡ δεισιδαιμονία καθάπερ πατρὶ τῷ τύφῳ πείθεται.

Διογένους.

38. Ὁ τύφος ὥσπερ ποιμὴν, οὗ θέλει, τοὺς πολλοὺς ἄγει.

E Cap. X. Gesner. Schow. X. περὶ ἀδικίας.

Σωκράτους.

39. Ὑποστάθμη ἐστιν οἴνου μὲν τρὺξ, φιλαργύρου δὲ ἀνελευθερία.

40. Οὔτε παρὰ νεκροῦ ὁμιλίαν, οὔτε παρὰ φιλαργύρου χάριν δεῖ ζητεῖν.

41. Οἱ τὸ ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν κέρδος εἰς καλὰς χορηγοῦντες λειτουργίας ὅμοιόν τι ποιοῦσι τοῖς ἀπὸ ἱεροσυλείας εὐσεβοῦσιν.

Διογένους.

42. Οἱ φιλάργυροι, καθάπερ μαχαίρᾳ, τῷ βίῳ χρῶνται, πάντα ποιοῦντες κατὰ τὴν λαβήν.

E Cap. XIV. περὶ κολακείας.

Σωκράτους.

43. Ἡ τῶν κολάκων εὔνοια (καθάπερ ἐκ τροπῆς) φεύγει τὰς ἀτυχίας.

44. Θηρεύουσι τοῖς μὲν κυσὶ τοὺς λαγωοὺς οἱ κυνηγοὶ, τοῖς δὲ ἐπαίνοις τοὺς ἀνοήτους οἱ πολλοί.

45. Οἱ μὲν λύκοι τοῖς κυσὶν, οἱ δὲ κόλακες τοῖς φίλοις ὄντες ὅμοιοι, ἀνομοίων ἐπιθυμοῦσιν.

Διογένους.

46. Ἐπὶ τῆς κολακείας, ὥσπερ ἐπὶ μνήματος, αὐτὸ μόνον τὸ ὄνομα τῆς φιλίας ἐπιγέγραπται.

35. Ignem quidem ventus, amorem autem consuetudo accendit.

E Cap. XXII. de Superbia.

Socratis.

36. Apud superbiam, ceu apud malum statuarium, perversas rerum imagines videre est.

37. Superstitio superbiae tanquam parenti est morigera.

Diogenis.

38. Fastus, tanquam pastor, quoquo libet, vulgus hominum ducit.

E Cap. X. de Injustitia.

Socratis.

39. Sedimentum est vini quidem faex, avari autem illiberalitas.

40. Neque mortui colloquium, neque avari beneficium quaerendum est.

41. Qui lucrum turpiter acquisitum ad honestos in civitate usus expendunt, simile quid faciunt illis, qui sacrilegia ad pietatem et religionem convertunt.

Diogenis.

42. Avari vita sua tanquam gladio utuntur, omnia facientes secundum ansam.

E Cap. XIV. de Adulatione.

Socratis.

43. Adulatorum benevolentia, tanquam tergo hostibus dato, fugit infortunia.

44. Lepores quidem canibus venatores capiunt; multi autem stolidos laudibus irretiunt.

45. Lupi cum sint canibus similes, assentatores amicis, diversa tamen studia sequuntur.

Diogenis.

46. In assentatione, veluti sepulchro quopiam, solum amicitiae nomen inscriptum est.

'Εκ τῶν 'Αριστωνύμου τομαρίων.

47. Τὰ μὲν ξύλα τὸ πῦρ αὔξοντα, ὑπ' αὐτοῦ καταναλίσκεται· ὁ δὲ πλοῦτος ἐκτρέφων τοὺς κόλακας, ὑπ' αὐτῶν τούτων διαφθείρεται.

E Cap. XIII. περὶ παῤῥησίας.

Σωκράτους.

48. Τῆς παῤῥησίας, ὥσπερ ὥρας, ἐν καιρῷ ἡ χάρις ἡδίων.

49. Οὔτε μάχαιραν ἀμβλεῖαν, οὔτε παῤῥησίαν ἄπρακτον ἔχειν δεῖ.

50. Οὔτε ἐκ τοῦ κόσμου τὸν ἥλιον, οὔτε ἐκ τῆς παιδείας αἰρτέον τὴν παῤῥησίαν.

51. Ἔστιν, ὥσπερ τρίβωνα ῥυπαρὸν ἀμπεχόμενον εὐεκτεῖν, οὕτωσὶ καὶ βίον ἔχοντα πενιχρὸν παῤῥησιάζεσθαι.

'Εκ τῶν 'Αριστωνύμου τομαρίων.

52. Ὥσπερ τὸ μέλι τὰ ἡλκωμένα δάκνει, τοῖς δὲ κατὰ φύσιν ἡδύ ἐστιν, οὕτω καὶ οἱ ἐκ φιλοσοφίας λόγοι.

E Cap. XVI. περὶ φειδωλίας.

Σωκράτους.

53. Ὁ τῶν φιλαργύρων βίος ἔοικε νεκροῦ δείπνῳ, πάντα γὰρ ἔχων τὸν εὐφρανθησόμενον οὐκ ἔχει.

E Cap. XXIV. Gesneri περὶ φιλαυτίας.

'Εκ τῶν 'Αριστωνύμου τομαρίων.

54. Οὕτως ἔνιοι αὐτοῖς δοκοῦσι φιλοσοφεῖν, ὡς καὶ νήφειν οἱ μεθύοντες.

E Cap. XXXVII. Gesneri περὶ χρηστότητος.

Σωκράτους.

55. Ἡ μὲν ἐσθὴς τὴν ἀῤῥυθμίαν, ἡ δὲ εὔνοια τὴν ἁμαρτίαν περιστέλλει.

Ex Aristonymi tomariis.

47. Ligna, dum augent ignem, ab ipso consumuntur. Opes, dum alunt adulatores, ab iis ipsis pereunt.

E Cap. XIII. de Fiducia et Libertate dicendi.

Socratis.

48. Linguae liberae, ut tempori, opportuna occasio majorem gratiam conciliat.

49. Neque gladius obtusus, neque eloquendi libertas infructuosa sit.

50. Ut minime solem e mundo, ita neque dicendi fiduciam a recta institutione tollere convenit.

51. Sicut pallium sordidum non obstat corpori, quo minus sanum et quadratum sit: ita paupertas nihil orationis liberam fiduciam cohibet.

Ex Aristonymi tomariis.

52. Ut mel exulcerata mordicat, secundum naturam autem affectis suave est, ita quoque philosophicae orationes.

E Cap. XVI. de Parcitate.

Socratis.

53. Avarorum vita similis est funerali convivio. Omnia enim cum habeat, hominem, qui praesentibus hilariter fruatur, non habet.

E Cap. XXIV. de Amore sui.

Ex Aristonymi tomariis.

54. Nonnulli non secus sibi philosophori videntur, quam ebrii homines esse sobrii.

E Cap. XXXVII. de Bonitate.

Socratis.

55. Vestis quidem corporis inconcinnitatem, benevolentia vero peccatum obtegit.

E Cap. XXXVIII. περὶ φθόνου.

Σωκράτους.

56. Σωκράτης τὸν φθόνον ἔφη ψυχῆς εἶναι πρίονα.

56. a) Τὸ τῆς δόξης κάλλος, ὥσπερ ὑπὸ νόσου, τοῦ φθόνου ταχὺ μαραίνεται.

Ἐκ τῶν Ἀριστωνύμου τομαρίων.

57. Τοῖς μὲν διὰ τοῦ ἡλίου πορευομένοις, ἕπεται κατ' ἀνάγκην σκιά· τοῖς δὲ διὰ τῆς δόξης βαδίζουσιν, ἀκολουθεῖ φθόνος.

58. Ὁ φθόνος, ὥσπερ φαῦλος δημαγωγὸς, ταῖς καλαῖς ἀντιπολιτεύεται πράξεσιν.

E Cap. LXXIX. περὶ γραμμάτων.

58. b) Ἐν μὲν πολέμῳ πρὸς ἀσφάλειαν σίδηρος χρυσοῦ κρείττων, ἐν δὲ τῷ ζῆν ὁ λόγος τοῦ πλούτου.

E Cap. LXXXIV. περὶ εὐγενείας.

Σωκράτους.

59. Οὔτε σῖτον ἄριστον ἐκ τοῦ καλλίστου πεδίου κρίνομεν, ἀλλὰ τὸν εὔθετον πρὸς τὴν τροφήν· οὔτε ἄνδρα σπουδαῖον ἢ φίλον εὔνουν τὸν ἐξ ἐπιφανοῦς ὄντα γένους, ἀλλὰ τὸν ὑπάρχοντα τῷ τρόπῳ κρείττονα.

E Cap. XCII. Ὅτι τὰ χρήματα ἀβλαβῆ etc.

Σωκράτους ἐκ τῶν Ἀριστωνύμου τομαρίων.

60. Ὁ οἶνος μὲν συμμεταβάλλει τοῖς ἀγγείοις, ὁ δὲ πλοῦτος τοῖς τῶν κεκτημένων τρόποις.

61. Ἱδρὼς μὲν ὁ ἐκ τῶν γυμνασίων εὐσχημονέστερος· πλοῦτος δὲ ἐκ τῶν ἰδίων πόνων.

62. Τὸν πλοῦτον ὥσπερ φίλον ἐκτενῆ καὶ ἀπροφάσιστον εἰς τὰς καλὰς δεῖ παραλαμβάνειν πράξεις.

E Cap. XCV. Σύγκρισις πενίας καὶ πλούτου.

Ἐκ τῶν Ἀριστωνύμου τομαρίων.

63. Ὅτι πλῷ ἔοικε τῷ παρὰ γῆν ὁ τῶν πενήτων βίος· ὁ δὲ τῶν πλουσίων, τῷ διὰ πελάγους· τοῖς μὲν γὰρ ῥᾴδιόν ἐστι καὶ πεῖσμα βαλεῖν καὶ προσχεῖν καὶ νεωλκῆσαι, τοῖς δ' οὔ.

E Cap. XXXVIII. de Invidia.

Socratis.

56. Socrates dicebat, invidiam animi esse serram.

56. a) Pulchritudo famae citò marcescit ex invidia, ceu morbo quodam.

Ex Aristonymi tomariis.

57. Iter facientes per solem necessario comitatur umbra: incedentibus vero per gloriam comes est invidia.

58. Invidia tanquam malus demagogus (id est ambitiosus administrator reipublicae popularis) honestis actionibus obsistit.

E Cap. LXXIX. de Litteris.

58. b) In bello quidem ferrum auro praestat ad defendendum se, in vita autem eruditio divitiis.

E Cap. LXXXIV. de Nobilitate.

Socratis.

59. Neque frumentum optimum judicamus, quod in pulcherrimo agro natum est, sed quod commode nutrit, neque virum bonum aut amicum benevolum, qui genere clarus, sed qui moribus egregiis fuerit.

E Cap. XCII. Quod pecuniae moderate comparatae innoxiae sint.

Socratis ex Aristonymi tomariis.

60. Vinum immutatur cum vasis; divitiae vero pro moribus possidentium variant.

61. Sudor provocatus exercitiis decentior est; sic etiam divitiae propriis laboribus acquisitae.

62. Divitias, veluti amicum liberalem ac promtum, ad honestas actiones assumere oportet.

E Cap. XCV. Comparatio paupertatis et divitiarum.

Ex Aristonymi tomariis.

63. Pauperum vita similis est navigationi juxta littus: divitum autem ei, quae in profundo pelago fit. Illis enim facile est funem ejicere, appellere et navem extrahere; divitibus non item.

E Cap. CII. ὅτι ἀβέβαιος ἡ εὐπραξία.

Σωκράτους.

64. Ταυτόν ἐστιν ἐπ' εὐτυχίᾳ μέγα φρονεῖν, καὶ ἐπὶ ὀλισθηρᾶς ὁδοῦ σταδιοδρομεῖν.

E Cap. CIV. περὶ τῶν παρ' ἀξίαν εὐτυχούντων.

Ἐκ τῶν Ἀριστωνύμου τομαρίων.

65. Ἔοικεν ὁ βίος θεάτρῳ· διὸ πολλάκις χείριστοι τὸν κάλλιστον ἐν αὐτῷ κατέχουσι τόπον.

E Cap. CVIII. ὅτι δεῖ τὰς μὲν εὐτυχίας προφαίνειν, τὰς δὲ ἀτυχίας κρύπτειν.

Σωκράτους.

66. Ταυτόν ἐστιν ἐν γυμνικῷ ἀγῶνι ἡττηθέντα ὕβρεως δίκην τῷ ἀνταγωνιστῇ λαχεῖν, καὶ ἐν τῷ ζῆν νικώμενον ὑπὸ τῆς τύχης ἐγκαλεῖν αὐτῇ, ἀγνοοῦντα ἐφ' οἷς δικαίοις εἰς τὸν ἀγῶνα τοῦ ζῆν συγκαταβεβήκαμεν.

E Cap. CXII. ὅτι οἱ ἀτυχοῦντες χρήζουσι τῶν συμπασχόντων.

Σωκράτους.

67. Τοῖς μὲν νοσοῦσιν ἰατρούς, τοῖς δ' ἀτυχοῦσι φίλους δεῖ παραινεῖν.

E Cap. CIX. περὶ ἐλπίδος.

Σωκράτους ἐκ τῶν Ἀριστωνύμου τομαρίων.

68. Αἱ πονηραὶ ἐλπίδες, ὥσπερ οἱ κακοὶ ὁδηγοί, ἐπὶ τὰ ἁμαρτήματα ἄγουσιν.

69. Οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρός, οὔτε ἐλπὶς ἀγαθὴ χωρὶς πόνου γεννᾷ τι χρήσιμον.

E Cap. CXX. Σύγκρισις ζωῆς καὶ θανάτου.

Σωκράτους.

70. Ἐν τῷ βίῳ, καθάπερ ἐν θεάτρῳ, ἄχρι τούτου δεῖ περιμένειν, ἄχρις οὗ τὴν τῶν ἔργων θέαν ἐπιτερπῆ εἶναι συμβαίνει.

E Cap. CII. de Inconstantia fortunae.

Socratis.

64. Idem est in secunda fortuna altum sapere, et in lubrica via cursu certare.

E Cap. CIV. de illis qui fortuna sunt indigni.

Ex Aristonymi tomariis.

65. Similis est vita theatro. Quocirca saepius pessimi quique honoratissimum inter homines locum obtinent.

E Cap. CVIII. Bonam fortunam proferendam, malam vero celandam esse.

Socratis.

66. Idem est in gymnico certamine victum contumeliae actionem adversario intentare, et in vita victum a fortuna eam accusare, nescientem, quo jure, quibusque legibus in vitae certamen cum ipsa descenderimus.

E Cap. CXII. Infortunatos opus habere condolentibus.

Socratis.

67. Medicos aegrotis, amicos infortunatis consulere oportet.

E Cap. CIX. de Spe.

Socratis ex Aristonymi tomariis.

68. Spes mala, sicut malus viae dux, ad peccata ducit.

69. Neque mulier sine viro, neque bona spes absque labore utile quidquam pariet.

E Cap. CXX. Comparatio vitae et mortis.

Socratis.

70. In vita, tanquam in theatro, tamdiu permanendum est, quamdiu rerum et operum hujus vitae jucundum erit spectaculum.

E Cap. CXXIII. Παρηγορικά.

Σωκράτους.

71. Πεττεία τινὶ ἔοικεν ὁ βίος· καὶ δεῖ ὥσπερ ψῆφόν τινα τίθεσθαι τὸ συμβαῖνον· οὐ γάρ ἐστιν ἄνωθεν βαλεῖν οὐδὲ ἀναθέσθαι τὴν ψῆφον.

EX ANTONII ET MAXIMI ECLOGIS.

Cap. LVI. περὶ εὐεργεσίας καὶ χάριτος etc.

Σωκράτους.

72. Ὁ πλουσίῳ χορηγῶν οὐδὲν διαφέρει τοῦ εἰς θάλασσαν ὕδωρ ἐκχέοντος.

73. Οὐδὲν ἐν τῷ βίῳ τάχιστα γηράσκει ὡς χάρις.

Cap. XCIII. περὶ γλωσσαλγίας.

Σωκράτους.

74. Κρεῖττόν ἐστι τῷ ποδὶ ὀλισθαίνειν ἢ τῇ γλώσσῃ.

Cap. LIV. περὶ πλεονεξίας.

75. Σωκράτης τοὺς μὲν πλεονέκτας εἴκαζε ταῖς ὄρνισιν, ὧν ἡ μὲν καταπίνει ὅ, τι ἂν προστύχῃ, καὶ ἔστιν ὅτε πνίγεται· αἱ δ' ἄλλαι περιακολουθοῦσιν ἀφελεῖν αὐτὸ σπεύδουσαι, ἵνα παρὰ μέρος πνιγῶσιν.

Cap. CIX. περὶ κάλλους.

Σωκράτους.

76. Τὰ τῶν καλῶν φιλήματα φυλάττεσθαι δεῖ, ὡς τὰ τῶν ἰοβόλων δήγματα.

Cap. CXXXV. περὶ φίλων καὶ φιλίας καὶ φιλαδελφίας.

Σωκράτους.

77. Οἱ ἀδελφοὺς παριέντες καὶ ἄλλους φίλους ζητοῦντες παραπλήσιοι εἰσὶ τοῖς τὴν ἑαυτῶν γῆν ἐῶσι, τὴν δὲ ἀλλοτρίαν γεωργοῦσιν.

Cap. CXXXVII. περὶ φίλων μοχθηρῶν.

Σωκράτους.

78. Τὸ φιλεῖν ἀκαίρως ἴσον ἐστὶ τῷ μισεῖν.

E Cap. CXXIII. Consolatoria.

Socratis.

71. Aleae ludo similis est vita: et quicquid evenit, veluti quandam tesseram disponere oportet. Non enim denuo jacere licet, neque tesseram aliter ponere.

EX ANTONII ET MAXIMI ECLOGIS.

Cap. LVI. de Beneficentia et Gratia. (ed. Stobaei Gesner. Francof. 275.)

Socratis.

72. Qui diviti largitur, nihil ab eo differt, qui aquam in mare profundit.

73. Nihil in vita celerius beneficio senescit.

Cap. XCIII. de Loquacitate.

Socratis.

74. Praestat pede quam lingua labi.

Cap. LIV. de Avaritia (p. 225. sq.)

75. Socrates avaros avibus comparabat, quarum alia deglutit quicquid invenerit, et quandoque suffocatur; aliae vero sequuntur, ut quod habet ei extorqueant, et ipsae quoque aliae post alias suffocentur.

Cap. CIX. de Pulchritudine (p. 565.).

Socratis.

76. Formosorum oscula vitanda sunt, quasi animalium morsus venenatorum.

Cap. CXXXV. de Amicitia et Amicis et Amore fraterno (p. 716.).

Socratis.

77. Qui fratribus praeteritis alios sibi amicos acquirunt, iis sunt similes, qui relicto suo agro alienum colunt.

Cap. CXXXVII. de Amicis improbis (p. 723.).

Socratis.

78. Amor intempestivus similis est odio.

Cap. CXL. περὶ πλούτου καὶ πενίας.

Σωκράτους.

79. Τὰ τῶν πλουσίων καὶ ἀσώτων χρήματα ταῖς ἐπὶ τῶν κρημνῶν συκέαις εἴκαζεν (Σωκράτης), ἀφ' ὧν ἄνθρωπον μὲν μὴ λαμβάνειν, κόρακας δὲ καὶ ἰκτίνους, ὥσπερ παρὰ τούτων ἑταίρας καὶ κόλακας.

Cap. CXLIX. περὶ γήρως καὶ νεότητος.

Σωκράτους.

80. Ἡδύ ἐστιν, ὥσπερ φίλῳ σπουδαίῳ, αὐτῷ καὶ λόγῳ καλῷ συγγηράσκειν.

Cap. CCX. περὶ παιδείας.

80. a) Σωκράτης ἰδὼν πλούσιον ἀπαίδευτον ἔφη· ἰδοὺ καὶ τὸ χρυσοῦν ἀνδράποδον.

Serm. CCXLVI. περὶ βίου ἀνωμαλίας.

80. b) Ταυτόν ἐστιν ἐπὶ εὐτυχίᾳ μέγα φρονεῖν καὶ ἐπὶ ὀλισθηρᾶς ὁδοῦ σταδιοδρομεῖν.

80. c) Καλὸν μὲν ἐπὶ ἑστίας φαίνεσθαι τὸ πῦρ λαμπρὸν, ἐπὶ δὲ τῆς εὐτυχίας τὸν νοῦν.

Pythagoreorum Similitudines omissae a Demophilo. (Ex Jamblichi Adhort. ad Philos. C. II. p. 14. seq. ed. Kiessling.)

81. Ψυχῇ ζῶντας ἡμᾶς τῇ ταύτης ἀρετῇ ῥητέον εὖ ζῆν, ὡς ὀφθαλμοῖς ὁρῶντας τῇ τούτων ἀρετῇ καλῶς ὁρᾶν.

82. Οὔτε χρυσοῦ νομιστέον ἰὸν, οὔτε ἀρετῆς αἶσχος ἅπτεσθαι.

83. Καθάπερ εἰς ἄσυλον τέμενος τὴν ἀρετὴν ὁρμητέον, ὅπως πρὸς μηδεμίαν ἀγεννῆ ψυχῆς ὕβριν ὦμεν ἔκδοτοι.

84. Ἀρετῇ μὲν θαρσητέον ὡς σώφρονι γαμετῇ, τύχῃ δ' ὡς ἀστάτῳ πιστευτέον ἑταίρᾳ.

85. Κρεῖττον μετὰ πενίας ἀρετὴν ὑποληπτέον, ἢ πλοῦτον μετὰ κακίας, ὀλιγοσιτίαν μετὰ ὑγιείας, ἢ πολυφαγίαν μετὰ νόσου.

86. Βλαβερὰ μάλιστα τροφῆς μὲν ἀφθονία τῷ σώματι, κτήσεως δὲ τῷ τὴν ψυχὴν διακειμένῳ κακῶς.

Cap. CXL. de Divitiis et Paupertate (p. 757.).
Socratis.

79. Divitum et prodigorum bona, fico arbori positae in loco praecipiti et abrupto comparabat (Socrates), de qua homines nihil accipiant, sed corvi et milvi, quemadmodum ab illis scorta et adulatores.

Cap. CXLIX. de Senectute et Juventute (p. 855.).
Socratis.

80. Jucundum est, ut cum amico bono, sic cum bona ratione senescere.

Serm. CCX. de Disciplina.

80. a) Divitem quendam indoctum conspicatus Socrates, Ecce, inquit, aureum mancipium.

Serm. CCXLVI. de Vitae Inaequalitate.

80. b) Idem est in fortuna secunda altum sapere, et in lubrica via cursu contendere.

80. c) In foco ignem, in bona fortuna mentem splendere pulchrum est.

Ex Jamblicho.

81. Cum anima vivamus, ejus nos virtute recte vivere dicendum est, quemadmodum oculis cernentes horum virtute bene cernimus.

82. Neque auro existimandum est adhaerescere robiginem; neque virtuti turpitudinem.

83. Sicut in asylum ad virtutem est contendendum, ne ad ullam illiberalem animi insolentiam simus projecti.

84. Virtuti est confidendum, ut castae conjugi, fortunae credendum, ut mutabili meretrici.

85. Praestantior cum paupertate virtus est habenda, quam divitiae cum improbitate, victus frugalitas cum bona valetudine, quam ciborum abundantia cum morbo.

86. Infestissima corpori alimentorum copia, et bonorum homini improbo animo.

86. b) *Καὶ ἐπισφαλὲς, καὶ ὅμοιον μαινομένῳ δοῦναι μάχαιραν, καὶ μοχθηρῷ δύναμιν.*

87. *Καθάπερ τῷ ἐμπύῳ βέλτιον τὸ καίεσθαι τοῦ διαμένειν, καὶ τῷ μοχθηρῷ τὸ τεθνάναι τοῦ ζῆν.*

88. *Τῶν κατὰ σοφίαν θεωρημάτων ἀπολαυστέον ἐφ' ὅσον οἷόν τε, καθάπερ ἀμβροσίας καὶ νέκταρος· ἀκήρατόν τε γὰρ τὸ ἀπ' αὐτῶν ἡδὺ καὶ τὸ θεῖον τὸ μεγαλόψυχον δύναταί τε ποιεῖν, καὶ εἰ μὴ ἀϊδίους, ἀϊδίων γε ἐπιστήμονας.*

89. *Εἰ εὐκτὸν ἡ εὐαισθησία, μᾶλλον σπουδαστὸν ἡ φρόνησις, ἔστι γὰρ τοῦ ἐν ἡμῖν πρακτικοῦ νοῦ οἱονεί τις εὐαισθησία· δι' ἣν μὲν γὰρ, ἐν οἷς πάσχομεν, οὐ παραισθανόμεθα, δι' ἣν δὲ, ἐν οἷς πράττομεν, οὐ παραλογιζόμεθα.*

90. *Καὶ τὸν θεὸν σεβόμεθα κατὰ τρόπον, εἰ τὸν ἐν ἡμῖν νοῦν παρασκευάσαιμεν πάσης κακίας ὥσπερ τινὸς κηλῖδος καθαρόν.*

91. *Κοσμητέον ἱερὸν μὲν ἀναθήμασι, τὴν δὲ ψυχὴν μαθήμασιν.*

92. *Ὡς πρὸ τῶν μεγάλων μυστηρίων τὰ μικρὰ παραδοτέον, καὶ πρὸ φιλοσοφίας παιδείαν.*

93. *Καθάπερ χώρας μάλιστα ἐπιμελητέον τῷ τῆς ἀρίστης ἐπιτυχόντι, καὶ ψυχῆς, ὅπως τῆς φύσεως ἄξιον ἐνέγκηται τὸν καρπόν.*

Ἀρίστωνος ἐν ὁμοιώμασι.

Stobaeus Cap. IV. (*περὶ ἀφροσύνης*) p. 126. ed. Schow.

94. *Ἀρίστων ὁ Χῖος τοὺς περὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα πονουμένους, ἀμελοῦντας δὲ φιλοσοφίας, ἔλεγεν ὁμοίους εἶναι τοῖς μνηστῆρσι τῆς Πηνελόπης, οἳ, ἀποτυγχάνοντες ἐκείνης, περὶ τὰς θεραπαίνας ἐγίγνοντο.*

95. *Ὁ αὐτὸς τοὺς πολλοὺς εἴκαζε τῷ Λαέρτῃ, ὅστις, τῶν κατὰ τὸν ἀγρὸν ἐπιμελούμενος, ὀλιγώρως εἶχεν ἑαυτοῦ· καὶ γὰρ τούτους, τῶν κτημάτων πλείστην ἐπιμέλειαν ποιουμένους, περιορᾶν τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν, πλήρη παθῶν ἀγρίων οὖσαν.*

86. b) Aeque periculosum est furibundo gladium dare, atque improbo potentiam.

87. Quemadmodum suppurato utilius est ulcus uri, quam pus relinqui, ita improbo mortuum esse quam vivere.

88. Sapientiae praeceptis fruendum est, quantum licet, ut ambrosia et nectare. Nam et sincera est eorum dulcedo, et divinam naturam animum magnum efficere possunt, atque, si non aeternos, at rerum aeternarum peritos.

89. Si optabilis est sensuum integritas, magis quaerenda prudentia. Est enim quasi integritas quaedam mentis ad agendum applicatae. Nam illa efficit, ne in iis, quae nos afficiunt, sensu fallamur, haec, ne in iis, quae agimus, falsis rationibus decipiamur.

90. Deum rite colimus, si animum nostrum ab omni improbitate tanquam macula purum reddimus.

91. Ornandum est templum donariis, animus doctrinis.

92. Ut ante magna mysteria parva sunt tradenda, ita ante philosophiam institutio.

93. Quemadmodum ab eo maxima cura in agrum est impendenda, qui optimum nactus est, ita etiam in animum, quo dignos natura fructus ferat.

Aristonis et aliorum similitudines quaedam.

Ex Stobaeo Cap. IV. (de imprudentia.)

94. Ariston Chius eos, qui cyclopaediae et mathematicis disciplinis vacarent, neglecta philosophia, similes dicebat esse procis Penelopes, qui cum ipsa potiri non possent, ancillis miscebantur.

95. Idem vulgus hominum Laerti comparabat, qui cum reliqua ruri diligenter omnia curaret, se ipsum negligebat: sic et illos studiosissimos quidem esse circa possessiones, animum autem feris obrutum affectibus non excolere ajebat.

Idem Cap. LXXVIII. (ὅτι χρὴ τοὺς γονεῖς τῆς καθηκούσης τιμῆς καταξιοῦσθαι παρὰ τῶν τέκνων).

96. Οἱ ἄρτι ἐκ φιλοσοφίας πάντας ἐλέγχοντες, καὶ ἀπὸ τῶν γονέων ἀρχόμενοι, πάσχουσιν ὅπερ νεώνητοι κύνες, οἳ οὐ μόνον τοὺς ἄλλους ὑλακτοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἔνδον.

Idem Cap. LXXXI. (εἰς τὸ ἐναντίον περὶ γραμμάτων).

97. Οἱ ἐν διαλεκτικῇ βαθύνοντες ἐοίκασι καρκίνους μασσωμένοις, οἳ δι' ὀλίγον τρόφιμον περὶ πολλὰ ὀστᾶ ἀσχολοῦνται.

98. Ἀρίστων ἔλεγεν ἐοικέναι τὴν διαλεκτικὴν τῷ ἐν ταῖς ὁδοῖς πηλῷ· πρὸς οὐδὲν γὰρ οὐδ' ἐκεῖνον χρήσιμον ὄντα καταβάλλειν τοὺς βαδίζοντας.

99. Καρνεάδης τὴν διαλεκτικὴν ἔλεγε πολύποδι ἐοικέναι· καὶ γὰρ ἐκεῖνον αὐξηθείσας τὰς πλεκτάνας κατεσθίειν· καὶ τούτους, προϊούσης τῆς δυνάμεως, καὶ τὰ σφέτερα ἀνατρέπειν.

100. Κλειτόμαχος εἴκαζε τὴν διαλεκτικὴν τῇ σελήνῃ· καὶ γὰρ ταύτην οὐ παύεσθαι φθίνουσαν καὶ αὐξομένην.

101. Ἀρίστων τοὺς λόγους τῶν διαλεκτικῶν τοῖς τῶν ἀραχνίων ὑφάσμασιν εἴκαζεν, οὐδὲν μὲν χρησίμους, λίαν δὲ τεχνικούς.

102. Ὁ ἐλλέβορος ὁλοσχερέστερος μὲν ληφθεὶς, καθαίρει· εἰς δὲ πάνυ μικρὰ τριφθεὶς πνίγει· οὕτω καὶ ἡ κατὰ φιλοσοφίαν λεπτολογία.

103. Πολλοὶ σοφοὶ γηραιοὶ φιλοζωοῦσι· καὶ γὰρ οἱ ὀψὲ γήμαντες φιλοζωοῦσιν, ἵν' ἐκθρέψωσι τὰ τέκνα, καὶ οὗτοι ὀψὲ ἀρετῆς ἐπήβολοι γενόμενοι ἐφίενται αὐτὴν ἐκθρέψαι.

Serm. XX. περὶ θυμοῦ.

103. a) Τὴν κακολογίαν ἡ ὀργὴ φαίνεται ἀπογεννῶσα, ὥστε ἡ μήτηρ οὐκ ἀστεία.

Idem Cap. LXXVIII. (Parentes a liberis honorandos.)

96. Qui nunc ex philosophia omnes reprehendunt, idque facere a parentibus incipiunt, non secus affecti sunt, quam nuper empti canes, qui non solum alios, sed etiam domesticos allatrant.

Idem Cap. LXXXI. (Adversus litteras.)

97. Qui dialecticae studium profunde rimantur, cancros edentibus similes sunt, qui propter exiguum alimentum circa crustas plurimas occupantur.

98. Ariston dialecticam ajebat luto viarum similem esse. Nam et lutum inutile cum sit, transeuntes prosternit.

99. Carneades dialecticam inquiebat polypo similem esse. Uti polypus enim cirros suos auctos devorat: ita dialecticos jam peritiores factos suas quoque opiniones réfutare.

100. Clitomachus dialecticam lunae comparabat, ut quae similiter augeri et decrescere non cessaret.

101. Ariston dialecticorum sermones aranearum telis conferebat, ut quae subtiles admodum, sed inutiles essent.

102. Veratrum crassiuscule sumptum purgat, in pollinem vero laevigatum suffocat; sic et nimis anxia subtilisque in philosophia disputatio.

103. Multi sapientes senes cupidi sunt vitae. Nam qui sero nuptias contraxerunt, diuturnam vitam cupiunt, ut liberos educent: et illi, cum sero tandem virtute potiti sint, ipsam enutrire desiderant.

Serm. XX. de Ira.

103. a) Apparet iram parere maledicentiam: itaque mater est incivilis.

ΑΛΛΑ ΟΜΟΙΩΜΑΤΑ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΑ

πανταχόθεν συλλεγέντα (ex Joach. Zehneri collectione reliquiarum Pythagorae).

104. *Αἱρετώτερόν σοι ἔστω λίθον εἰκῇ βάλλειν, ἢ λόγον ἀργόν.* [*Anton. Meliss. C.* 48.]

105. *Αἰσχρὸν τοῖς τῶν μελιττῶν δωρήμασι γλυκάζοντα τὴν κατάποσιν τὸ τοῦ θεοῦ δῶρον πικράζειν τὸν λόγον τῇ κακίᾳ.* [*Maximus Philos. Collect. Sent. Cap.* 59.]

106. *Βίος ἔοικε πανηγύρει· ὡς οὖν εἰς ταύτην, οἱ μὲν ἀγωνιούμενοι, οἱ δὲ κατ' ἐμπορίαν, οἱ δέ γε βέλτιστοι ἔρχονται θεαταί· οὕτως ἐν τῷ βίῳ οἱ μὲν ἀνδραποδώδεις φύονται δόξης καὶ πλεονεξίας θηραταί, οἱ δὲ φιλόσοφοι τῆς ἀληθείας.* [*Diog. Laert. VIII.* §. 8.]

107. *Βότρυας τρεῖς ἡ ἄμπελος φύει, τὸν μὲν πρῶτον ἡδονῆς, τὸν δεύτερον μέθης, τὸν δὲ τρίτον ὕβρεως.* [*Anton. Meliss. C.* 48.]

108. *Θάνατός ἐστιν, ὁκόσα ἐγερθέντες ὁρέομεν, ὁκόσα δὲ εὕδοντες, ὕπνος.* [*Clem. Alex. Lib. III. Strom. fol.* 186. *Sylb.*]

109. *Ἰσχὺς καὶ τεῖχος καὶ ὅπλον σοφοῦ ἡ φρόνησις.* [*Stob. Serm.* 3.]

110. *Λόγος ἐκείνου τοῦ φιλοσόφου κενός ἐστιν, ὑφ' οὗ μηδὲν ἀνθρώπου πάθος θεραπεύεται· ὥσπερ γὰρ ἰατρικῆς οὐκ ὄφελος, μὴ τὰς νόσους ἐκβαλλούσης ἀπὸ τῶν σωμάτων, οὕτως οὐδὲ φιλοσοφίας, εἰ μὴ τὸ τῆς ψυχῆς κακὸν ἐκβάλλῃ.* [*Stob. Serm.* 8.]

111. *Ξίφους πληγὴ κουφοτέρα γλώσσης· τὸ μὲν γὰρ σῶμα, ἡ δὲ τὴν ψυχὴν τιτρώσκει.* [*Maxim. Cap.* 41.]

112. *Ὅμοιον ἀψινθίου τὸ δριμὺ καὶ λόγου παῤῥησίαν ἐκκόψαι.* [*Stob. Serm.* 13.]

113. *Ὥσπερ σωματικὸν πάθος οὐ κρυπτόμενον, οὐδὲ ἐπαινούμενον ὑγιάζεται, οὕτως οὐδὲ ἡ ψυχὴ κακῶς φρουρουμένη καὶ συναγορευομένη θεραπεύεται.* [*Stob. Serm.* 13.]

ALIAE PYTHAGOREORUM SIMILITUDINES *undequaque collectae.*

104. Optabilius tibi sit lapidem temere projicere, quam sermonem otiosum.

105. Turpe est apum donis potum dulciorem reddere, atque interim Dei donum, nimirum rationem malitia exacerbare.

106. Vita humana mercatui, vel cuicunque celebritati panegyricae non est absimilis. Quemadmodum enim ad hanc alii quidem certaturi, alii negotiaturi, alii vero, qui optimi sunt, ut spectatores futuri adveniunt; sic etiam in hac vita nonnulli quidem, ut homines serviles, aut mancipia nascuntur, gloriae et lucri aucupes, alii vero, ut philosophi, veritatis studiosi.

107. Vitis tres producit uvas, primam voluptatis, alteram ebrietatis, tertiam contumeliae.

108. Quidquid expergefacti videmus, mors est, quidquid vero dormientes, somnus.

109. Prudentia loco roboris, muri et armorum est viro sapienti.

110. Vana est illius philosophi oratio, quae nullum in homine affectum aut passionem curat. Quemadmodum enim nullus est medicinae usus, nisi morbos a corporibus exterminet: ita nec philosophiae, nisi animae vitia expellat.

111. Plaga gladii levior est, quam linguae; ille enim corpus, haec animam vulnerat.

112. Idem est absinthii amaritudinem, et dicendi libertatem tollere.

113. Ut morbus corporis, si eum abscondas aut laudes, nunquam sanatur, ita nec anima (vel vitium animae), cui male patrocinaris et assentiris, unquam curatur.

114. Ζῆν κρεῖττόν ἐστιν ἐπὶ στιβάδος κατακείμενον καὶ θαῤῥεῖν, ἢ ταράττεσθαι χρυσῆν ἔχοντα κλίνην. [*Stob. Serm. V. Maxim. Cap.* 21.]

115. Πυθαγόρας παρηγγύα μὴ πυκνὰ τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου· μὴ δεῖν συνεχῶς ἀφροδιάζειν αἰνιττόμενος. [*Stob. Serm. XVII.* περὶ τῆς ἐγκρατείας.]

ΔΗΜΟΦΙΛΟΥ

ΓΝΩΜΑΙ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΑΙ.

1. Ἃ κτησάμενος οὐ καθέξεις, μὴ αἰτοῦ παρὰ θεοῦ· δῶρον γὰρ θεοῦ ἀναφαίρετον· ὥστε οὐ δώσει, ἃ μὴ καθέξεις.

2. Ἄγρυπνος ἔσο κατὰ νοῦν· συγγενὴς γὰρ τοῦ ἀληθινοῦ θανάτου ὁ περὶ τοῦτον ὕπνος.

3. Βλάπτει θεὸς οὐ χολωθεὶς, ἀλλ' ἀγνοηθεὶς, ὀργὴ γὰρ θεοῦ ἀλλότριον· ἐπ' ἀβουλήτοις γὰρ ἡ ὀργή· θεῷ δὲ οὐδὲν ἀβούλητον.

4. Βουλευόμενος περὶ ἄλλου κακῶς, φθονεῖς σαυτῷ πάσχων ὑπὸ σαυτοῦ κακῶς. καὶ αὐτὸς δὲ μὴ βούλου παρὰ κακοῦ πάσχειν καλῶς· οἷον γὰρ τὸ ἦθος ἑκάστου, τοιόςδε ὁ βίος καὶ αἱ πράξεις. ψυχὴ γάρ ἐστι ταμιεῖον, ἀγαθὴ μὲν ἀγαθοῦ, κακὴ δὲ κακοῦ.

5. Βουλευσάμενος πολλὰ ἧκε ἐπὶ τὸ λέγειν ἢ πράττειν· οὐ γὰρ ἕξεις ἐξουσίαν ἀνακαλέσασθαι τὰ πραχθέντα ἢ λεχθέντα.

6. Γλῶσσα σοφοῦ οὐ προηγουμένως τίμιον παρὰ θεῷ, ἀλλὰ τὰ ἔργα· σοφὸς γὰρ καὶ σιγῶν τὸν θεὸν τιμᾷ.

7. Γλώσσαλγος ἄνθρωπος καὶ ἀμαθὴς, εὐχόμενος καὶ θύων τὸ θεῖον μιαίνει· μόνος οὖν ἱερεὺς ὁ σοφὸς, μόνος θεοφιλὴς, μόνος εἰδὼς εὔχεσθαι.

114. Satius est in culcitra vel stramentis humi cubantem vivere et bono animo esse, quam perturbatum in aureo lecto.

115. Pythagoras admonebat: Ne saepe homo ab homine: hoc aenigmate frequente venereorum usu interdicens.

DEMOPHILI

SENTENTIAE PYTHAGORICAE.

1. Quae parta tueri non possis, ea a deo ne expetas: nullum enim dei donum eripi potest; idcirco haudquaquam dabit, quod nequeas conservare.

2. Mente pervigili esto; nam animi veternus verae morti affinis est.

3. Mala hominibus immittit deus non iratus, sed ignoratus: ira enim aliena est a deo; quippe quae in rebus contra voluntatem accidentibus locum habet: deo autem nihil invito accidit.

4. Ubi de alio mali quid cogitas, te ipsum malo praevertis, neque vero boni quidquam a malo exspectes: nam quales cujusque mores, talis et vita et actiones: penu enim et promtuarium est animus, bonus quidem bonorum, malus autem malorum.

5. Postquam diu multumque consulueris, ad dicendum vel agendum accede: neque enim in tua potestate erit facta aut dicta revocare.

6. Non linguam sed opera sapientis deus praecipue aestimat: nam sapiens, etiam cum tacet, deum honorat.

7. Homo garrulus et imperitus et orando et sacrificando numen contaminat. Solus igitur sapiens sacerdos, solus pius, solus orandi gnarus.

8. *Γυμνὸς ἀποσταλεὶς σοφὸς, γυμνιτεύων καλέσει τὸν πέμψαντα· μόνου γὰρ μὴ τοῖς ἀλλοτρίοις πεφορτισμένου ἐπήκοος ὁ θεός.*

9. *Δῶρον ἄλλο μεῖζον ἀρετῆς οὐκ ἔστι παρὰ θεοῦ λαβεῖν.*

10. *Δῶρα καὶ θυσίαι θεὸν οὐ τιμῶσιν, ἀναθήματα θεὸν οὐ κοσμεῖ· ἀλλὰ τὸ ἔνθεον φρόνημα διαρκῶς συνάπτει θεῷ· χωρεῖν γὰρ ἀνάγκη τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον.*

11. *Δουλεύειν πάθεσι χαλεπώτερον, ἢ τυράννοις.*

12. *Διαλέγεσθαι ἄμεινον ἑαυτῷ πλέον, ἤπερ τοῖς πέλας.*

13. *Ἐὰν ἀεὶ μνημονεύῃς, ὅτι, ὅπου ἂν ᾖ ἡ ψυχή σου, καὶ τὸ σῶμα ἔργον ἀποτελεῖ, θεὸς ἐφέστηκεν ἔφορος, ἐν πάσαις σου ταῖς εὐχαῖς καὶ πράξεσιν, αἰδεσθήσῃ μὲν τοῦ θεωροῦ τὸ ἄληστον, ἕξεις δὲ τὸν θεὸν σύνοικον.*

14. *Ἐφ' ὅσον σαυτὸν ἀγνοεῖς, νόμιζε μαίνεσθαι.*

15. *Ζητεῖν δεῖ καὶ ἄνδρα καὶ τέκνα τὰ μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ βίου τούτου παραμένοντα.*

16. *Ζῇ ὡς ἀληθῶς θεῷ ὁμοίως ὁ αὐτάρκης καὶ ἀκτήμων φιλόσοφος, καὶ πλοῦτον ἡγεῖται μέγιστον, μηδὲν ἀλλότριον κεκτῆσθαι καὶ μὴ ἀναγκαῖον. ἐπιτείνει γὰρ τὴν ἐπιθυμίαν ποτὲ ἡ τῶν χρημάτων ἐπίκτησις· αὔταρκες δὲ πρὸς εὐζωΐαν τὸ μηδὲν ἀδικεῖν.*

17. *Ἡ τῶν ὄντως ὄντων κτῆσις διὰ ῥαστώνης οὐ περιγίνεται.*

18. *Ἡγοῦ μάλιστα ἀγαθὸν εἶναι, ὃ καὶ ἑτέρῳ μεταδιδόμενον σοὶ μᾶλλον αὔξεται.*

19. *Ἡγοῦ μάλιστα φίλους τοὺς ὠφελοῦντας τὴν ψυχὴν ἢ τὸ σῶμα.*

20. *Ἡγοῦ παντὸς ἀνοήτου καὶ τὸν ἔπαινον καὶ τὸν ψόγον καταγέλαστον, καὶ ὅλα τὰ τῶν ἀμαθῶν ὄνειδος εἶναι τὸν βίον.*

8. Sapiens nudus huc missus, nudus eum, qui misit, invocet: deus enim solum exaudit illum, qui alienis non est oneratus.

9. Nullum donum majus virtute a deo accipi potest.

10. Munera et victimae nil honoris deo conferunt, neque suspensa templis donaria deum ornant: sed mens pia solide nos deo conjungit, nam simile simili adjungi necessum est.

11. Durius est servire affectibus, quam tyrannis.

12. Praestat saepius cum se ipso, quam cum externis colloqui.

13. Si semper memineris, quocumque demum loco anima aut corpus tuum aliquid perpetret, deum inspectorem adesse, in cunctis quidem orationibus actionibusque tuis vereberis inspectoris praesentiam, quem nihil latet: deum vero intimum pectoris hospitem habebis.

14. In quantum temet ipsum ignoras, furere et insanire te existima.

15. Ii conjuges et liberi quaerendi, qui etiam post hanc vitam superstites maneant.

16. Vivit revera vitam deo similem frugalis inopsque philosophus, et opes maximas ducit nihil externum et non necessarium possidere; nam divitiarum acquisitio quandoque cupiditatem accendit; sed ad bene beateque vivendum sufficit, ne quid injuste agas.

17. Vera bona nequaquam otio et ignavia parantur.

18. Illud potissimum bonum esse existima, quod cum alio communicatum tibi magis augetur.

19. Eos praecipue amicos judica, qui animum potius quam corpus juvant.

20. Cujusvis stulti et laudem et vituperium ridiculum ducito: et totam hominis imperiti vitam opprobrium existima.

21. Θέλε μᾶλλον τοὺς συνόντας αἰδεῖσθαί σε ἢ φοβεῖσθαι· αἰδοῖ γὰρ πρόσεστι σέβας, φόβῳ δὲ μῖσος.

22. Θυηπολία ἀφρόνων πυρὸς τροφή· τὰ δὲ ἀναθήματα ἱεροσύλων χορηγία.

23. Ἴσθι, ὡς οὐδεμία προσποίησις πολλῷ χρόνῳ λανθάνει.

24. Κακὰ μείζω πάσχει διὰ τὸ συνειδὸς ὁ ἀδικῶν, βασανιζόμενος τῇ ψυχῇ, ἤπερ τὸ σῶμα ταῖς πληγαῖς μαστιγούμενος.

25. Λόγον περὶ θεοῦ τοῖς ὑπὸ δόξης διεφθαρμένοις λέγειν οὐκ ἀσφαλές· καὶ γὰρ τἀληθῆ λέγειν ἐπὶ τούτων, καὶ τὰ ψευδῆ κίνδυνον φέρει.

26. Λόγῳ ἡγεμόνι ἐν παντὶ χρώμενος οὐχ ἁμαρτήσεις.

27. Λυποῦντα τὸν πλησίον οὐ ῥάδιον αὐτὸν ἄλυπον εἶναι.

28. Μεγάλην παιδείαν νόμιζε, δι' ἣν δυνήσῃ φέρειν ἀγνοούντων ἀπαιδευσίαν.

29. Νόμου θείου τὸ φαῦλον ἀνήκοον, διὸ καὶ παρανομεῖ.

30. Ξένος ἀνὴρ δίκαιος οὐ μόνον πολίτου, ἀλλ' οὐδὲ συγγενοῦς τι διαφέρει.

31. Ὅσα πάθη ψυχῆς, τοσοῦτοι οἱ ὠμοὶ δεσπόται.

32. Οὐδεὶς ἐλεύθερος ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν.

33. Παντὸς καλοῦ κτήματος πόνος προηγεῖται ὁ κατ' ἐγκράτειαν.

34. Πέπεισο μὴ εἶναι σὸν κτῆμα, ὅπερ μὴ ἐντὸς διανοίας ἔχεις.

35. Ποίει ἃ κρίνεις εἶναι καλά, κἂν ποιῶν μέλλῃς ἀδοξήσειν· φαῦλος γὰρ κριτὴς καλοῦ πράγματος ὄχλος.

36. Πεῖραν ἀνθρώπου ἐκ τῶν ἔργων μᾶλλον λάμβανε ἢ ἐκ τῶν λόγων· πολλοὶ γὰρ βίῳ μέν εἰσι κακοί, λέγειν δὲ πιθανώτατοι.

37. Πράττε τὰ μεγάλα μὴ ὑπισχνούμενος μεγάλα.

21. Da operam, ut tui te familiares vereantur potius quam metuant: nam verecundia venerationem, metus odium conjunctum habet.

22. Sacrificia stultorum ignis alimenta sunt; donaria autem sacrilegorum proventus.

23. Id scito, nullam simulationem diu latere.

24. Homo iniquus majora perpetitur mala, dum animus scelerum conscientia excruciatur, quam si corpus caedatur verberibus.

25. Apud homines pravis opinionibus imbutos sermonem de deo instituere haudquaquam tutum est: nam aeque periculosum est, seu vera seu falsa iis dicantur.

26. Rationem ubique ducem sequendo nequaquam peccabis.

27. Aliis molestus haud facile ipse molestiis carebit.

28. Magnam doctrinam existima, qua ignorantium imperitiam ferre possis.

29. Improbitas legi divinae aurem non praebet, ideoque contra leges agit.

30. Peregrinus vir justus non tantum civi, sed etiam cognato quodammodo praestat.

31. Quot animi affectus, tot immanes domini.

32. Nemo liber, qui sui ipsius non sit compos.

33. Cujuscunque boni acquisitionem conjunctus cum continentia labor praecedit.

34. Id persuasum habeto, tuas opes non esse, quas animo reconditas non servas.

35. Fac quae honesta judicas, etiamsi nullam tibi allatura sint gloriam, vulgus enim malus recte factorum arbiter.

36. Ex operibus potius, quam ex sermonibus hominis periculum facito: multi enim male vivunt, et optime loquuntur.

37. Fac magna, nihil magni promittens.

38. Ῥιζωθέντες ἐκ Θεοῦ καὶ φυέντες τῆς αὐτῶν ῥίζης ἐχώμεθα· καὶ γὰρ ὕδατος προχοαὶ, καὶ τὰ ἄλλα φυτὰ τῆς γῆς ῥίζης ἀποκοπέντα αὐαίνεται καὶ σήπεται.

39. Ῥώμη ψυχῆς σωφροσύνη· αὕτη γὰρ ψυχῆς ἀπαθοῦς φῶς ἐστι· τεθνᾶναι δὲ πολλῷ κρεῖττον, ἢ δι' ἀκρασίας σώματος τὴν ψυχὴν ἀμαυρῶσαι.

40. Ῥαδίως μὴ μακαρίσῃς ἄνθρωπον σαλεύοντα ἐπὶ φίλοις ἢ τέκνοις, ἤ τινι τῶν ἐφήμερον τὴν σωτηρίαν ἐχόντων· ἐπισφαλῆ γὰρ πάντα τὰ τοιαῦτα, τὸ δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ ὀχεῖσθαι καὶ τοῦ Θεοῦ μόνον βέβαιον.

41. Σοφὸς ἄνθρωπος καὶ Θεοφιλὴς, ὃς, ὅσα οἱ ἄλλοι μοχθοῦσι τοῦ σώματος ἕνεκα, τοσαῦτα σπουδάζει αὐτὸς ὑπὲρ ψυχῆς πονεῖν.

42. Συγγενεῖ καὶ ἄρχοντι πλὴν ἐλευθερίας πάντα εἶκε.

43. Τέκνα μάνθανε τίκτειν ἀΐδια, οὐ τὰ γηροβοσκήσοντα τὸ σῶμα, τὰ δὲ τὴν ψυχὴν θρέψοντα ἀϊδίῳ τροφῇ.

44. Φιλήδονον, καὶ φιλοσώματον, καὶ φιλοχρήματον, καὶ φιλόθεον τὸν αὐτὸν ἀδύνατον εἶναι. ὁ γὰρ φιλήδονος καὶ φιλοσώματος· ὁ δὲ φιλοσώματος πάντως καὶ φιλοχρήματος· ὁ δὲ φιλοχρήματος ἐξ ἀνάγκης ἄδικος· ὁ δὲ ἄδικος, εἰς μὲν Θεὸν ἀνόσιος, εἰς δὲ ἀνθρώπους παράνομος· ὥστε, κἂν ἑκατόμβας θύῃ, πολὺ μᾶλλον ἀνοσιώτερός ἐστὶ, καὶ ἀσεβὴς καὶ ἄθεος, καὶ τῇ προαιρέσει ἱερόσυλος· διὸ καὶ πάντα φιλήδονον ὡς ἄθεον καὶ μιαρὸν ἐκτρέπεσθαι χρή.

45. Ψυχῆς ἁγνῆς τόπον οἰκειότερον ἐπὶ γῆς οὐκ ἔχει Θεός.

Τέλος τῶν τοῦ Δημοφίλου γνωμῶν.

38. Radicati natique ex deo radici nostrae inhaereamus: nam et aquarum scaturigines ceteraque terrae germina succisa radice siccantur et putrescunt.

39. Robur animae temperantia est. Haec enim vacui affectibus animi lumen est. At multo satius est mori, quam corporis incontinentia animum offuscare.

40. Haud facile beatum dixeris hominem, qui amicis vel liberis, aut ulla re fluxa et caduca nititur: cuncta enim haec lubrica sunt. At se ipso deoque niti, id solum firmum et stabile est.

41. Is sapiens et pius homo est, qui, quantum laboris alii corporis causa sustinent, tantum ipse animo impendere studeat.

42. Agnato et principi omnia, una libertate excepta, concede.

43. Liberos aeternos parere discito, non qui corpus in senectute alant, sed qui animum cibo perpetuo nutriant.

44. Fieri haud quaquam potest, ut unus idemque et voluptatibus et corpori et opibus parandis simulque deo vacet. Nam qui voluptatibus deditus est, idem quoque studet corpori: at cui corpus curae est, idem profecto et opibus studet: atqui opum studiosus necessario injustus est: injustus autem et impius erga deum, et iniquus erga homines. Proinde etiamsi hecatombas sacrificet, multo magis impius est, et ab omni religione deoque aversus, et animi proposito sacrilegus. Quapropter omnem voluptarium ut impium et sacrilegum aversari oportet.

45. Animo casto et puro locum convenientiorem in terris non habet deus.

Finis sententiarum Demophili.

ΑΛΛΑΙ

ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ ΓΝΩΜΑΙ.

1. Ἀμέτρητος οὖσα καὶ ἀκόρεστος ἡ ἀργία τὴν μωρίαν ἀπεργάζεται ἢ κακὴν πονηρίαν. [*Anton. Meliss. Cap.* 53.]

2. Ἃ μὴ δεῖ ποιεῖν, μηδὲ ὑπονοοῦ ποιεῖν. [*Stob. Serm.* 1.]

3. Ἀσεβὴς, ὃς οὐκ ἐπῃσχύνθη πρόσωπον ἐντίμου, οὐδὲ εἶδε τιμὴν θέσθαι τούτῳ. [*Anton. Meliss. Cap.* 53.]

4. Βέλτιστοι γινόμεθα, πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζοντες. [Plutarch. de superstit. f. 102. et de defect. orac. fol. 185. Βέλτιστοι ἑαυτῶν γίνονται ἄνθρωποι, ὅτ' ἂν πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζωσιν.]

5. Γλώσσης πρὸ τῶν ἄλλων κράτει. [*Jamblich. Lib. II. Cap.* 21.]

6. Ἐλεύθερον ἀδύνατον εἶναι πάθεσι δουλεύοντα. [*Maxim. Cap.* 3.]

7. Ἑλοῦ βίον ἄριστον· ἡδὺν δὲ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει. [*Plutarch. de exilio fol.* 325.]

8. Ἡ ἐπιστήμη τῆς τελειότητος τῶν ἀρετῶν τῆς ψυχῆς εὐδαιμονία. [*Heraclides Ponticus citante Clemente Alexandr. Lib. II.* στρωματ. *fol.* 179. *Sylb.*]

9. Ἡ μέθη μανίας μελέτη. [*Maxim. Cap.* 30.]

10. Ἰσχύειν τῇ ψυχῇ αἱροῦ μᾶλλον ἢ τῷ σώματι. [*Stob. Serm.* 1.]

11. Μὴ ἐν πολλοῖς ὀλίγα λέγε, ἀλλ' ἐν ὀλίγοις πολλά. [*Stob. Serm.* 55.]

12. Μοῦσαι Σειρήνων ἡδίους. [*Clemens Alex. Lib. I.* στρωμ. 127. *Theodoret.* ἑλλην. παθ. θεραπ. *Serm.* 8.]

13. Οἱ θεοὶ τῶν κακῶν εἰσιν ἀναίτιοι. [*Jamblich. de Vit. Pythag. C.* 32.]

ALIAE
PYTHAGOREORUM SENTENTIAE.

1. Immoderatum et inexplebile otium aut stultitiam aut insignem improbitatem procreat.

2. Quae nefas est facere, de iis ne quidem suspectus habearis quasi facias.

3. Impius est, qui personam viri honorati non reveretur, et illi honorem habere nescit.

4. Cum templa ingredimur, vel ad deos pergimus, optimi reddimur. (*vel secundum alteram lectionem*) Homines, cum ad deos pergunt, se ipsis aut solito meliores efficiuntur.

5. Linguam ante omnia contineto.

6. Impossibile est eum liberum esse, qui affectibus serviliter indulget.

7. Optimum vitae genus deligas: id consuetudo tibi suave et jucundum efficiet.

8. Scientia perfectionis virtutum beatitudo est animae.

9. Ebrietas insaniae exercitatio est.

10. Potius animo valere cupias, quam corpore.

11. Ne multis verbis pauca dicas, sed paucis multa.

12. Musae Sirenibus sunt jucundiores.

13. Dii nullo modo sunt caussa malorum.

14. *Οἱ μὴ κολάζοντες τοὺς κακοὺς βούλονται ἀδικεῖσθαι τοὺς ἀγαθούς.* [*Stob. Serm.* 46.]

15. *Οὐκ ἀεὶ καλὸν αἰθερολογεῖν, μελεδωνόν τε εἶναι τῇ πατρίδι κάλλιον.* [*Pythagoras in Epist. ad Anaximen. ap. Diog. Laert. Lib. VIII.*]

16. *Οὗτος θεοῦ νόμος ἀρετὴν εἶναι τὸ ἰσχύον (*al. *ἰσχυρὸν) μόνον· τὰ δ' ἄλλα λῆρον.* [*Stob. Serm.* 1.]

17. *Οὐχ οὕτω χαλεπὸν ἁμαρτάνειν, ὡς τὸ ἁμαρτάνοντα μὴ ἐξελέγχειν.* [*Stob. Serm.* 13.]

18. *Πάντων χαλεπώτατόν ἐστιν ἐγκρατευμάτων τὸ γλώσσης κρατεῖν.* [*Jamblich. de Vit. Pythag. Cap.* 31.]

19. *Ῥώμην μεγίστην καὶ πλοῦτον τὴν ἐγκράτειαν κτῆσαι.* [*Stob. Serm.* 17.]

20. *Σαρκὸς φωνὴ μὴ πεινῆν, μὴ διψῆν, μὴ ῥιγοῦν.* [*Stob. Serm.* 110.]

21. *Τὰ ἁμαρτήματά σου πειρῶ μὴ λόγοις ἐπικαλύπτειν, ἀλλὰ θεραπεύειν ἐλέγχοις.* [*Anton. Meliss. Cap.* 16.]

22. *Τὰ ἐπίπονα τῶν ἡδέων μᾶλλον ἡγοῦ συντελεῖν εἰς ἀρετήν.* [*Stob. Serm.*]

23. *Τὰ μὲν δριμέα καὶ πικρὰ ὠφέλιμα· τὰ δὲ γλυκέα βλαβερά.* [*Anton. Meliss. C.* 78.]

24. *Τὰ τῶν φίλων κοινά.* [*Cicero Lib. I. de Legg. Cap.* 12.]

25. *Ὑπομίμνησκε σεαυτὸν, ὅτι πάντες ἄνθρωποι μέγιστον ἀγαθὸν τὴν φρόνησιν εἶναι λέγουσιν· ὀλίγοι δέ εἰσιν οἱ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν τοῦτο κτήσασθαι εὐτονήσαντες.* [*Stob. Serm.* 3.]

26. *Φευκτέον παντάπασι καὶ ἐκκοπτέον ἀσθένειαν μὲν τοῦ σώματος, ἀπαιδευσίαν δὲ τῆς ψυχῆς, ἀκολασίαν δὲ τῆς γαστρὸς, στάσιν δὲ τῆς πόλεως, τὴν δὲ διαφωνίαν ἀπὸ τῆς οἰκίας, καὶ κοινῇ ἀπὸ πάντων τὸ ἀκρατές.* [*D. Hieronym. Apolog.* 3. *adv. Ruffin.*]

27. *Χαῖρε τοῖς ἐλέγχουσί σε μᾶλλον, ἢ τοῖς κολακεύουσιν· ὡς δὲ ἐχθρῶν χεῖρονας ἐκτρέπου τοὺς κολακεύοντας.* [*Anton. Meliss. Cap.* 52.]

14. Qui de malis poenas non sumunt, bonos affici volunt injuria.

15. Non semper astrorum et coeli rationes investigare convenit: interdum pulchrius et melius est curas et cogitationes ad patriae salutem convertere.

16. Haec dei lex est, virtutem solam esse, quae potens et solida sit: reliqua omnia meras esse nugas.

17. Non tam difficile est peccare, quam alium peccantem non redarguere.

18. Omnium moderationum difficillima est moderari linguae.

19. Continentiam ut robur opesque maximas tibi comparato.

20. Carnis vox est non esurire, non sitire, non algere. (Hoc est: Corpus requirit, ne famem, ne sitim, ne frigus patiatur.)

21. Peccata tua non verbis tegere, sed reprehensionibus curare coneris.

22. Existimes ea, quae cum labore conjuncta sunt, plus ad virtutem conferre, quam illa, quae suavia sunt.

23. Acria et amara prosunt: dulcia nocent.

24. Amicorum omnia sunt communia. [*Terent. Adelph. Act. V. Scen. III. Martial. Lib. II. Epigr.* 43.]

25. Tibi ipsi in memoriam revoces, quod, cum omnes homines virtutem summum esse bonum asserant, nihilominus tamen paucos reperire liceat, qui summi illius boni possessionem assequi possint.

26. Fugienda sunt omnibus modis et abscindenda languor a corpore, imperitia ab animo, luxuria a ventre, a civitate seditio, a domo discordia, et in commune a cunctis rebus intemperantia. [*Hieronym. l. l.*]

27. Gaude potius iis, qui te corripiunt, quam assentatoribus; assentatores vero, utpote hostibus deteriores, aversare.

28. *Χαλεπὸν πολλὰς ὁδοὺς ἅμα τοῦ βίου βαδίζειν.* [*Stob. Serm.* 1.]

29. *Χρὴ σιγᾶν ἢ κρείσσονα σιγῆς λέγειν.* [*Stob. Serm.* 34.]

30. *Ψυχῆς πᾶν πάθος εἰς σωτηρίαν αὐτῆς πολεμιώτατον.* [*Idem Serm.* 1.]

31. *Ὧν ἡ τύχη κυρία δοῦναι καὶ ἀφελέσθαι, οὐ δεήσῃ οὐδενός.* [*Idem Serm.* 5.]

32. *Ὧν τοῦ σώματος ἀπαλλαγεὶς οὐ δεήσῃ, ἐκείνων καταφρόνει πάντων· καὶ ὧν ἀπαλλαγεὶς δεήσῃ, πρὸς ταῦτά σοι ἀσκουμένῳ θεὸν παρακάλει γίνεσθαι συλλήπτορα.* [*Maxim. Cap.* 1.]

33. *Ἡ φιλία ἐναρμόνιος ἰσότης.* [*Diog. Laert. Lib. VIII. p.* 520. *et Cicero I. de Legg. Cap.* 32.]

34. *Αἱ ἡλικίαι πρὸς τὰς ὥρας ὧδε σύμμετροι. παῖς ἔαρ. νεηνίσκος θέρος. νεηνίης φθινόπωρον. γέρων χειμών. ἔστι δὲ αὐτῷ ὁ μὲν νεηνίσκος μειράκιον· ὁ δὲ νεηνίης ἀνήρ.* [*Diog. Laert. Lib. VIII.* §. 10.]

35. *Διαιρεῖται (ὁ Πυθαγόρας) τὸν τοῦ ἀνθρώπου βίον οὕτως· παῖς εἴκοσι ἔτεα, νεηνίσκος εἴκοσι, νεηνίης εἴκοσι, γέρων εἴκοσι.* [*Diog. Laert. ibid.*]

36. *Ὁ μὲν θεὸς εἷς, αὐτὸς δὲ οὐχ, ὥς τινες ὑπονοοῦσιν, ἐκτὸς τᾶς διακοσμήσιος, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ ὅλος ἐν ὅλῳ τῷ κύκλῳ ἐπισκοπῶν πάσας τὰς γενέσιάς ἐστι, κρᾶσις ἐὼν τῶν ὅλων αἰώνων καὶ ἐργάτας τῶν αὐτοῦ δυνάμιων καὶ ἔργων, ἀρχὴ ἁπάντων, ἕν, ἐν οὐρανῷ φωστὴρ, καὶ πάντων πατὴρ, νοῦς καὶ ψύχωσις τῶν ὅλων, κύκλων ἁπάντων κίνασις.* [*Justin. Mart. λόγ. παραιν. πρὸς Ἕλλην.*]

37. *Δεῖ τεκνοποιεῖσθαι· δεῖ γὰρ ἀντικαταλιπεῖν τοὺς θεραπεύοντας τὸν θεόν.* [*Jamblich. Vit. Pyth. Cap.* 18.]

38. *Μὴ ὀμνύναι θεοὺς, ἀσκεῖν γὰρ αὐτὸν δεῖν ἀξιόπιστον παρέχειν.* [*Diog. Laert. VIII.* 22.]

39. *Τοὺς πρεσβυτέρους τιμᾶν δεῖν, τὸ προηγούμενον τῷ χρόνῳ τιμιώτερον ἡγουμένους.* [*Id.*]

28. Difficile est multas simul vitae calles ingredi.

29. Oportet aut silere, aut silentio meliora proferre.

30. Quilibet animae affectus salutis ipsius hostis est infensissimus.

31. Nulla re indigebis, quam dare vel auferre penes fortunam est.

32. Quibus a corpore solutus non indigebis, illa omnia contemne. Quibus vero corpore solutus indigebis, iis tibi vacanti deum adjutorem advoca.

33. Amicitia est concinna aequalitas.

34. Sunt autem aetates istae et anni temporibus accommodatae, veri puer, aestati adolescens, autumno juvenis et hyemi senex. Adolescentem intelligit puberem, juvenem virum.

35. Humanam aetatem ita distinguit (Pythagoras): puer viginti annos implet, adolescens viginti, juvenis viginti, senex viginti.

36. Deus quidem unus est: non ille autem, ut quidam suspicantur, extra hunc mundi ornatum, sed ipse totus in toto circulo omnes generationes inspicit, seculorum omnium temperatio, et virtutum operumque ejus opifex, principium omnium, unicum, in coelo lumen, et pater omnium, mens et animatio omnium, circulorum omnium motus, sive motor. [*Justin. Martyr in Exhort. ad gentes fol.* 20.]

37. Liberi suscipiendi tibi; oportet enim vicissim relinquere numinis cultores.

38. Dejerare per deos vetabat (Pythagoras): quemque enim id studiose curare oportere, ut ex vitae merito sibi fides habeatur.

39. Seniores honoremus, quod tempore praecedit, honorabilius existimantes.

40. Ἀλλήλοις ὁμιλεῖν, ὡς τοὺς μὲν φίλους ἐχθροὺς μὴ ποιῆσαι, τοὺς δ᾽ ἐχθροὺς φίλους ἐργάσασθαι. [*Idem ibid.*]

41. Ἴδιον μηδὲν ἡγεῖσθαι. [*Idem ibid.*]

42. Νόμῳ βοηθεῖν, ἀνομίᾳ πολεμεῖν. [*Idem ibid.*]

43. Αἰδῶ καὶ εὐλάβειαν εἶναι (l. ἀσκεῖν), μήτε γέλωτι κατέχεσθαι, μήτε σκυθρωπάζειν. [*Id. ibid.*]

44. Φεύγειν σαρκῶν πλεονασμόν. [*Id. ibid.*]

45. Ἐν ὀργῇ μήτε τι λέγειν μήτε πράσσειν. [*Id. ibid.*]

46. Μνήμην ἀσκεῖν. [*Id. ibid.*]

47. Πυθαγόρας ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος οἰνόφλυγος· πῶς ἂν τοῦ μεθύειν παύσοιτο, ἔφη· Εἰ συνεχῶς θεωρεῖ τὰ ὑπ᾽ αὐτοῦ πρασσόμενα. [*Anton. et Max. Serm.* περὶ μέθης.]

ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΧΡΥΣΑ ΕΠΗ.

Ex editione R. Fr. Ph. Brunkii.

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεούς, νόμῳ ὡς διάκειται,
Τίμα καὶ σέβου ὅρκον, ἔπειθ᾽ ἥρωας ἀγαυούς.
Τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας, ἔννομα ῥέζων·
Τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ᾽ ἄγχιστ᾽ ἐκγεγαῶτας·
Τῶν δ᾽ ἄλλων ἀρετῇ ποιεῦ φίλον, ὅς τις ἄριστος.
Πραέσι δ᾽ εἶκε λόγοις, ἔργοισί τ᾽ ἐπωφελίμοισι.
Μηδ᾽ ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς,
Ὄφρα δύνῃ· δύναμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει.
Ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι· κρατεῖν δ᾽ εἰθίζεο τῶνδε·
Γαστρὸς μὲν πρώτιστα, καὶ ὕπνου λαγνείης τε,
Καὶ θυμοῦ. πρήξεις δ᾽ αἰσχρόν ποτε μήτε μετ᾽ ἄλλου,
Μήτ᾽ ἰδίῃ· πάντων δὲ μάλιστ᾽ αἰσχύνεο σαυτόν.
Εἶτα δικαιοσύνην ἄσκει ἔργῳ τε λόγῳ τε.
Μηδ᾽ ἀλογίστως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔθιζε.
Ἀλλὰ γνῶθι μέν, ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι.

40. Invicem ea ratione conversandum, ut ne ex amicis inimicos, verum ex inimicis amicos faciamus.

41. Proprium nihil arbitrandum.

42. Legibus opem ferendum, iniquitas debellanda.

43. Verecundia colenda ac pietas: risui aeque ac tristitiae non indulgendum.

44. Fugienda carnis superflua pinguedo.

45. Iratus nihil aut dicito aut facito.

46. Exerce memoriam.

47. Pythagoras a vinoso quodam interrogatus, quomodo ebrietatem relinqueret, dixit: si saepe consideret, quae fecisset per temulentiam. [*Ant. et Max. Serm. de ebr.*]

PYTHAGORAE AUREI VERSUS.

Latino carmine redditi a Vito Amerbachio.

Principio venerare deos, ut lege receptum est,
Et jusjurandum colito, post armipotentes
Heroas, magnae venerandaque numina terrae,
Et cum cognatis dulces venerare parentes.
Ex aliis virtute tibi jungatur amicus,
Qui reliquos homines superat virtutibus omnes.
Lenibus et verbis cedas factisque benignis.
Oderis et nunquam carum leve propter amicum
Peccatum, donec potes, et nihil impedit illud:
Tecta tenet duris nam juncta potentia fatis.
Ista quidem noris, sed haec quoque discere debes:
Initio ventrem cohibere, gravemque soporem,
Cum Venere atque ira. Facias nil turpiter unquam,
Seu fueris solus, seu non consorte carebis.
Teque magis nullum metuas in crimine testem.
Postea justitiam factis quoque, non modo verbis
Exerce, contraque geras te, recta requirit
Quam ratio, nunquam, res qualiscunque gerenda est.
Sed mortem cunctis subeundam noveris esse.

Χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φίλει, ἄλλοτ' ὀλέσσαι.
Ὅσσα τε δαιμονίῃσι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν,
Ἣν ἂν μοῖραν ἔχῃς, ταύτην φέρε, μηδ' ἀγανάκτει·
Ἰᾶσθαι δὲ πρέπει, καθόσον δύνῃ· ὧδε δὲ φράζευ·
Οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τούτων πολὺ μοῖρα δίδωσι.
Πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοὶ
Προσπίπτουσ', ὧν μήτ' ἐκπλήσσεο, μήτ' ἄρ' ἐάσῃς
Εἴργεσθαι σαυτόν· ψεῦδος δ' ἤν πέρ τι λέγηται,
Πράως ἴσχ'. ὃ δέ τοι ἐρέω, ἐπὶ παντὶ τελείσθω.
Μηδεὶς μήτε λόγῳ σε παρείπῃ, μήτε τι ἔργῳ,
Πρῆξαι μήτ' εἰπεῖν ὅ τι τοι μὴ βέλτερόν ἐστι.
Βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται.
Δειλοῦ τοι πρήσσειν τε λέγειν τ' ἀνόητα πρὸς ἀνδρός·
Ἀλλὰ τάδ' ἐκτελέειν, ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσει.
Πρῆσσε δὲ μηδὲν τῶν μὴ ἐπίστασαι, ἀλλὰ διδάσκευ
Ὅσσα χρεὼν, καὶ τερπνότατον βίον ὧδε διάξεις.
Οὐδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρή.
Ἀλλὰ πότου τε μέτρον, καὶ σίτου, γυμνασίων τε
Ποιεῖσθαι· μέτρον δὲ λέγω τόδ', ὃ μή σ' ἀνιήσει.
Εἰθίζου δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον, ἄθρυπτον·
Καὶ πεφύλαξό γε ταῦτα ποιεῖν, ὁπόσα φθόνον ἴσχει,
Μὴ δαπανᾷν παρὰ καιρὸν, ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων·
Μηδ' ἀνελεύθερος ἴσθι· μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.
Πρῆσσε δὲ ταῦθ', ἅ σε μὴ βλάψει· λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου.
Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν·
Πῇ παρέβην; Τί δ' ἔρεξα; Τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
Ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου ἐπέξιθι· καὶ μετέπειτα
Δειλὰ μὲν ἐκπρήξας ἐπιπλήσσεο· χρηστὰ δὲ, τέρπου.
Ταῦτα πόνει, ταῦτ' ἐκμελέτα· τούτων χρὴ ἐρᾷν σε,
Ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.
Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν,
Παγὰν ἀενάου φύσεως. ἀλλ' ἔρχευ ἐπ' ἔργον,
Θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι. τούτων δὲ κρατήσας
Γνώσῃ ἀθανάτων τε θεῶν, θνητῶν τ' ἀνθρώπων
Σύστασιν, ᾗ τε ἕκαστα διέρχεται, ᾗ τε κρατεῖται.

Nec semper spernas nummum, nec semper amabis.
Quidquid et humanis poterit contingere rebus,
Leniter, hoc tibi si dederit sors, ferre memento.
Quodque tamen poteris, sana. Sic deinde putato,
Quod non multa bonis tribuat sors talia multis,
Quodque homines mittant voces pravasque bonasque.
Nec graviter quicquam vel te conterreat harum,
Vel teneat vinctum. Si quis mendacia dicat,
Sustineas: et quod dico, fac, insuper addas.
Non dictis, factisque tibi persuadeat ullus,
Ut facias dicasve tibi quod possit obesse.
Ante, quid ut stulte non fiat, prospice factum,
Nam miser est, stulte quisquis dicitve, facitve.
Perfice, quae nequeant animum mordere peracta.
Ne fac, quae nescis: sed quae te scire decebit
Disce, tibi current sic mollia tempora vitae.
Corporis et debes non intermittere curam.
Inque cibo, potuque modus sit, gymnasiisque:
Hoc fiet, lassum si te non illa gravabunt.
In victu mundus, frugalisque esse studeto.
Ut non invidia, caveas, hac parte labores.
Fac tempestivos, non ut plebs inscia, sumtus,
Et sordes fugias. In re modus optimus omni est.
Ne fac, quae laedant, consulta, quam facis, ante.
Ne capias oculis in mollibus ante quietem
Quam tota tibi gesta die ter mente putaris:
Quo veni? Quidnam feci? Cur prava peregi?
A primis animum sic ad postrema revolvas,
Ut bene laetitiam pariant, male facta dolorem.
Huc labor, huc curae, studium tibi tendat et omne,
Haec tibi virtutemque ducem, divosque parabunt.
Hunc animae numerum nostrae qui juro quaternum
Naturae fontem tribuit sine fine fluentem.
Ne venias ad opus, nisi numina fausta precatus.
His bene servatis, hominum conjunctio quae sit
Cum diis, cognosces, implet quae cuncta tenetque,

Γνώσῃ δ', ἣ θέμις ἐστὶ, φύσιν περὶ παντὸς ὁμοίην,
Ὥστε σε μήτε ἄελπτ' ἐλπίζειν, μήτε τι λήθειν.
Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας·
Τλήμονες, οἵ τ' ἀγαθῶν πέλας ὄντων οὐκ ἐσορῶσιν
Οὔτε κλύουσι· λύσιν δὲ κακῶν παῦροι συνίσασι.
Τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας· ὡς δὲ κύλινδροι
Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται, ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες.
Λυγρὴ γὰρ συνοπαδὸς ἔρις βλάπτουσα λέληθε
Σύμφυτος, ἣν οὐ δεῖ προσάγειν, εἴκοντα δὲ φεύγειν.
Ζεῦ πάτερ, ἦ πολλῶν κε κακῶν λύσειας ἅπαντας,
Εἰ πᾶσιν δείξαις, οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται.
Ἀλλὰ σὺ θάρσει, ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν,
Οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα.
Ὧν εἴ σοί τι μέτεστι, κρατήσεις ὧν σε κελεύω
Ἐξακέσας, ψυχὴν δὲ πόνων ἀπὸ τῶνδε σαώσεις.
Ἀλλ' εἴργου βρωτῶν, ὧν εἴπομεν, ἔν τε καθαρμοῖς,
Ἔν τε λύσει ψυχῆς κρίνων, καὶ φράζευ ἕκαστα,
Ἡνίοχον γνώμην στήσας καθύπερθεν ἀρίστην.
Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα εἰς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
Ἔσσεαι ἀθάνατος, θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

Τοῦ αὐτοῦ.

Φείδεο τῆς ζωῆς, μή μιν καταθυμοβορήσῃς.

Naturamque, sibi similis quae perstat ubique.
Ne non sperandum speres, utque omnia noris,
Quodque ipsi existant homines sibi causa malorum,
Cognosces: miseri, bona qui non cernere possunt,
Non audire, procul quae non posita esse putandum est.
Et pauci norunt, quae res mala finiat: haec sors
Afflixit mentes hominum, huc quos pellit et illuc,
Insistensque rota per mille pericula versat.
Nam funesta comes tecte contentio laedit,
Nata simul. Fugere hanc decet, haud accersere pestem.
Eripe magne malis aut cunctos Jupiter istis,
Omnibus aut monstra, vitam quo daemone degant.
Sed tu fide, hominum quoniam coelestis origo est.
Illi natura rerum sacra cuncta docentur,
Quorum si quid habes, vitiis mea jussa remotis
Perficies, animumque malis servabis ab istis.
Atque cibos vita, quos dixi, puraque quae sint,
Quaeque animum solvant, teneas, et singula spectes,
Consilio auriga suprema in parte locato.
Corpore deposito, vacuum sed in aëra postquam
Veneris, existes immortalisque deusque.

Ejusdem.

Parcito vitae, ne ipsam animi affectibus devores.

AUREI PYTHAGORAE VERSUS

Qui apud Stobaeum sunt.

Interprete Hugone Grotio.

v. 4. Tit. LXXIX.

Auctores generis cole, deinde et sanguine junctos.

v. 9. Tit. I.

. . . . Res has superare memento,
Ingluviem somnumque, simulque libidinis arma
Irarumque faces. Nihil adjutoribus aude
Turpe aliis, solusque nihil: te disce vereri.
Justitiam factisque simul verbisque celebra.
In re vel minima peccare assuescere noli.
Omnibus esse mori genitis fatale memento.
Res et opes quaerique solent, iterumque perire.

v. 17. Tit. CVIII.

Mortali generi quos dat fortuna dolores,
Partem ferre datam, nec succensere, memento.

v. 21. Tit. III.

Plurimus humanas sermo defertur ad aures,
Inde bonus, malus inde: sed his tu parce moveri,
Nec cursu desiste: pati mendacia disce
Leniter. Haec vero tibi sint ante omnia curae:
Non dictis tibi, non factis persuadeat alter,
Ut dicas, facias, quod rectius esset omitti.
Quae nocitura cave: sint consilia ante labores.

v. 27. Tit. III et IV.

Consilio factum praevortere, ne quid aberres.
Turpia patratu patrare, nefanda profari,
Ignari est: fac tu, nequeant quae facta dolere,
Et quod non calles, nihil incipe: disce quod usus
Exigit: haec vitam tibi sunt paritura beatam.

v. 32. Tit. V et CI.

Corporis interea nunquam contemne salutem.
Sit modus in potu, dapibus, duroque labore:
Quod doleat vitare, modus, me judice, verus.
Delicias arce, contentus simplici victu.

ALITER.

Est modus, hunc serva, potus, dapis, atque laborum:
Quem si nosse cupis, modus est, nocitura cavere.
Esto tibi non lauta nimis nec sordida mensa.

v. 37. Tit. XV.

Intempestivos sumtus fuge: nec tamen esto
Sordidus. In cunctis rebus modus optima res est.

v. 40. Tit. III.

Ne prius in dulcem declines lumina somnum,
Quam bene perpendas ter totius acta diei,
Quo praetergressus, quid gestum in tempore, quid non,
Lucis ab exortu supremam ad vesperis horam.
Tristitiam curvis impende et gaudia rectis.

v. 47. Excerpt. de R. N. Tit. XIII.

Per qui Bisgeminum nostrae orsus tradere menti
Naturae aeternae fontem.

v. 54. Tit. IV.

Nonne vides, ut sponte sua sibi quisque ruinam

Arcessant? miser heu, bona qui vicina nec audit,
Nec videt. Effugium pauci novere malorum.

LATINA PARAPHRASIS

Versuum 42, 43 et 44 Carminis aurei.

Ausonii Idyllium XVI. *Πυθαγορικὴ ἀκρόασις.*

Vir bonus et sapiens (qualem vix repperit unum
Millibus e multis hominum consultus Apollo)
Index ipse sui, totum se explorat ad unguem,
Quid proceres, vanique ferat quid opinio vulgi,
Securus, mundi instar habens, teres atque rotundus,
Externae ne quid labis per levia sidat.
Ille, dies quam longus erit sub sidere Cancri,
Quantaque nox tropico se porrigit in Capricorno,
Cogitat: et justo trutinae se examine pensat:
Ne quid hiet, ne quid protuberet, angulis aequis
Partibus ut coeat, nil ut deliret amussis.
Sit solidum, quodcunque subest: nec inania subter
Indicet admotus digitis pellentibus ictus.
Non prius in dulcem declinat lumina somnum,
Omnia quam longi reputaverit acta diei.
Quae praetergressus? quid gestum in tempore? quid non?
Cur isti facto decus afuit; aut ratio illi?
Quid mihi praeteritum? cur haec sententia sedit,
Quam melius mutare fuit? miseratus egentem
Cur aliquem fracta persensi mente dolorem?
Quid volui, quod nolle bonum foret? utile honesto
Cur malus antetuli? num dicto aut denique vultu
Perstrictus quisquam? cur me natura magis quam
Disciplina trahit? Sic dicta et facta per omnia
Ingrediens, orto a vespere cuncta revolvens
Offensus pravis, dat palmam et praemia rectis,

De litera Y incerti auctoris.

Litera Pythagorae, discrimine secta bicorni,
Humanae vitae speciem praeferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit ardua collem,
Difficilemque aditum primum spectantibus offert,
Sed requiem praebet fessis in vertice summo.
Molle ostendit iter via lata, sed ultima meta
Praecipitat captos, volvitque per ardua saxa.
Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit, ille sibi laudem decusque parabit.
At qui desidiam luxumque sequetur inertem,
Dum fugit oppositos incauta mente labores,
Turpis inopsque simul miserabile transiget aevum.

ΣΥΜΒΟΛΑ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΑ.

Οὐδέν ἐστι οὕτω τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας ἴδιον, ὡς τὸ συμβολικόν· οἷον ἐν τελετῇ μεμιγμένον φωνῇ καὶ σιωπῇ διδασκαλίας γένος, ὥστε μὴ λέγειν

Ἀείσω ξυνετοῖς, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι,

ἀλλ' αὐτόθεν ἔχειν φῶς καὶ χαρακτῆρα τοῖς συνήθεσι τὸ φραζόμενον, τυφλὸν δὲ καὶ ἄσημον εἶναι τοῖς ἀπείροις. Ὡς γὰρ ὁ ἄναξ ὁ ἐν Δελφοῖς οὔτε λέγει, οὔτε κρύπτει, ἀλλὰ σημαίνει κατὰ τὸν Ἡράκλειτον· οὕτω τῶν Πυθαγορικῶν συμβόλων καὶ τὸ φράζεσθαι δοκοῦν κρυπτόμενόν ἐστι, καὶ τὸ κρύπτεσθαι νοούμενον. [*Stobaeus Serm. V.*]

1. Ἐπὶ χοίνικος μὴ καθίζειν.

Τουτέστι, φεύγειν ἀργίαν, καὶ προνοεῖν, ὅπως τὴν ἀναγκαίαν παρασκευάσωμεν τροφήν. [*Plutarch.* περὶ παιδ. ἀγωγ. *Cap.* 17.] ἤ· ἐν ἴσῳ τοῦ ἐνεστῶτος φροντίδα ποιεῖσθαι καὶ τοῦ μέλλοντος, ἡ γὰρ χοῖνιξ ἡμερήσιος τροφή. [*Diog. Laert. Lib. VIII.* §. 18.] ἤ· μὴ σκοπεῖν τὰ ἐφ' ἡμέραν, ἀλλὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἀεὶ προσδέχεσθαι. [*Athen. Lib. X. Dipnos. Cap.* 54.] ἤ· διδάσκει ἀεί τι τοῦ παρόντος εἰς τὸ μέλλον καταλιπεῖν, καὶ τῆς αὔριον ἐν τῇ σήμερον μνημονεύειν. [*Plutarch. Symposiac. VII. Cap.* 4.]

2. Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν.

Ἀντὶ τοῦ· πᾶσαν πλεονεξίαν φεύγειν καὶ στυγεῖν· ζητεῖν δὲ τὸ ἴσον, καὶ τῆς δικαιοσύνης πλεῖστον ποιεῖσθαι λόγον. [*Athen. Lib. X. Cap.* 54. *Plutarch.* περὶ παιδ. ἀγωγ. *Cap.* 17.]

SYMBOLA PYTHAGORICA

E variis scriptoribus collecta et latine versa a Joachimo Zehnero.

Nihil adeo proprium est philosophiae Pythagoricae, quam symbolicum illud doctrinae genus, quod velut in sacra initiatione voce et silentio permixtum est, ut non sit opus praemonere:

Cantabo doctis; claudatur porta profanis;

sed ut statim quodlibet dictum exercitatis lucem et characterem suum ostendat: imperitis vero caecum sit et obscurum. Quemadmodum enim rex (Apollo) in Delphis non expresse dicit, nec abscondit, sed innuit, juxta Heraclitum: sic e Pythagoricis symbolis et id quod dici videtur, absconditur: et quod abscondi videtur, intelligitur.

1. *Choenici ne insideas.*

Hoc est: Fugiendam esse desidiam, et prospiciendum, ut victum necessarium paremus. — vel: Ex aequo praesentis et futuri habendam esse curam. Choenix enim diurna esca est. — vel: Non spectanda esse, quae in hodiernum diem accidunt, sed crastinum semper exspectandum esse. — vel: Docet, ut semper ex praesentibus aliquid in posterum relinquamus et hodie crastini memores simus.

2. *Stateram ne transgrediaris.*

Pro eo, quod est: Omnem avaritiam vel plus habendi cupidinem fugias ac detesteris; quaeras autem, quod aequum est, et maximam justitiae rationem habeas.

3. *Μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιάν.*

Μὴ πολλοὺς ποιεῖσθαι φίλους, μηδὲ πολύκοινον, μηδὲ πάνδημον ἀσπάζεσθαι φιλίαν. [*Plut. περὶ πολυφιλίας.*]

4. *Καρδίαν μὴ ἐσθίειν.*

Μὴ τὴν ψυχὴν ἀνίαις καὶ λύπαις κατατήκειν, ἢ ἀλυπίαν ἀσκεῖν. [*Suidas in Πυθαγόρας et Athen. Lib. X. Cap.* 54.]

5. *Κυάμων ἀπέχεσθαι.*

Οὐ δεῖ πολιτεύεσθαι· κυαμευταὶ γὰρ ἦσαν ἔμπροσθεν αἱ ψηφοφορίαι, δι' ὧν πέρας ἐπετίθεσαν ταῖς ἀρχαῖς. [*Plutarch. περὶ παιδ. ἀγωγ. C.* 17. *Conf. A. Gell. Lib. IV. Cap. XI. et Cic. Lib. I. de Divin.*]

6. *Μὴ γεύεσθαι μελανούρων.*

Μὴ συνδιατρίβειν μέλασιν ἀνθρώποις διὰ κακοήθειαν. [*Plutarch. ibid.*]

7. *Ὁμορόφους χελιδόνας μὴ ἔχειν, ἢ χελιδόνα ἐν οἰκίᾳ μὴ ἔχειν.*

Τουτέστι, λάλον καὶ ψίθυρον καὶ πρόγλωσσον ἄνθρωπον, μὴ δυνάμενον στέγειν, ὧν ἂν μετάσχῃ, μὴ δέχεσθαι. [*Clemens Alex. Lib. V. Στρωματ.*]

8. *Πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν.*

Δυναστῶν ὀργὴν καὶ οἰδοῦντα θυμὸν μὴ κινεῖν, ἢ τεθυμωμένον ἄνδρα μὴ ἐριδαίνειν, ἀλλ' ὑπείκειν τοῖς ὀργιζομένοις. [*Athen. Lib. X. C.* 54. *et Plutarch. π. παιδ. ἀγωγ. C.* 17.]

9. *Σῖτον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν.*

Εἰς πονηρὰν ψυχὴν ἀστεῖον λόγον ἐμβάλλειν οὐ προσήκει. Ὁ μὲν γὰρ λόγος τροφὴ διανοίας ἐστίν. Τοῦτον δὲ ἀκάθαρτον ἡ πονηρία ποιεῖ τῶν ἀνθρώπων. [*Plutarch. ibid.*]

3. *Ne cuivis dexteram injicias.*

Ne multos facias amicos, nec promiscuam et vulgarem amicitiam amplectaris.

4. *Cor ne edito.*

Ne animum curis et amore excrucies. vel: Vacuitatem doloris exerceas.

5. *A fabis abstineto.*

Abstinendum a republica. Nam olim suffragia erant fabaria, vel fabis ferebantur, per quas etiam magistratibus se abdicabant.

6. *Ne gustes melanuros, vel pisces nigras habentes caudas.*

Ne converseris cum hominibus, qui ob morum pravitatem nigri sunt.

7. *Hirundines sub eodem tecto ne habeas. vel: Hirundinem domi ne habeto.*

Hoc est, loquacem, susurronem et effrenis linguae hominem, qui non potest continere, quae ipsi communicata sunt, ne recipias.

8. *Ignem gladio ne fodias.*

Potentium iram tumentemque indignationem non commovendam — vel: ira percitum non lacessendum, sed cedendum vel obsecundandum iratis.

9. *Cibum in matulam ne injicito.*

Sermonem elegantem in pravum animum immittere non convenit. Sermo enim cibus mentis est. Hunc vero pravitas hominum impurum reddit.

10. *Τῆς χύτρας ἀρθείσης ἀπὸ τοῦ πυρὸς, τὸν ἐν τῇ σποδῷ τύπον μὴ ἀπολιπεῖν, ἀλλὰ συγχεῖν. ἢ· χύτρας ἴχνος συγχεῖν ἐν τῇ τέφρᾳ.*

Οὐ τὸν τύπον ἀφανίζειν μόνον δεῖν ἠνίττετο, ἀλλὰ μηδὲ ὀργῆς ἴχνος ἀπολιπεῖν. Ἐπὰν δὲ ἀναζέσασα παύσηται, καθίστασθαι αὐτὴν καὶ πᾶσαν ἀπαλείφειν μνησικακίαν. [*Clemens Alexandr. Lib. V. Στρωματ. fol.* 239.]

Hic finitur Zehneri collectio. At plura alia Pythagoreorum symbola collegit et explicavit Jamblichus in Protrept. ad Philos. toto Capite XXI. quod, cum liber iste nuperrime editus sit a doctissimo Kiesslingio, nolui integrum hic exscribere: tantummodo ipsa symbola (quorum tamen nonnulla sententiis potius quam symbolis accensenda videntur) hic adjicere liceat.

11. *α. Εἰς ἱερὸν ἀπιὼν προσκυνῆσαι, μηδὲν ἄλλο μεταξὺ βιωτικὸν μήτε λέγε μήτε πράττε.*

12. *β. Ὁδοῦ πάρεργον οὔτε εἰσιτητέον εἰς ἱερὸν οὔτε προσκυνητέον τοπαράπαν, οὐδ᾽ εἰ πρὸς ταῖς θύραις αὐταῖς παριὼν γένοιο.*

13. *γ. Ἀνυπόδητος θύε καὶ προσκύνει.*

14. *δ. Τὰς λεωφόρους ὁδοὺς ἐκκλίνων διὰ τῶν ἀτραπῶν βάδιζε.*

ε. Μελανούρων ἀπέχου· χθονίων γάρ ἐστι θεῶν.

15. *στ. Γλώσσης πρὸ τῶν ἄλλων κράτει θεοῖς ἑπόμενος.*

16. *ζ. Ἀνέμων πνεόντων τὴν ἠχὼ προσκύνει.*

η. Πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκάλευε.

17. *θ. Ὀξίδα ἀπὸ σεαυτοῦ ἀπόστρεφε πᾶσαν.*

18. *ι. Ἀνδρὶ ἐπανατιθεμένῳ μὲν φορτίον συνέπαιρε, μὴ συγκαθαίρει δὲ ἀποτιθεμένῳ.*

19. *ια. Εἰς μὲν ὑπόδησιν τὸν δεξιὸν πόδα προπάρεχε, εἰς δὲ ποδόνιπτρον τὸν εὐώνυμον.*

20. *ιβ. Περὶ Πυθαγορείων ἄνευ φωτὸς μὴ λάλει.*

10. *Olla ab igne sublata ne relinquas ejus figuram in cinere, sed illum confundas. vel: Ollae vestigium in cinere confundas.*

Tecte significabat, non modo abolendam speciem, sed ne vestigium quidem irae relinquendum esse. Cum autem ebullire cessaverit, eam componendam, atque omnem injuriae memoriam delendam esse.

SYMBOLA PYTHAGOREORUM.

Ex Jamblichi Adhortat. ad Philos. Cap. XXI.

11. In templum adoratum abiens ne quid aliud interea, quod ad vitam pertineat, neque dicito, neque facito.

12. Obiter neque ingrediendum est templum, neque omnino adorandum, ne tum quidem, si ad ipsas fores praeteriens verseris.

13. Discalceatus sacra facito et adorato.

14. Publicas vias declinans per semitas ingreditor.

Ab eo, quod nigram caudam habet, abstineto: nam inferorum deorum est.

15. Linguam ante omnia contineto diis obsequens.

16. Ventorum spirantium sonum adorato.

Ignem gladio ne fodito.

17. Acutum omne a te avertito.

18. Alterum onus suscipientem sublevato, ne sublevato deponentem.

19. Ad calceos subligandos dextrum pedem prius efferto, ad lavandum sinistrum.

20. De Pythagoreis sine lumine ne loquitor.

ιγ. Ζυγὸν μὴ ὑπέρβαινε.

21. ιδ. Ἀποδημῶν τῆς οἰκίας μὴ ἐπιστρέφου· Ἐριννύες γὰρ μετέρχονται.

22. ιε. Πρὸς ἥλιον τετραμμένος μὴ οὔρει.

23. ιστ. Δαδίῳ θῶκον μὴ ἀπόμασσε.

24. ιζ. Ἀλεκτρυόνα τρέφε μὲν, μὴ θύε δέ· μήνῃ γὰρ καὶ ἡλίῳ καθιέρωται.

ιη. Ἐπὶ χοίνικι μὴ καθέζου.

25. ιθ. Γαμψώνυχον μηδὲν παράτρεφε.

26. κ. Ἐν ὁδῷ μὴ σχίζε.

κα. Χελιδόνα οἰκίᾳ μὴ δέχου.

27. κβ. Δακτύλιον μὴ φόρει.

28. κγ. Θεοῦ τύπον μὴ ἐπίγλυφε δακτυλίῳ.

29. κδ. Παρὰ λύχνον μὴ ἐσοπτρίζου.

30. κε. Περὶ θεῶν μηδὲν θαυμαστὸν ἀπίστει, μηδὲ περὶ θείων δογμάτων.

31. κστ. Ἀσχέτῳ γέλωτι μὴ ἔχεσθαι.

32. κζ. Παρὰ θυσίᾳ μὴ ὀνυχίζου.

κη. Δεξιὰν μὴ παντὶ ῥαδίως ἔμβαλλε.

33. κθ. Στρωμάτων ἐξαναστὰς συνέλισσε αὐτὰ, καὶ τὸν τύπον συστόρνυε.

34. λ. Καρδίαν μὴ τρῶγε.

35. λα. Ἐγκέφαλον μὴ ἔσθιε.

36. λβ. Ἀποκαρμάτων σῶν καὶ ἀπονυχισμάτων κατάπτυε.

37. λγ. Ἐρυθρῖνον μὴ προσλαμβάνου.

λδ. Χύτρας ἴχνος ἀπὸ σποδοῦ ἀφάνιζε.

38. λε. Χρυσὸν ἐχούσῃ μὴ πλησίαζε ἐπὶ τεκνοποιΐᾳ.

39. λστ. Προτίμα τὸ σχῆμα καὶ βῆμα τοῦ σχῆμα καὶ τριώβολον.

λζ. Κυάμων ἀπέχου.

40. λη. Μολόχην ἐπιφύτευε μὲν, μὴ ἔσθιε δέ.

41. λθ. Ἐμψύχων ἀπέχου.

Jugum ne transilito.

21. Peregre abiens, ne revertitor: nam Furiae subsequuntur.

22. Ad solem conversus ne meiito.

23. Facula sedem ne abstergito.

24. Gallum alito quidem, at ne immolato: nam lunae et soli consecratus est.

Choenici ne insideto.

25. Ne quid eorum, quae curvos ungues habent, alito.

26. In via ne scindito.

Hirundinem tecto ne recipito.

27. Annulum ne gestato.

28. Dei imaginem annulo ne insculpito.

29. Ad lucernam speculum ne inspicito.

30. Neque de iis, neque de divinis dogmatis quicquam tam admirabile dicitur, ut ei fides sit deneganda.

31. Cachinno ne indulgeto.

32. Inter sacrificandum ungues ne praecidito.

Dextram ne cuivis facile injicito.

33. Stragulas, ubi surrexeris, una convolvito, corporisque vestigium sternito.

34. Cor ne edito.

35. Cerebrum ne edito.

36. Excrementa tua et unguium praesegmina conspuito.

37. Erythrinum ne suscipito.

Ollae vestigium e cinere deleto.

38. Ad foeminam divitem ne accedito sobolis procreandae causa.

39. Majoris facito figuram et mensuram, quam figuram et triobolum.

A fabis abstineto.

40. Malvam transplantato quidem, sed ea ne vescitor.

41. Ab animantibus abstineto.

42. μ. *Στέφανον μὴ τίλλειν.* [*Porphyrius de Vit. Pythag.* p. 74. *ed. Kiessling.*]

43. μα. *Σπονδὰς ποιεῖσθαι τοῖς θεοῖς κατὰ τὸ οὖς τῶν ἐκπωμάτων.* [*Porphyr. ibid.*]

His Symbolis Gyraldus, Dacerius et Stanlejus Hist. Philos. p. 797. seq. sequentia addunt.

44. *Μήτραν ζώου μὴ ἐσθίειν.* [*Hierocles in Aur. Carm.* p. 216. *ed. Needh.*]

45. *Θνησιμαίων ἀπέχεσθαι.* [*Idem* p. 218.]

46. *Τὸν ἅλα παρατίθεσθαι.* [*Laert. VIII.* 35.]

47. *Ἄρτον μὴ καταγνύειν.* [*Jambl. Vit. Pyth. Cap.* 16. *Laert. VIII.* 35.]

48. *Ὀδόντας μὴ καταγνύειν.*

49. *Πρὸς τὸν ἥλιον τετραμμένος μὴ λάλει.*

50. *Μὴ δεῖ καθεύδειν ἐν μεσημβρίᾳ.* [*Olympiodor. ad Plat. Phaedon.*]

51. *Ὠιδαῖς χρῆσθαι πρὸς λύραν.* [*Jamblich.*]

52. *Ἄνευ προστάγματος τοῦ αὐτοκράτορος ἐκ τῆς φρουρᾶς μὴ ἀναχωρεῖν.* [*Olympiod. in Phaed.*]

53. *Τὸ ἑφθὸν οὐκ ἐποπτᾶν.* [*Jamblich. Vit. Pyth. C. XXVIII.*]

54. *Ὀξεῖαν μάχαιραν ἀποστρέφειν.* [*Jambl.*]

55. *Τὰ πίπτοντα ἀπὸ τῆς τραπέζης μὴ ἀναιρεῖσθαι.* [*Diog. Laert. VIII.* 34.]

56. *Ἀπέχου καὶ σοροῦ κυπαρισσίνης.* [*Jambl. Vit. Pyth. C. XXVIII. p.* 326. *Kiessl.*]

57. *Τοῖς μὲν οὐρανίοις περισσὰ θύειν, ἄρτια δὲ τοῖς χθονίοις.* [*Jambl. ibid.*]

58. *Μὴ σπένδειν θεοῖς ἐξ ἀμπέλων ἀτμήτων.* [*Plutarch. Num. C. XIV.*]

59. *Ἄτερ ἀλφίτων μὴ θύειν.* [*Plutarch. ibid.*]

60. *Προσκυνεῖν περιστρεφόμενος.* [*Plutarch. ibid.*]

61. *Καθῆσθαι προσκυνήσοντα.* [*Plutarch. ibid.*]

62. *Ὅταν βροντᾷ, γῆν θίγειν.* [*Jamblich. Vit. Pyth. C. XXVIII.*]

63. *Ἓν, δύο.*

42. Coronam ne vellica.

43. Libamina diis facienda juxta auriculam poculorum.

44. Animalis vulvam ne comedito.

45. A morticinis abstineto.
46. Salem apponito.
47. Panem ne frangito.

48. Dentes ne frangito.
49. Ad solem versus ne loquitor.
50. In meridie ne dormito.

51. Carminibus utendum ad lyram.
52. Injussu Imperatoris de statione et praesidio ne discedas.
53. Quod elixum est, ne assato.

54. Gladium acutum avertito.
55. Quae ceciderunt e mensa, ne tollito.

56. Ab arca (sandapila) cyparissina abstineto.

57. Coelestibus imparia sacrificato, inferis vero paria.
58. Ex imputatis vitibus ne diis libato.

59. Ne sine farina sacrificato.
60. Circumactus adora.
61. Adoraturus sedeto.
62. Cum tonat, terram tangito.

63. Unum, duo.

64. *Μὴ ἐσθίειν ἀπὸ δίφρου.* [*Plutarch. de Isid. et Osir. p.* 554. *ed. Wechel.*]

65. *Φοίνικα μὴ φυτεύειν.* [*Plut. ibid.*]

66. *Φυτὸν ἥμερον μήτε φθίνειν μήτε σίνεσθαι.* [*Laert. VIII.* 23.]

67. *'Εχεμυθίαν ἀσκεῖν.*

68. *'Ιχθύων μὴ γεύεσθαι.*

69. *'Επὶ γῆς μὴ πλεῖν.* [*Clemens Alexandr. Strom. V. p.* 559. *Sylb.*]

70. *Τὸν δεξιὸν ὑποδεῖσθαι πρότερον.* [*Jamblich. Vit. Pyth. Cap. XVIII. p.* 178. *ed. Kiessl.*]

71. *Οὐδὲ εἰς περιῤῥαντήριον ἐμβάπτειν, οὐδὲ ἐν βαλανείῳ λούεσθαι.* [*Jamblich. ibid.*]

72. *Μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι.* [*Clemens Alex. Strom. IV. p.* 543. *Sylb.*]

64. Ex curru ne comedito.

65. Palmam ne plantato.

66. Mitem plantam neque violes neque caedas.

67. Silentium servato.

68. Pisces ne gustato.

69. In terra ne naviges.

70. Dextro pedi calceum prius induas.

71. Neque in aquiminali intingendum, neque in balneo lavandum.

72. Clara voce precandum.

His tandem addere liceat alia quaedam symbola et praecepta mystica, quae, tanquam a Plutarcho conservata, latine versa exhibuit quidem Lil. Gyraldus, at Dacerius aeque ac Stanlejus frustra se in Plutarchi Operibus quaesivisse testantur.

---

1. *Sepiam piscem non edendum*, id est, res implicatas ac difficiles ne suscipito, quas ubi tenere putes, manibus elabentur.

2. *In limite non consistendum*, id est, in ambigua sententia non commorandum.

3. *Progredienti gregi e via cedendum*, i. e., multitudini non est contraeundum.

4. *Mustela e transverso offensa retrocedendum*, i. e., delatores fugiendum. Nam mustelam ore parere affirmant.

5. *Arma a muliere subministrata rejicienda*, i. e., quae ira et vindicta suppeditant, non sunt facienda: eis enim affectibus maxime obnoxiae sunt foeminae.

6. *In tenebris absque vestitu aliquo non vadendum*, i. e., nudam et apertam sententiam in obscuris rebus non proferendam.

7. *Rectum pedem promovendum*, i. e., recta esse et justa proferenda.

8. *In poculi fundo residuum non relinquendum*, i. e., artes, quas coeperis, funditus exhauriendas.

9. *Colubrum intra aedes collapsum ne perimito*, i. e., inimico supplici ne aegre facito, coluber enim hostis est symbolum.

10. *Offensa in vestibulis obscoena vetula, non egrediendum*, i. e., res, quarum turpia sunt principia, non esse prosequendas.

11. *Noctu in tenebris deambulanti cavendum*, i. e., mortalibus enitendum, ut fuisse in vita videantur.

12. *Sole collucente ignem deferre nefas*, i. e., rebus claris et conspicuis rationem non afferendam.

14. *Lapidem in fontem jacere scelus*, i. e., scelus est opprimere eos, qui utiliter reipublicae inserviant.

15. *Pede in limine illiso, retrocedendum*, i. e. quae in ipso principio noxia sunt, non prosequenda.

16. *Lumen post caput appensum detinere, flagitium*, i. e., industriam et providentiam non in postremis habendam.

17. *Sinistra manu sumere cibum nefas*, i. e., rapinis et furtis ne vivito nec aliud lucrum quaerito, nisi rectum et legitimum.

18. *In sepulcro ne dormito*, i. e., bona a parentibus haereditate accepta ne otiosum te reddant.

19. *Minuta panis pedibus conculcare turpe*, i. e., quamvis minimam degendae vitae rationem non pessum dandam.

20. *Egredienti introeuntique valvas exosculandas*, i. e., initia et fines actionum et institutorum complectenda.

21. *Lyram illotis manibus non attingendam*, i. e., purissimum eum, qui alios docere velit, esse oportere.

22. *Sudorem ferro abstergere tetrum facinus*, i. e., labore parta nemini vi et viribus eripienda.

23. *In solitudine sine baculo non ambulandum*, i. e., cum amicis in necessitatibus conferendum et consultandum.

24. *Apud quadrupedem poema non canendum*, i. e., apud ignaros seria non proferenda.

25. *Faciem in fluvio non lavandam, vel spectandam*, i. e., ex labili re et penitus instabili specimen non appetendum.

26. *Hominis vestigia ferro ne configito*, i. e., memoriam mortuorum ne conviciis lacera.

27. *Integrum fasciculum in igne non esse ponendum*, i. e., non una opes omnes in unum discrimen ponendum.

28. *Egredienti e laribus sinciput, redeunti occi-*

put scalpendum, i. e., praecautionem et diligentiam ad res agendas excitandum: his peractis, memoriter examinandas.

29. *De rheda junctis pedibus non exilito*, i. e., vitae conditionem non temere et uno impetu mutato.

30. *In astrum ne digitum intendito*, i. e., contra superiorem ne insurgito.

31. *In arundineto non confabulandum*, i. e., cum levissimis hominibus familiaritatem non habendam.

32. *Candelam ad parietem ne applicato*, i. e., homines rudes et lumini eruditionis resistentes ne erudito.

33. *In nive ne scribito*, i. e., ingeniis mollibus et effeminatis laborem eruditionis ne impendito.

34. *Vulturem avem in augurio infelicissimam*, i. e., innocuos homines facile esse infelices. (??)

35. *Facilius emori hominem, cui oculi claudantur*, i. e., hominem ipsum ex negligentia facile in miseriam cadere.

36. *Puerum aut foeminam stricto vagari gladio omen malum*, i. e., non defuturum malum, si gubernatio ineptis et levibus tradatur hominibus.

37. *Duorum temporum quam maxime habendam curam, matutini et vespertini*, i. e., eorum quae acturi sumus, et eorum quae gessimus.

Ad Symbola Pythagorica referenda etiam litera Y, de qua ita Lactantius Instit. Lib. VI. Cap. III. *Dicunt* (Pythagorei), *humanae vitae cursum* Y *literae esse similem, quod unusquisque hominum, quum primae adolescentiae limen attigerit, et in eum locum venerit,*

partes ubi se via findit in ambas,

haereat nutabundus, ac nesciat, in quam se partem potius inclinet. Si ducem nactus fuerit, qui dirigat ad meliora titubantem, hoc est, si aut philosophiam

didicerit, aut eloquentiam, aut aliquid honestae artis, quo evadat ad bonam frugem; quod fieri sine labore maximo non potest; honestam ac copiosam vitam, disputant, peracturum: si vero doctorem frugalitatis non invenerit, in sinistram viam, quae melioris specimen mentiatur, incidere, id est, desidiae, inertiae, luxuriae se tradere, (quae suavia quidem videntur ad tempus vera bona ignoranti) post autem amissa omni dignitate ac re familiari in omnibus miseriis ignominiaque victurum.

Vide Epigramma in hanc literam supra allatum pag. 59.

JACOBI BALDE

e Societate Jesu

SYMBOLA PYTHAGORAE

ad Franciscum Ragusinum.

(Lyric. Lib. III. Ode X. p. 101. edit. nostr.)

Vile ne fiat tibi Numen usu,
Cum nihil majus generatur ipso;
Ne Deum caeles, digitoque portet
Annulus haerens.

Fervidam spumis cave laesus ollam
Concites; non est fodicandus ignis
Ense. Sopita cineres quiescunt
Tutius ira.

Dura constanti supera labore;
Coepta successu properanter urge;
Ut nihil faecis bibiturus in cra-
tere relinquas.

Urbium mollis minui coronas.
Legibus pulcre redimitur ara;
Lege firmantur sacra: lege cives:
Lege senatus.

Publico nunquam gradiere calle.
Nam minus peccat minus usitatus,
Plebis exemplo via trita semper
Fallit euntem.

Empta cum luctu noceat voluptas,
Criminis serum fuge poenitere:
Ne quidem gustes epulans nigras ha-
bentia caudas.

Allium raro, pia farra saepe,
Cor edes nunquam. Remove dolorem
Laetus, et diris jecur ulcerosum
Linque Mycenis.

At nec infamis tibi foeda mensae
Lucra nummorum sapiant avaro:
Nec manu sumas aliena quondam
Pocula laeva.

Impiger cursus cave transilire
Ante suspensam pedibus stateram.
Triste fas laesum. Nihil est iniquo
Judice pejus.

Laetus arride speculo, nec horre
Quod negat Natura, velis negatum.
Invidens hosti tamen abstineto
Vellere barbam.

Dis merum liba. Bene Dî precantur
Mentibus gratis, cumulantque dona.
Cum tonat caelum, venerans memento
Tangere terram.

ΔΗΜΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΓΝΩΜΑΙ ΧΡΥΣΑΙ.

DEMOCRATIS

PHILOSOPHI

SENTENTIAE AUREAE

recensitae ad fidem Codicis Palatini.

LUCAS HOLSTENIUS

AD LECTOREM.

Democratis aetatem, patriam et sectam vetustissimus Ionici sermonis character ostendit. Ejus dicta et sententias nonnullas Stobaeus et Antonius proferunt, apud quos saepius cum Democrito librariorum imperitia confunditur: quorum error in tanta rerum antiquarum ignoratione haud facile emendari potest. Plutarchus quoque in Politicis praeceptis Democratis cujusdam meminit, qui in Atheniensi republica versabatur circa Olympiadem CX, neque ab hoc fortasse diversus est ille, quem ab Epicuro ob libros transscriptos exagitatum in libello contra Epicurum idem Plutarchus refert. Caeterum Democratem Barberinae Bibliothecae debes.

ΔΗΜΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΓΝΩΜΑΙ ΧΡΥΣΑΙ.

(Recensitae ad fidem Codicis Palatini.)

1. Γνωμέων μεῦ τῶνδε εἴ τις ἐπαΐοι ξὺν νόῳ, πολλὰ μὲν ἔρξει ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἄξια, πολλὰ δὲ φαῦλα οὐχ ἔξει.

2. Ψυχῆς μὲν τελεότης σκήνεος μοχθηρίαν ὀρθοῖ· σκήνεος δὲ ἰσχὺς ἄνευ λογισμοῦ ψυχὴν οὐδέν τι ἀμείνω τίθησι.

3. Ὁ τὰ ψυχῆς ἀγαθὰ ἐρεόμενος, τὰ θειότερα ἐρέεται· ὁ δὲ τὰ σκήνεος, τἀνθρωπήϊα.

4. Καλὸν μὲν τὸν ἀδικέοντα κωλύειν· εἰ δὲ μή, μὴ ξυναδικέειν.

5. Ἀγαθὸν εἶναι χρή, ἢ μιμεῖσθαι.

6. Οὔτε σώμασι οὔτε χρήμασι εὐδαιμονοῦσι ἄνθρωποι, ἀλλ' ὀρθοσύνῃ καὶ πολυφροσύνῃ.

7. Μὴ διὰ φόβον, ἀλλὰ διὰ τὸ δέον ἀπέχεσθαι ἁμαρτημάτων.

8. Μέγα τὸ ἐν συμφορῇσι φρονεῖν ἃ δεῖ.

9. Μεταμέλεια ἐπ' αἰσχροῖσι ἔργμασι βίου σωτηρίη.

10. Ἀληθόμυθον χρὴ εἶναι, οὐ πολύλογον.

11. Ὁ ἀδικῶν τοῦ ἀδικουμένου κακοδαιμονέστερος.

12. Μεγαλοψυχίη τὸ φέρειν πραέως πλημμέλειαν.

13. Νόμῳ καὶ ἄρχοντι καὶ τῷ σοφωτέρῳ εἴκειν κόσμιον.

DEMOCRATIS

(sive potius Democriti)

PHILOSOPHI

SENTENTIAE AUREAE

Luca Holstenio interprete.

1. Sententiis hisce si quis aures animumque adverterit, multa ille opera viro bono digna patrabit, multis contra carebit malis.

2. Animi quidem perfectio corporis vitium corrigit; corporis autem vires ratione destitutae animum nihilo meliorem reddunt.

3. Quisquis animi bona amat, diviniora, qui autem corporis, humana ambit.

4. Hominem inique agentem impedire praestat; id si fieri nequeat, saltem non adjuvanda ejus iniquitas.

5. Bonum esse, non simulare oportet.

6. Neque in corpore neque in opibus posita est hominum felicitas: sed in animo recto et solerti.

7. Non metu, sed officii caussa peccatis abstinendum.

8. Res magna est, in adversis quae in rem sint, sapere.

9. Factorum turpium poenitentia vitae salus est.

10. Veridicum, non multiloquum esse oportet.

11. Infelicior est, injuriam qui facit, quam qui sustinet.

12. Magni animi est humaniter ferre, si quid peccatum fuerit.

13. Legi, principi et sapientiori cedere pulchrum est.

14. *Μωμεωμένων φλαύρων ὁ ἀγαθὸς οὐ ποιέεται λόγον.*

15. *Χαλεπὸν ἄρχεσθαι ὑπὸ χερείονος.*

16. *Ὁ χρημάτων παντελῶς ἥσσων οὐκ ἄν ποτε εἴη δίκαιος.*

17. *Ἰσχυρότερός ἐς πειθὼ λόγος πολλαχῇ γίνεται χρυσοῦ.*

18. *Τὸν οἰόμενον νόον ἔχειν ὁ νουθετέων ματαιοπονέει.*

19. *Πολλοὶ λόγον μὴ μαθόντες ζῶσι κατὰ λόγον· πολλοὶ δὲ δρῶντες τὰ αἴσχιστα λόγους ἀρίστους ἀσκέουσι.*

20. *Οἱ ἀξύνετοι δυστυχέοντες σωφρονέουσι.*

21. *Ἔργα καὶ πρήξιν ἀρετῆς, οὐ λόγους, ζηλοῦν χρεών.*

22. *Τὰ καλὰ γνωρίζουσι καὶ ζηλοῦσι οἱ εὐφυέες πρὸς αὐτά.*

23. *Κτηνέων μὲν εὐγένεια ἡ τοῦ σκήνεος εὐσθένεια· ἀνθρώπων δὲ ἡ τοῦ ἤθεος εὐτροπίη.*

24. *Οὔτε τέχνη, οὔτε σοφίη ἐφικτὸν, εἰ μὴ μάθῃ τις.*

25. *Κρέσσον τὰ οἰκεῖα ἐλέγχειν ἁμαρτήματα ἢ τὰ ὀθνεῖα.*

26. *Οἷσι ὁ τρόπος ἐστὶν εὔτακτος, τουτέοισι καὶ ὁ βίος συντέτακται.*

27. *Ἀγαθὸν οὐ τὸ μὴ ἀδικέειν, ἀλλὰ τὸ μηδὲ ἐθέλειν.*

28. *Εὐλογέειν ἐπὶ καλοῖς ἔργμασι καλόν· τὸ γὰρ ἐπὶ φλαύροισι κιβδήλου καὶ ἀπατεῶνος.*

29. *Πολλοὶ πολυμαθέες νόον οὐκ ἔχουσι.*

30. *Πολυνοΐην, οὐ πολυμαθίην ἀσκέειν χρή.*

31. *Προβουλεύεσθαι κρέσσον πρὸ τῶν πράξεων ἢ μετανοεῖν.*

14. Vir bonus improborum reprehensiones nihili facit.

15. Deteriori parere durum est.

16. Qui pecuniis facile vincitur, haudquaquam erit justus.

17. Ad persuadendum saepenumero plus oratio, quam aurum valet.

18. Quisquis eum monet, qui prudentia se pollere existimat, operam perdit.

19. Multi, qui rationem non excoluere, ex ratione vivunt, multi contra turpissima perpetrantes opera optime meditatis utuntur sermonibus.

20. Stulti rebus adversis conflictantes sapiunt.

21. Re ipsa atque opere, non verbis virtuti studendum.

22. Homines natura ad honestatem facti et cognoscunt, quae honesta sunt, et iis faciendis operam dant.

23. Jumentorum generositas in corporis robore, hominum vero in recta morum conformitate consistit.

24. Neque ars neque scientia absque doctrina acquiritur.

25. Praestat propria quam aliena peccata reprehendere.

26. Quibus mores bene sunt compositi, hisce et vita recte componitur.

27. Bonum est non solum ab injuria, sed etiam a voluntate laedendi abstinere.

28. De recte factis bene loquendum; nam de malis bene loqui hominis est subdoli atque impostoris.

29. Multi eruditione varia instructi sana mente destituuntur.

30. Multiplici potius animae sapientiae, quam multifariae eruditioni studendum.

31. Praestat consilium actiones praecedere, quam poenitentiam subsequi.

32. Μὴ πᾶσι, ἀλλὰ τοῖς δοκίμοισι πιστεύειν· τὸ μὲν γὰρ εὔηθες, τὸ δὲ σωφρονέοντος.

33. Δόκιμος ἀνὴρ καὶ ἀδόκιμος οὐκ ἐξ ὧν πράσσει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν βούλεται.

34*. Ἀνθρώποις πᾶσι τα..... τὸν ἀγαθὸν καὶ ἀληθές· ἡδὺ δὲ ἄλλῳ ἄλλο.

35. Παιδὸς, οὐκ ἀνδρὸς, τὸ ἀμέτρως ἐπιθυμεῖν.

36. Ἡδοναὶ ἄκαιροι τίκτουσιν ἀηδίας.

37. Αἱ περί τι σφοδραὶ ὀρέξεις τυφλοῦσιν εἰς τἄλλα τὴν ψυχήν.

38. Δίκαιος ἔρως ἀνυβρίστως ἐφίεσθαι τῶν καλῶν.

39. Ἡδὺ μηδὲν ἀποδέχεσθαι, ἢν μὴ συμφέρῃ.

40. Κρέσσον ἄρχεσθαι τοῖσι ἀνοήτοισι, ἢ ἄρχειν.

41. Νηπίοισι οὐ λόγος, ἀλλὰ συμφορὴ γίνεται διδάσκαλος.

42. Δόξα καὶ πλοῦτος ἄνευ συνέσιος οὐκ ἀσφαλέα κτήματα.

43. Χρήματα πορίζειν μὲν οὐκ ἀχρεῖον, ἐξ ἀδικίης δὲ πάντων κάκιον.

44. Χαλεπὸν μιμεῖσθαι μὲν τοὺς κακοὺς, μὴ ἐθέλειν δὲ τοὺς ἀγαθούς.

45. Αἰσχρὸν τὰ ὀθνεῖα πολυπραγμονεύοντα ἀγνοεῖν τὰ οἰκεῖα.

46. Τὸ ἀεὶ μέλλον ἀτελέας ποιέει τὰς πρήξιας.

47. Κίβδηλοι καὶ ἀγαθοφανέες οἱ λόγῳ μὲν ἅπαντα, ἔργῳ δὲ οὐδὲν ἔρδοντες.

48. Μακάριος, ὃς οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει· χρῆται γὰρ εἰς ἃ δεῖ καλῶς.

49. Ἁμαρτίης αἰτίη ἡ ἀμαθίη τοῦ κρέσσονος.

50. Ἑαυτὸν πρῶτον αἰσχύνεσθαι χρεὼν τὸν αἰσχρὰ ἔρδοντα.

51. Ὁ ἀντιλογεόμενος καὶ πολλὰ εὐσχημονεόμενος ἀφυὴς εἰς μάθησιν ὧν χρή.

32. Non omnibus, sed spectatis fidendum: illud enim fatui, hoc prudentis est.

33. Vir probus aut improbus non ex operibus tantum, sed etiam ex voluntate spectatur.

34. [*Vide Notas.*]

35. Pueri, non viri, est immoderata cupiditate trahi.

36. Intempestivae voluptates dolores pariunt.

37. Nimis vehementes cujuscunque rei appetitus ad cetera animum occaecant.

38. Justus amor citra nullius injuriam honesta ambire.

39. Nihil jucundum admittas, nisi idem sit conducibile.

40. Imprudentes aliis parere praestat, quam imperare.

41. Non ratio, sed damnum stultorum magistra.

42. Honor et divitiae absque prudentia opes sunt parum securae.

43. Opes parare haudquaquam inutile; sed injuste parare omnium perniciosissimum.

44. Malum est imitari improbos et spernere bonos.

45. Aliena curiose sectantem propria negligere turpe est.

46. Continua cunctatio imperfecta reddit opera.

47. Subdoli homines sunt et specie tenus boni, qui verbo omnia, re ipsa nihil praestant.

48. Felix, cui opes et mens suppetunt; nam recte iisdem, ubi res poscit, utitur.

49. Peccandi caussa ignorare, quid sit melius.

50. Primum se ipsum vereri debebat, quisquis turpia perpetrat.

51. Homo contentiosus et qui nimium decorem externum affectat, ineptus est ad discendum ea, quae usus postulat.

52. Πλεονεξίη τὸ πάντα λέγειν, μηδὲν δὲ ἀκούειν ἐθέλειν.

53. Τὸν φαῦλον παραφυλάττειν δεῖ, μὴ καιροῦ λάβηται.

54. Ὁ φθονέων ἑωυτὸν ὡς ἐχθρὸν λυπέει.

55. Ἐχθρὸς οὐχ ὁ ἀδικέων, ἀλλὰ καὶ ὁ βουλόμενος.

56. Ἡ τῶν συγγενῶν ἐχθρὴ τῆς τῶν ὀθνείων χαλεπωτέρη μάλα.

57. Μὴ ὕποπτος πρὸς ἅπαντας, ἀλλ' εὐλαβὴς γίνου καὶ ἀσφαλής.

58. Χάριτας δέχεσθαι χρεὼν προσκοπευόμενον κρέσσονας αὐτῶν ἀμοιβὰς ἀποδοῦναι.

59. Χαριζόμενος προσκέπτεο τὸν λαμβάνοντα, μὴ κακὸν ἀντ' ἀγαθοῦ κίβδηλος ἐὼν ἀποδῷ.

60. Μικραὶ χάριτες ἐν καιρῷ μέγισται τοῖς λαμβάνουσι.

61. Τιμαὶ παρὰ τοῖς εὐφρονέουσι μέγα δύνανται, οἳ ξυνίασι τιμώμενοι.

62. Χαριστικὸς οὐχ ὁ βλέπων πρὸς τὴν ἀμοιβὴν, ἀλλ' ὁ εὖ δρᾷν προῃρημένος.

63. Πολλοὶ δοκέοντες φίλοι εἶναι οὐκ εἰσὶ, καὶ οὐ δοκέοντες εἰσί.

64. Ἑνὸς φιλίη ξυνετοῦ κρέσσων ἀξυνέτων ἁπάντων.

65. Ζῆν οὐκ ἄξιος, ὅτῳ μηδεὶς ἐστι χρηστὸς φίλος.

66.* Ὅτεῳ μηδὲ ἀμύνουσιν ἐπὶ πολλὴν οἱ πειραθέντες φίλοι, δύστροπος.

67. Ἐκτρέπονται πολλοὶ τοὺς φίλους, ἐπὴν ἐξ εὐπορίης εἰς πενίην μεταπέσωσιν.

68. Καλὸν ἐπὶ παντὶ τὸ ἴσον· ὑπερβολὴ δὲ καὶ ἔλλειψις οὔ μοι δοκέει.

69. Οὐδ' ὑφ' ἑνὸς φιλέεσθαι δοκέει μοι ὁ φιλέων οὐδένα.

70. Γέρων εὔχαρις ὁ αἱμύλος καὶ σπουδαιόμυθος.

52. Arrogantia quaedam est omnia dicere, nihil audire velle.

53. Improbum observes, ne occasionem arripiat.

54. Homo infidus se ipsum, ut hostem, dolore afficit.

55. Inimicus est non solum qui injuriam infert, sed et qui de inferenda cogitat.

56. Consanguineorum inimicitiae multo asperiores sunt externis.

57. Non suspiciosum, sed facilem te et securum cunctis praebe.

58. Ita admittenda sunt beneficia, ut jam ante tecum dispexeris, quomodo gratias majores reponas.

59. Vide, cui beneficium praestes, ne forte, cum subdolus fuerit, malum pro bono reddat.

60. Parvum beneficium tempestive collatum accipientibus fit maximum.

61. Honores plurimum valent apud prudentes, qui sibi collatos intelligant.

62. Beneficus est, non qui remunerationem spectat, sed qui libera sponte praestat beneficium.

63. Multi, cum videantur amici, non sunt, suntque multi, qui non videntur.

64. Unius prudentis amicitia stultorum omnium amicitiae est praeferenda.

65. Indignus est, qui vivat, cui nullus est amicus commodus.

66.* Cui ne amici quidem diu probati opem ferunt, is morosus est homo et difficilis.

67. Multi amicos devitant, quando ex larga fortuna in paupertatem inciderunt.

68. Aequalitas ubique est bona: sed quod ultra vel citra modum est, haudquaquam bonum puto.

69. A nemine amari existimo, quisquis amat neminem.

70. Senex lepidus et fabulator longe est gratissimus.

71. *Σώματος κάλλος ζωῶδες, εἰ μὴ νοῦς ὑπείη.*

72. *Ἐν εὐτυχίῃ φίλον εὑρεῖν εὔπορον, ἐν δὲ δυστυχίῃ πάντων ἀπορώτατον.*

73. *Φίλοι οὐ πάντες οἱ ξυγγενέες, ἀλλ' οἱ συμφωνέοντες περὶ τοῦ συμφέροντος.*

74. *Ἄξιον ἀνθρώπους ὄντας ἐπ' ἀνθρώπων συμφοραῖς μὴ γελᾷν, ἀλλ' ὀλοφύρεσθαι.*

75. *Διζημένοισι τἀγαθὰ μόλις παραγίνεται, τὰ δὲ κακὰ καὶ μὴ διζημένοισι.*

76. *Οἱ φιλομεμφέες εἰς φιλίην μὴ εὐφυέες.*

77. *Γυνὴ μὴ ἀσκείτω λόγον, δεινὸν γάρ.*

78. *Ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι ὕβρις καὶ ἀνανδρίη ἐσχάτη.*

79. *Θείου νοῦ τὸ ἀεὶ διαλογίζεσθαι καλόν.*

80. *Ἢν πιστεύῃ τὶς θεοὺς ἐπισκοπεύειν πάντα, οὔτε λάθρῃ οὔτε φανερῶς ἁμαρτήσεται.*

81. *Μεγάλα βλάπτουσι τοὺς ἀξυνέτους οἱ ἐπαινέοντες.*

82. *Βέλτερον ὑφ' ἑτέρου, ἢ ὑφ' ἑαυτοῦ ἐπαινέεσθαι.*

83. *Ἢν μὴ γνωρίζῃς τοὺς ἐπαίνους, κολακεύεσθαι ἡγέο.*

84. *Ὁ κόσμος σκηνὴ, ὁ βίος πάροδος· ἦλθες, ἴδες, ἀπῆλθες.*

85. *Ὁ κόσμος ἀλλοίωσις, ὁ βίος ὑπόληψις.*

86.** *Τίμιον ὀλίγη σοφία ὑπὲρ δόξαν ἀφροσύνης μεγάλης.*

71. Corporis pulchritudo, nisi mens subsit, animantium propria est.

72. Rebus secundis amicum invenire facile est, in adversis autem omnium difficillimum.

73. Amici sunt, non quicunque agnati, sed qui commodis tuis favent.

74. Homines cum simus, humanas calamitates non irridere, sed deplorare convenit.

75. Bona vix quaerentibus, mala autem etiam non quaerentibus obtingunt.

76. Homines queruli ad amicitiam sunt inepti.

77. Mulier dicendi facultatem non exerceat; res enim periculosa est.

78. Mulieris imperio parere contumelia et ignavia extrema est.

79. Animi divini est semper aliquid bonum cogitare.

80. Qui deum cuncta inspicere crediderit, neque clanculum neque aperte peccabit.

81. Qui stultos laudant, magno eos damno afficiunt.

82. Ab alio quam a se ipso laudari praestat.

83. Si laudes in te ipso non agnoveris, palpum tibi obtrudi existimes.

84. Mundus scena, vita transitus: venisti, vidisti, abiisti.

85. Mundus mutatio, vita opinio.

86. [*Vid. Notas.*]

ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΥ
ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ
ΤΑ ΛΕΙΨΑΝΑ

DEMOCRITI PHILOSOPHI
FRAGMENTA.

ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΥ ΤΑ ΛΕΙΨΑΝΑ.

(Partim ab H. Stephano in Poesi Philosophica p. 156 et seqq. partim ab Editore collecta.)

I. ΤΑ ΗΘΙΚΑ.

(Quae non exstant inter Democratea.)

1. Ἀνθρώποισι γὰρ εὐθυμίη γίνεται μετριότητι τέρψιος καὶ βίου συμμετρίῃ, τὰ δὲ λείποντα καὶ ὑπερβάλλοντα μεταπίπτειν τε φιλεῖ, καὶ μεγάλας κινήσιας ἐμποιέειν τῇ ψυχῇ. Αἱ δ᾽ ἐκ μεγάλων διαστημάτων κινούμεναι τῶν ψυχέων οὔτε εὐσταθέες εἰσὶ, οὔτε εὔθυμοι. Ἐπὶ τοῖς δυνατοῖς οὖν δεῖ ἔχειν τὴν γνώμην, καὶ τοῖς παρεοῦσιν ἀρκέεσθαι τῶν μὴ ζηλουμένων καὶ θαυμαζομένων ὀλίγην μνήμην ἔχοντα, καὶ τῇ διανοίᾳ μὴ προσεδρεύοντα, τῶν δὲ ταλαιπωρεόντων τοὺς βίους θεωρέειν ἐννοούμενον, ἃ πάσχουσι κάρτα, ὅκως ἂν τὰ παρεόντα σοι καὶ ὑπάρχοντα μεγάλα καὶ ζηλωτὰ φαίνηται, καὶ μηκέτι πλειόνων ἐπιθυμέοντι συμβαίνῃ κακοπαθέειν τῇ ψυχῇ· ὁ γὰρ θαυμάζων τοὺς ἔχοντας καὶ μακαριζομένους ὑπὸ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, καὶ τῇ μνήμῃ πᾶσαν ὥραν προσεδρεύων, ἀεὶ ἐπικαινουργεῖν ἀναγκάζεται καὶ ἐπιβάλλεσθαι δι᾽ ἐπιθυμίην τοῦ τι πρήσσειν ἀνήκεστον, ὃ νόμοι κωλύουσιν· διόπερ τὰ μὲν μὴ δίζεσθαι χρεὼν, ἐπὶ τοῖς δὲ εὐθυμέεσθαι χρεὼν παραβάλλοντα τὸν ἑαυτοῦ βίον πρὸς τὸν τῶν φαυλότερον πρησσόντων, καὶ μακαρίζειν ἑαυτὸν ἐνθυμεύμενον, ἃ πάσχουσι, ὅκως αὐτέων βέλτιον πρήσσῃ τε καὶ διάγῃ· ταύτης γὰρ ἐχόμενος τῆς γνώμης εὐθυμότερόν τε διάξεις, καὶ οὐκ ὀλίγας κῆρας ἐκ τῶ βίω διώσεαι, φθόνον καὶ ζῆλον καὶ δυσμενίην. [*Stobaeus Serm. I. περὶ ἀρετῆς.*]

DEMOCRITI ABDERITAE
FRAGMENTA.

(Ex versione Conradi Gesneri.)

I. MORALIA.

1. Hominibus enim laetitia oboritur ex mediocritate jucundi, et vitae aequabilitate et moderatione concinna. Ceterum quibus desit, aut superest quid, in deterius degenerare mutarique solent, magnosque motus in anima concitare. At animae, quae magnis intervallis sua sede moventur, nec constantes sunt nec hilares. Decet itaque possibilibus animum intendere, ac praesentibus contentum esse, eorum, qui felices judicantur et in admiratione sunt, parum memorem et cogitatione non immorantem. Miseria autem pressorum vitas contemplari decet, valde animo volventem, quae perferant, ut tuae res et conditio tua magna tibi et beata videatur, ac non amplius cupientem plura contingat excruciari anima. Nam qui admiratur eos, qui habent opes et qui beati existimantur ab aliis hominibus, eique recordationi singulis horis intentus est, semper novi aliquid moliri cogitur et aggredi propterque cupiditatem suam patrare aliquid nefarium, quod legibus interdictum sit. Ideoque haec quidem affectanda non sunt, illis vero laetari convenit, conferendo suam vitam vitae eorum, qui miserius duriusque agunt: seque ipsum adeo judicare beatum, cum secum reputet, quae patiantur ipsi, et ut ipsis mollius agat et vivat. Hanc complexus sententiam, et laetius traduces aevum, et non paucas pestes et noxias vitae propulsabis, invidiam et aemulationem et odium,

2.* Σφόδρ' εὐάλωτόν ἐστιν ἡ πονηρία·
Εἰς γὰρ τὸ κέρδος μόνον ἀποβλέπουσα
Ἀφρόνως ἁπαντᾷ, καὶ προπετῶς συμπείθεται.
[Stob. Serm. II. περὶ κακίας.]

3. Ἔστι ῥᾴδιον μὲν ἐπαινεῖν, ἃ μὴ χρὴ, καὶ ψέγειν· ἑκάτερον δὲ πονηροῦ τινος ἤθους. [Stob. ibid.]

4. Σοφίη ἄθαμβος ἀξίη πάντων τιμιωτάτη οὖσα. [Stob. Serm. III. περὶ φρονήσεως.]

5. Ὅρος συμφορέων καὶ ἀσυμφορέων, τέρψις καὶ ἀτερψίη. [Stob. ibid.]

6. Φρονήσιος ἔργον μέλλουσαν ἀδικίην φυλάξασθαι, ἀναλγησίης δὲ τὴν γενομένην μὴ ἀμύνασθαι.

7. Αἱ μεγάλαι τέρψεις ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι τὰ καλὰ τῶν ἔργων γίνονται. [Stob. ibid.]

8. Ἀνθρώποισι κακὰ ἐξ ἀγαθῶν φύεται, ἐπήν τις τἀγαθὰ μὴ 'πίσταται ποδηγεῖν, μηδὲ ὀχεῖν εὐπόρως. [Haec et seqq. usque ad 19. ex Stob. Serm. IV. περὶ ἀφροσύνης.]

9. Εἴδωλα αἰσθητικὰ καὶ κόσμῳ διαπρεπέα πρὸς θεωρίην, ἀλλὰ καρδίης κενεά.

10. Λήθη τῶν οἰκείων κακῶν θρασύτητα γεννᾷ.

11. Ἀνοήμονες ῥυσμοῦνται τοῖς τῆς ψυχῆς κέρδεσι· οἱ δὲ τῶν τοιῶνδε δαήμονες τοῖς τῆς σοφίης.

12. Τὸ χρῆζον οἶδεν ὁκόσον χρήζει, ὁ δὲ χρήζων οὐ γινώσκει.

13. Ἀνοήμονες τὸ ζῆν ὡς στυγέοντες, ζῆν ἐθέλουσι δείματι Ἀΐδεω.

14. Ἀνοήμονες βιοῦσι οὐ τερπόμενοι βιοτῇ.

15. Ἀνοήμονες νεότητος ὀρέγονται, οὐ τερπόμενοι δὲ νεότητι.

16. Ἀνοήμονες τῶν ἀπεόντων ὀρέγονται· τὰ δὲ παρεόντα (καὶ παρῳχημένων κερδαλεώτερα ἐόντα) ἀμαλδύνουσι.

---

* Sententiae asteriscis notatae non inveniuntur in Collectione Henrici Stephani. [O.]

2. Malitia est res, quae facile capitur:
Nam dum in solum lucrum intenta est,
Incircumspecte obviam se quaestui praebet et temere persuadetur. [*Stob. Serm. II. de malitia.*]

3. Facile est laudare, quae non deceat, ac vituperare, sed utrumque mali est ingenii. [*Stob. ibid.*]

4. Sapientia nihil admirans aut stupens nihil non meretur (summo honore digna est). [*Stob. Serm. III. de prudentia.*]

5. Utilium et inutilium termini sunt jucundum et injucundum. [*Stob. ibid.*]

6. Prudentiae est futuram injuriam praecavere, indolentiae vero illatam non ulcisci. [*Stob. ibid.*]

7. Magna gaudia ex praeclarorum facinorum spectaculo nascuntur. [*Stob. ibid.*]

8. E bonis mala nascuntur hominibus, si qui bona non recta ratione regere, neque facile ferre noverunt. [*Stob. Serm. IV. de Imprudentia.*]

9. Simulacra artificiosa et belle ornata ad sui quidem spectaculum alliciunt, sed corde carent.

10. Malorum suorum oblivio gignit audaciam.

11. Stulti erudiuntur per ingenii astutias, earum vero ignari per sapientiam.

12. Ipsa res, quae ad usum adhibetur, magis, quam qui utitur homo, modum sui cognoscere videtur (nimia enim exundat).

13. Stulti cum vitam oderint, vivere tamen volunt mortis metu.

14. Stulti vivunt, non delectati vita.

15. Stulti desiderant juventutem, cum nullo juventae commodo fruantur.

16. Stulti desiderant absentia, praesentia vero, etsi meliora praeteritis, negligunt.

17. Ἄνθρωποι τὸν θάνατον φεύγοντες διώκουσι.

18. Ἀνοήμονες οὐδὲν ἁνδάνουσι ἐν ὅλῃ τῇ βιοτῇ.

19. Ἀνοήμονες θάνατον δεδοικότες, γηράσκειν ἐθέλουσι.

20. Ἄριστον ἀνθρώπῳ τὸν βίον διάγειν, ὡς πλεῖστα εὐθυμηθέντι καὶ ἐλάχιστα ἀνιηθέντι· τοῦτο δ' ἂν εἴη, εἴ τις μὴ ἐπὶ τοῖς θνητοῖσι τὰς ἡδονὰς ποιοῖτο. [Stob. Serm. V. περὶ σωφροσύνης.]

21. Φαύλων ἔργων καὶ τοὺς λόγους παραιτητέον. [Stob. ibid.]

22. Τράπεζαν πολυτελέα μὲν τύχη παρατίθησι, αὐταρκέα δὲ σωφροσύνη. [Stob. ibid.]

23. Πατρὸς σωφροσύνη μέγιστον τέκνοις παράγγελμα. [Stob. ibid.]

24. Σωφροσύνη τὰ τερπνὰ ἀέξει, καὶ ἡδονὴν ἐπιμείζονα ποιεῖ. [Stob. ibid.]

25.* Ἡδονὴν οὐ πᾶσαν, ἀλλὰ τὴν ἐπὶ τῷ καλῷ αἱρεῖσθαι χρεών. [Stob. ibid.]

26. Ἔνιοι πόλεων μὲν δεσπόζουσι, γυναιξὶ δὲ δουλεύουσι. [26 — 28. Stob. Serm. VI. περὶ ἀκολασίας.]

27. Ἡμερήσιοι ὕπνοι σώματος ὄχλησιν, ἢ ψυχῆς ἀδημοσύνην, ἢ ἀργίην, ἢ ἀπαιδευσίην σημαίνουσι.

28. Ξυνουσία ἀποπληξίη σμικρή· ἐξέσσυται γὰρ ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου.

29. Ἀνδρείη τὰς ἄτας σμικρὰς ἔρδει. [Stob. Serm. VII. περὶ ἀνδρείας.]

30. Ἀνδρεῖος οὐχ ὁ τῶν πολεμίων κρατῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τῶν ἡδονῶν κρείσσων. [Stob. ibid.]

31. Δίκης κῦδος, γνώμης θάρσος καὶ εὐθυμίη, ἀδικίης δὲ δεῖμα ξυμφορῆς τέρμα. [Stob. ibid.]

32. Μοῦνοι θεοφιλέες, ὅσοις ἐχθρὸν τὸ ἀδικέειν. [Stob. Serm. IX. περὶ δικαιοσύνης.]

17. Homines, dum fugiunt mortem, sequuntur ipsam.

18. Stulti nihil approbant per totam vitam.

19. Stulti mortem timentes, senescere cupiunt.

20. Optimum homini vitam agere, animo ut plurimum laeto, rarissime tristato, quod fieri poterit, si voluptates non in perituris rebus locentur. [*Stob. Serm. V. de Temperantia.*]

21. Facinorum malorum sermones quoque sunt cavendi. [*Stob. ibid.*]

22. Mensam pretiosam fortuna apponit, frugalem et contentam temperantia. [*Stob. ibid.*]

23. Patris temperantia optima liberorum est institutio. [*Stob. ibid.*]

24. Temperantia, quae jucunda sunt, auget et voluptatem majorem facit. [*Stob. ibid.*]

25*. Voluptatem non quamlibet, sed honestati conjunctam eligere decet. [*Stob. ibid.*]

26. Nonnulli urbibus quidem dominantur, uxoribus autem serviunt. [*Haec sententia et sequentes usque ad 28. ex Stobaei Serm. VI. de Intemperantia.*]

27. Diurni somni corporis turbationem, aut animae moerorem, aut pigritiam, aut imperitiam produnt.

28. Coitus est brevis apoplexia: prorumpit enim homo ex homine.

29. Fortitudo dispendia minuit. [*Stob. Serm. VII. de Fortitudine.*]

30. Fortis est non qui hostes superat modo, sed et qui voluptatibus superior existit. Sunt tamen qui, licet civitatibus imperent, mulieribus serviant. [*Stob. ibid.*]

31. Justitiae laus et gloria mentis fiducia est et animi bonus status, injustitiae autem fuga calamitatis terminus. [*Stob. ibid.*]

32. Soli deo cari sunt, qui injurias oderunt. [*Stob. Serm. IX. de Justitia.*]

33. *Πλοῦτος ἀπὸ κακῆς ἐργασίας περιγενόμενος ἐπιφανέστερον τὸ ὄνειδος κέκτηται.* [*St. Serm. X.* περὶ ἀδικίας.]

34. *Χρημάτων ὄρεξις ἐὰν μὴ ὁρίζηται κόρῳ, πενίης ἐσχάτης πολλῷ χαλεπωτέρη· μείζονες γὰρ ὀρέξεις μείζονας ἐνδείας ποιεῦσι.* [*Stob. ibid.*]

35. *Κακὰ κέρδεα ζημίαν ἀρετῆς φέρει.* [*Stob. ibid.*]

36. *Ἐλπὶς κακοῦ κέρδεος ἀρχὴ ζημίης.* [*Stob. ibid.*]

37. *Ἡ τέκνοις ἄγαν χρημάτων συναγωγὴ πρόφασίς ἐστι φιλαργυρίης, τρόπον ἴδιον ἐλέγχουσα.* [*Stob. ibid.*]

38.* *Ὧν τὸ σκῆνος χρήζει, πᾶσι πάρεστιν εὐμαρέως ἄτερ μόχθου καὶ ταλαιπωρίης· ὁκόσα δὲ μόχθου καὶ ταλαιπωρίης χρήζει καὶ βίον ἀλγύνει, τούτων οὐχ ἱμείρεται τὸ σκῆνος, ἀλλ' ἡ τῆς γνώμης κακοηθίη.* [*Stob. ibid.*]

39.* *Τοῦ πλέονος ἐπιθυμίη τὸ παρεὸν ἀπόλλυσι, τῇ Αἰσωπίῃ κυνὶ ἰκέλη γιγνομένη.* [*Stob. ibid.*]

40. *Ἀληθομυθεύειν χρεών, ὅπου λώϊον.* [*Stob. Serm. XII.* περὶ ψεύδους.]

41. *Οἰκήϊον ἐλευθερίης παῤῥησίη, κίνδυνος δὲ ἡ τοῦ καιροῦ διάγνωσις.* [*Stob. Serm. XIII.* περὶ παῤῥησίας.]

42. *Οἱ φειδωλοὶ τὸν τῆς μελίσσης οἶτον ἔχουσιν, ἐργαζόμενοι ὡς ἀεὶ βιωσόμενοι.* [*Stob. Serm. XVI.* περὶ φειδωλίας.]

43. *Οἱ τῶν φειδωλῶν παῖδες ἀμαθέες γινόμενοι, ὥσπερ οἱ ὀρχησταὶ, οἱ εἰς τὰς μαχαίρας ὀρούοντες, ἢν ἑνὸς μόνου μὴ τύχωσιν, καταφερόμενοι ἔνθα δεῖ τοὺς πόδας ἐρεῖσαι, ἀπόλλυνται· χαλεπὸν δ' οὐκ ἀτυχεῖν ἑνός, τὸ γὰρ ἴχνιον μοῦνον λέλειπται τῶν ποδῶν. οὕτω δὲ καὶ οὗτοι, ἢν ἁμάρτωσι τοῦ πατρικοῦ τύπου τοῦ ἐπιμελέος καὶ φειδωλοῦ, φιλέουσι διαφθείρεσθαι.* [*Stob. ibid.*]

44. *Φειδώ τοι καὶ λιμὸς χρηστὴ, ἐν καιρῷ δὲ καὶ δαπάνη. γινώσκειν δὲ ἀγαθοῦ.* [*Stob. ibid.*]

33. Divitiae malis acquisitae facinoribus opprobrium eo habent insignius. [*Stob. Serm. X. de Injusto.*]

34. Pecuniarum cupiditas, nisi terminetur aliqua satietate, longe deterior est extrema paupertate. Majores enim cupiditates indigentias quoque majores faciunt. [*Stob. ibid.*]

35. Improba lucra damnum virtutis inferunt. [*Stob. ibid.*]

36. Spes mali lucri initium est jacturae. [*Stob. ibid.*]

37. Nimia pecuniarum collectio pro liberis, ut multi loquuntur, praetextus est avaritiae, proprium ingenium arguens ac detegens. [*Stob. ibid.*]

38. * Quorum corpus indiget, ea facile omnibus obveniunt citra laborem ac aerumnam; quibus vero comparandis labore ac aerumna opus est, ea non corpus, sed perversitas opinionis desiderat. [*Stob. ibid.*]

39. Cupiditas plurium amittit praesentia, sicut olim Aesopicus ille canis. [*Stob. ibid.*]

40. Vera sunt dicenda, ubi id praestat. [*Stob. Serm. XII. de mendacio.*]

41. Libertas in dicendo ingenuitati propria est: sed occasionis diversitas periculum habet. [*Stob. Serm. XIII. de fiducia et libertate dicendi.*]

42. Qui parci praeter modum sunt, instar apicularum operantur, tanquam perpetuo victuri. [*Stob. Serm. XIV. de parcitate.*]

43. Parcorum filii, indocti qui sint, perinde ac agyrtae super nudos gladios saltu se conjicientes, si uno defecerint, neque locum, quo pedibus niti debebant, tetigerint, male dispereunt. Difficile vero est uno non excidere, nam solum vestigii pedis spatium eis relinquitur. Sic vero et isti, si a paterno exemplo parcitatis desciverint, perire solent.

44. Parsimonia et esuries bona, suo autem tempore sumptus etiam. Est ergo viri prudentis probe discernere. [*Stob. ibid.*]

45. Βίος ἀνεόρταστος, μακρὴ ὁδὸς ἀπανδόκευτος. [Stob. ibid.]

46. Εὐγνώμων ὁ μὴ λυπεόμενος ἐφ' οἷσιν οὐκ ἔχει, ἀλλὰ χαίρων ἐφ' οἷσιν ἔχει. [Stob. Serm. XVII. περὶ ἐγκρατείας.]

47.* Τῶν ἡδέων τὰ σπανιώτατα γενόμενα μάλιστα τέρπει. [Stob. ibid.]

48. Εἴ τις ὑπερβάλλοι τὸ μέτριον, τὰ ἐπιτερπέστατα ἀτερπέστατα ἂν γίγνοιτο. [Stob. ib.]

49. Ὑγιείην εὐχαῖς παρὰ θεῶν αἰτέονται ἄνθρωποι, τὴν δὲ ταύτης δύναμιν παρ' ἑαυτοῖς ἔχοντες οὐκ ἴσασι· ἀκρασίῃ δὲ τἀναντία πρήσσοντες αὐτοὶ προδόται τῆς ὑγιείης τῇσι ἐπιθυμίῃσι γίγνονται. [Stob. Serm. XVIII. περὶ ἀκρασίας.]

50. Ὅσοι ἀπὸ γαστρὸς τὰς ἡδονὰς ποιέονται, ὑπερβεβληκότες τὸν καιρὸν ἐπὶ βρώσεσι, ἢ πόσεσι, ἢ Ἀφροδισίοις, ἐν τοῖσι πᾶσιν αἱ μὲν ἡδοναὶ βραχεῖαί τε καὶ δι' ὀλίγου γίνονται, ὁκόσον ἂν χρόνον ἐσθίωσι ἢ πίνωσι, αἱ δὲ λῦπαι πολλαί· τοῦτο μὲν γὰρ τὸ ἐπιθυμεῖν ἀεὶ τῶν αὐτῶν πάρεστι, καὶ ὁκόταν γένηται, ὁκοίων ἐπιθυμέουσι, διαταχέως τε ἡ ἡδονὴ παροίχεται, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτοῖσι χρηστόν ἐστι, ἀλλ' ἡ τέρψις βραχεῖα, καὶ αὖθις τῶν αὐτῶν δεῖ. [Stob. ibid.]

51. Ὅστις σῶμα θεραπεύει τὸ ἑαυτοῦ, οὐχ ἑαυτὸν θεραπεύει· ὅστις χρήματα, οὐθ' ἑαυτὸν, οὔτε τὰ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἔτιποῤῥωτέρω τῶν ἑαυτοῦ. [Stob. ibid.]

52. Θυμῷ μάχεσθαι μὲν χαλεπὸν, ἀνδρὸς δὲ τὸ κρατέειν εὐλογίστου. [Stob. Serm. XX. περὶ ὀργῆς.]

53. Φιλονεικίη πᾶσα ἀνόητος, τὸ γὰρ κατὰ τοῦ δυσμενοῦς βλαβερὸν θεωρεῦσα τὸ ἴδιον συμφέρον οὐ βλέπει. [Stob. ibid.]

54. Τελευτᾷ γὰρ εἰς κακοδοξίαν κακὴν ὁ παρεκτεινόμενος τῷ κρείσσονι. [Stob. Serm. XXII. περὶ ὑπεροψίας.]

55. Ὅρκους, οὓς ποιέονται ἐν ἀνάγκαισι ἐόντες, οὐ τηρέουσι οἱ φλαῦροι, ἐπὴν διαφύγωσιν. [Stob. Serm. XXVIII. περὶ περιορκίας.]

45. Vita sine festivitatibus longa est via sine diversoriis. [*Stob. ibid.*]

46. Bene composito est animo, qui de rebus absentibus non tristatur, laetatur autem praesentibus. [*Stob. Serm. XVII. de continentia.*]

47. Dulcium quae rarissima sunt, maxime delectant. [*Stob. ibid.*]

48. Si quis modum excesserit, jucundissima quaeque injucundissima fient. [*Stob. ibid.*]

49. Pro sanitate vota coelitibus homines offerunt, inscii penes se ipsam esse, contraria autem ei per luxuriam facientes, suis libidinibus ipsam perditum eunt. [*Stob. Serm. XVIII. de incontinentia.*]

50. Qui ventris voluptates sequuntur, edendo, potando, Veneris illecebris tempus fallentes, breve omnino delectationis tempus habent, id nempe tantum, dum edunt ac bibunt; curae vero et tristitiae multae sequuntur. Semper etenim earundem rerum desiderio torquentur: et, cum quae appetunt sunt consecuti, voluptas confestim transit, quippe quae nihil in se boni praeter momentaneam habeat delectationem, ut mox rursus iisdem iis indigere necesse sit. [*Stob. ibid.*]

51. Quisquis suum corpus curat, non se ipsum colit: qui vero pecunias, neque se ipsum neque sua, sed remotiora suis curat. [*Stob. ibid.*]

52. Iracundiam impugnare quidem est difficile: viri autem est ratione praediti ipsam vincere. [*Stob. Serm. XX. de Ira.*]

53. Imprudens est omnis contentio: dum enim, hostem quo pacto laedat, respicit, propriam utilitatem negligit. [*Stob. ibid.*]

54. Desinit in malam infamiam, qui cum superiore contendit. [*Stob. Serm. XXII. de superbia.*]

55. Juramenta, quae jurant adacti necessitate, non servant mali homines, postquam periculum evaserunt. [*Stob. Serm. XXVIII. de perjurio.*]

56. *Οἱ ἑκούσιοι πόνοι τὴν τῶν ἀκουσίων ὑπομονὴν ἐλαφροτέραν παρασκευάζουσι.* [*Stob. Serm. XXIX. περὶ φιλοπονίας.*]

57.* *Πόνος συνεχὴς ἐλαφρότερος ἑαυτοῦ τῇ συνηθείᾳ γίνεται.* [*Stob. ibid.*]

58. *Τῆς ἡσυχίης πάντες οἱ πόνοι ἡδίονες, ὅταν ὧν εἵνεκεν πονέουσι τυγχάνωσι, ἢ εἰδέωσι κύρσοντες. Ἐν δὲ ἄκος τῇ ἀποτυχίῃ, τὸ πᾶν ὁμοίως ἀνιηρὸν καὶ ταλαίπωρον.* [*Stob. ibid.*]

59. *Φαῦλον, κἂν μόνος ᾖς, μήτε λέξῃς, μήτε ἐργάσῃς. μάθε δὲ πολὺ μᾶλλον τῶν ἄλλων σεαυτὸν αἰσχύνεσθαι.* [*Stob. Serm. XXXI. περὶ αἰδοῦς.*]

60. * *Πολυμαθίη κάρτα μὲν ὠφελέει, κάρτα δὲ βλάπτει τὸν ἔχοντα· ὠφελέει μὲν τὸν δεξιὸν ἄνδρα, βλάπτει δὲ τὸν ῥηϊδίως φωνεῦντα πᾶν ἔπος καὶ ἐν παντὶ δήμῳ. Χρὴ δὲ καιροῦ μέτρα εἰδέναι. Σοφίης γὰρ οὗτος ὅρος. Οἳ δὲ ἔξω καιροῦ ῥῆσιν μουσικὴν πεπνυμένως ἀείσωσι, οὐ παραδέχονται ἐν ὀργίῃ γνώμην· αἰτίαν δὲ ἔχουσι μωρίας.* [*St. Serm. XXXIII. περὶ τοῦ εὐκαίρως λέγειν.*]

61. *Οὐκ ἂν ἐκώλυον οἱ νόμοι ζῆν ἕκαστον κατ' ἰδίην ἐξουσίην, εἰ μὴ ἕτερος ἕτερον ἐλυμαίνετο· φθόνος γὰρ στάσιος ἀρχὴν ἀπεργάζεται.* [*Stob. Serm. XXXVIII. περὶ φθόνου.*]

62. *Ξενιτείη βίου αὐτάρκειαν διδάσκει, μᾶζα γὰρ καὶ στιβὰς λιμοῦ καὶ κόπου γλυκύτατα ἰάματα.* [*Stob. Serm. XXXIX. περὶ ξένης.*]

63. *Ἀνδρὶ σοφῷ πᾶσα γῆ βατή· ψυχῆς γὰρ ἀγαθῆς πατρὶς ὁ σύμπας κόσμος.* [*Stob. ibid.*]

64. *Ὁ νόμος βούλεται μὲν εὐεργετεῖν βίον ἀνθρώπων, δύναται δὲ, ὅταν αὐτοὶ βούλωνται πάσχειν εὖ· τοῖσι γὰρ πειθομένοισι τὴν ἰδίην ἀρετὴν ἐνδείκνυται.* [*Stob. Serm. XLI. περὶ πολιτείας.*]

56. Voluntarii labores involuntariorum patientiam leviorem efficiunt. [*Stob. Serm. XXIX. de assiduitate.*]

57.* Labor continuus consuetudine fit se ipso levior. [*Stob. ibid.*]

58. Omnes labores otio jucundiores sunt, quando illa consequuntur homines, quorum gratia laborant, aut consequuturos se sciunt. Frustrationi vero, cum spei non respondet eventus, unum est remedium, si omnia reliqua similiter aerumnosa sint et laboriosa. [*Stob. ib.*]

59. Malum, etiamsi solus fueris, neque dixeris, neque feceris. Disce autem te ipsum multo magis quam alios revereri. [*Stob. Serm. XXXI. de Pudore.*]

60.* Multarum rerum cognitio aut valde juvat, aut valde laedit habentem. Juvat quidem virum dextrum et commodum: laedit vero illum, qui facile quemvis sermonem et apud quosque eloquitur. Oportet autem occasionis modum nosse: is enim sapientiae terminus est. Qui vero intempestive cantilenam Musicam quamvis docte cecinerint, illi non approbantur, sed crimen stultitiae subeunt. [*Stob. Serm. XXXIII. de tempestiva oratione.*]

61. Leges non prohibuissent singulos pro arbitrio suo vivere, nisi unus ad injuriam inferendam alteri esset proclivis. Etenim invidia seditionis parit initium. [*Stob. Serm. XXXVIII. de Invidia.*]

62. Peregrinatio vitae frugalitatem docet: offa quippe et torus herbaceus famis ac laboris dulcissima sunt remedia. [*Serm. XXXIX. de Exilio.*]

63. Quaelibet terra homini sapienti est pervia: animae namque fortis universus mundus patria est. [*St. ib.*]

64. Lex hominum vitam jubet demereri beneficiis: id autem praestare potest, si ipsi ea suscipere voluerint, obedientibus enim vim et virtutem suam declarat. [*Stob. Serm. XLI. de Republica.*]

65. Στάσις ἐμφύλιος εἰς ἑκάτερα κακόν· καὶ γὰρ νικέουσι καὶ ἡσσωμένοις ὁμοίη φθορή. [Stob. ibid.]

66. Ἀπὸ ὁμονοίης τὰ μεγάλα ἔργα καὶ ταῖς πόλεσι τοὺς πολέμους δυνατὸν κατεργάζεσθαι, ἄλλως δ' οὔ. [Stob. ibid.]

67. Δίκη μέν ἐστιν ἔρδειν τὰ χρὴ ἐόντα· ἀδικίη δὲ μὴ ἔρδειν τὰ χρὴ ἐόντα, ἀλλὰ παρατρέπεσθαι. [Stob. Serm. XLII. περὶ νόμων καὶ ἐθῶν.]

68. Κατὰ δὲ ζώων φόνου καὶ μὴ φόνου ὧδε ἔχει· τὰ ἀδικέοντα καὶ θέλοντα ἀδικεῖν ἀθῷος ὁ κτείνων, καὶ πρὸς εὐεστοῦν τοῦτο ἔρδειν μᾶλλον ἢ μή. [Stob. ibid.]

69. Κτείνειν χρὴ τὰ πημαίνοντα παρὰ δίκην πάντα περὶ παντός· καὶ ταῦτα ὁ ποιῶν ἐπιθυμίης, καὶ δίκης, καὶ θάρσους, καὶ κτάσεως ἐν παντὶ κόσμῳ μείζω μοῖραν μεθέξει. [Stob. ibid.]

70. Ὅκως περὶ κιναδέων τε καὶ ἑρπετέων γεγράφαται τῶν πολεμίων, οὕτω καὶ κατὰ ἀνθρώπων δοκεῖ μοι χρεὼν εἶναι ποιεῖν· κατὰ νόμους τοὺς πατρίους κτείνειν πολέμιον ἐν παντὶ κόσμῳ, ἐν ᾧ μὴ νόμος ἀπείργει· νόμος δὲ ἀπείργει, ἱερὰ ἑκάστοισιν ἐπιχώρια, καὶ σπονδαὶ, καὶ ὅρκοι. [Stob. ibid.]

71. Κιξάλλην καὶ ληστὴν πάντα κτείνων τις ἀθῷος ἂν εἴη, καὶ αὐτοχειρίῃ, καὶ κελεύων, καὶ ψήφῳ. [Stob. ibid.]

72. Ἀδικουμένοισι τιμωρεῖν κατὰ δύναμιν χρὴ, καὶ μὴ παριέναι· τὸ μὲν γὰρ τοιοῦτο δίκαιον καὶ ἀγαθὸν, τὸ δὲ μὴ τοιοῦτον ἄδικον καὶ κακόν. [Stob. Serm. XLIV. περὶ ἀρχῆς.]

73. Καὶ οἱ φυγῆς ἄξια ἔρδουσιν, ἢ δεσμῶν ἢ ποίνης ἄξιοι, καταψηφισματέον, καὶ μὴ ἀπολύειν· ὃς δ' ἂν παρὰ νόμον ἀπολύῃ, κέρδει ὁρίζων ἢ ἡδονῇ, ἀδικεῖ καὶ οἱ τοῦτο ἐγκάρδιον ἀνάγκη εἶναι. [Stob. ibid.]

65. Seditio intestina utrique parti nocet: etenim et victoribus et victis eadem pernicies incumbit. [*Stob. ibid.*]

66. Concordiae cum alias magna facinora, tum a civitatibus bella confici possunt: secus, haudquaquam. [*Stob. ibid.*]

67. Justitia est ea facere, quae fieri oportet; injustitia autem, facienda non facere, sed declinare. [*Stob. Serm. XLII. de Legibus et consuetudinibus.*]

68. Porro de animalium caede sic se res habet. Ea quae injuriam faciunt, aut facere volunt, quisquis occiderit, innocens erit, immo occidi ea praestat, quam non occidi. [*Stob. ibid.*]

69. Interficienda sunt omnia omni studio, quae praeter fas injuriam inferunt: et qui ipsa occiderit, is cupiditatis suae, causae vel juris confidentiae et possessionis in toto orbe meliores partes ac privilegium habere debet. [*Stob. ibid.*]

70. Ut de feris et serpentibus nobis inimicis scriptum est, sic etiam adversus homines faciendum mihi videtur: nempe ut hostis ubivis gentium secundum patrias leges occidatur, si nulla lex obstet. Aliquando enim lex prohibet, et sua quibusque sacra, foedera et juramenta. [*Stob. ibid.*]

71. Furem et latronem quemvis occidens aliquis aut manu sua, aut jussu suffragiove, innocens habendus est. [*Stob. ibid.*]

72. Injuriam patientes pro virili sunt defendendi, et minime negligendi: hoc enim justum et bonum est; contrarium vero injustum et malum. [*Stob. Serm. XLIV. de Magistratu etc.*]

75. Damnandi nec absolvendi sunt, qui aliquid dignum exilio, aut vinculis aliave poena committunt. Si quis vero temere absolverit, lucri aut voluptatis gratia, injuste facit, et injustitiam ei cordi esse est necessarium. [*Stob. ibid.*]

74. Δίκης καὶ ἀρετῆς μεγίστην μετέχει μοῖραν ὁ τιμὰς ἀξίας τάμνων. [Stob. ibid.]

75. Μηδέν τι μᾶλλον τοὺς ἀνθρώπους αἰδεῖσθαι ἑωυτοῦ, μηδέ τι μᾶλλον ἐξεργάζεσθαι κακὸν, εἰ μέλλοι μηδεὶς εἰδήσειν, ἢ οἱ πάντες ἄνθρωποι· ἀλλ' ἑωυτὸν μάλιστα αἰδεῖσθαι, καὶ τοῦτον νόμον τῇ ψυχῇ καθιστάναι, ὥστε μηδὲν ποιεῖν ἀνεπιτήδειον. [Stob. ibid.]

76. Τῶν ἡμαρτημένων ἄνθρωποι μεμνέαται μᾶλλον ἢ τῶν εὖ πεποιημένων· καὶ γὰρ δίκαιον οὕτως, ὥσπερ τὰς παρακαταθήκας ἀποδιδόντα οὐ χρὴ ἐπαινεῖσθαι, τὸν δὲ μὴ ἀποδιδόντα κακῶς ἀκούειν καὶ πάσχειν· οὕτω καὶ τὸν ἄρχοντα· οὐ γὰρ ἐπὶ τούτῳ ἡρέθη ὡς κακῶς ποιήσων, ἀλλ' ὡς εὖ. [Stob. ibid.]

77. Οὐδεμία μηχανὴ τῷ νῦν καθεστῶτι ῥυσμῷ μὴ οὐκ ἀδικέειν τοὺς ἄρχοντας, ἢν καὶ πάνυ ἀγαθοὶ ἔωσιν· οὐδενὶ γὰρ ἄλλῳ ἔοικεν ἢ ἑωυτῷ τὸν αὐτὸν ἐφ' ἑτέροισι γίγνεσθαι. δεῖ δέ κως οὕτω καὶ ταῦτα κοσμηθῆναι, ὅκως ὁ μηδὲν ἀδικέων, ἢν καὶ πάνυ ἐτάζῃ τοὺς ἀδικέοντας, μὴ ὑπ' ἐκείνοις γενέσθαι, ἀλλά τις ἢ θεσμὸς ἤ τι ἄλλο ἀμύνει τῷ τὰ δίκαια ποιεῦντι. [Stob. ibid.]

78. Φύσει τὸ ἄρχειν οἰκήϊον τῷ κρέσσονι. [Stob. Serm. XLV. ὅτι κάλλιστον ἡ μοναρχία.]

79. Φόβος κολακίην μὲν ἐργάζεται, εὔνοιαν δὲ οὐκ ἔχει. [Stob. Serm. XLVI. ὑποθῆκαι περὶ βασιλ.]

80.* Τόλμα πρήξιος ἀρχὴ, τύχη δὲ τέλεος κυρίη. [Stob. Serm. XLIX. ἔπαινος τόλμης.]

81. Οἰκέτῃσι, ὡς μέρεσι τοῦ σκήνεος, χρῶ ἄλλῳ πρὸς ἄλλο. [Stob. Serm. LX. περὶ δεσποτῶν καὶ δούλων.]

82. Ἐρωτικὴν μέμψιν ἡ ἀγαπωμένη λύει. [Stob. Serm. LXI. περὶ Ἀφροδίτης πανδήμου etc.]

83. Γυνὴ πολλὰ ἀνδρὸς ὀξυτέρη πρὸς κακοφραδμοσύνην. [Stob. Serm. LXXI. ψόγος γυναικῶν.]

74. Justitiae et virtutis maximam partem habet, qui honorat honore dignos. [*Stob. ibid.*]

75. Ne magis alios homines revereare quam te ipsum; neque magis delinquas, si nemo resciturus sit, quam si omnes homines. Sed te ipsum maxime verearis, et hanc animo tuo legem constituas, ut nihil absurdum committat. [*Stob. ibid.*]

76. Homines male quam bene factorum magis sunt memores, atque ita fieri fas est. Sic qui depositum reddit, laudari non meretur: at reprehensionem, immo poenam meretur, qui non reddit. Idem in principe obtinet, qui non, ut male faciat, eligitur, sed ut bene faciat. [*Stob. ibid.*]

77. Non fieri potest, ut praesens est reipublicae ratio, quin principes etiam valde boni iniqua faciant. Neque enim aliter par est quam male succedere, quum ea in aliorum potestate est. Oportebat autem res ita institui, ut, qui nemini injuriam facit, etiamsi injuriarum auctores valde persequeretur, non tamen in illorum potestatem veniret: sed vel aliqua lege vel aliter is, qui justitiam colit, defenderetur. [*Stob. ibid.*]

78. Imperare natura proprium est praestantiori. [*Stob. Serm. XLV. quod optima sit Monarchia.*]

79. Metus adulationem parit, sed benevolentiae expers est. [*Stob. Serm. XLVI. Admonitiones de regno.*]

80.* Audacia principium actionis est: fortuna vero dominatur fini. [*Stob. Serm. XLIX. laus audaciae.*]

81. Servis, ut partibus corporis, alio ad aliud utere. [*Stob. Serm. LX. de dominis et servis.*]

82. Amatorium crimen diluit ipsa quae amatur. [*Stob. Serm. LXI. de Venere et Amore.*]

83. Mulier multo quam vir promtior est ad astutiam et malignitatem. [*Stob. Serm. LXXI. vituperium mulierum.*]

84. Κόσμος ὀλιγομυθίη γυναικί· καλὸν δὲ καὶ κόσμου λιτότης. [Stob. Serm. LXXII. γαμικὰ παραγγέλματα.]

85. Τεκνοτροφίη σφαλερόν· τὴν μὲν γὰρ ἐπιτυχίην ἀγῶνος μεστὴν καὶ φροντίδος κέκτηται· τὴν δὲ ἀποτυχίην ἀνυπέρθετον ἑτέρην ὀδύνην. [Stob. Serm. LXXIV. ὅτι ἀσύμφορον τὸ ἔχειν τέκνα.]

86. Οὐ δοκεῖ μοι χρῆναι παῖδας κτᾶσθαι· ἐνορῶ γὰρ ἐν παίδων κτήσει πολλοὺς μὲν καὶ μεγάλους κινδύνους, πολλὰς δὲ λύπας, ὀλίγα δὲ τὰ εὐθηνέοντα, καὶ ταῦτα λεπτὰ καὶ ἀσθενέοντα. [Stob. ibid.]

87. Ὅτεῳ χρήματά ἐστι, παῖδα ποιήσασθαι ἐκ τῶν φίλων ἐμοὶ δοκεῖ ἄμεινον εἶναι. καὶ τῷ μὲν παῖς ἔσται τοιοῦτος, οἷον ἂν βούληται· ἔστι γὰρ ἐκλέξασθαι, οἷον ἐθέλει, καὶ ὃς ἂν δοκῇ ἐπιτήδειος εἶναι, καὶ μάλιστα κατὰ φύσιν ἕπηται. καὶ τοῦτο τοσοῦτον διαφέρει, ὅσον ἐνταῦθα μέν ἐστι τὸν παῖδα λαβεῖν καταθύμιον, ἐκ πολλῶν ὧν ἂν δεῖ· εἰ δέ τις ποιεῖται ἀπὸ ἑωυτοῦ, πολλοί εἰσι κίνδυνοι· ἀνάγκη γάρ, ὃς ἂν γένηται, τούτῳ χρῆσθαι. [Stob. ibid.]

88. Ἀνθρώποισι τῶν ἀναγκαίων δοκεῖ εἶναι παῖδας κτήσασθαι, ἀπὸ φύσιος καὶ καταστάσιός τινος ἀρχαίης· δῆλον δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοισι· πάντα γὰρ ἔκγονα κτᾶται κατὰ φύσιν ἐπωφελείης γε οὐδεμίης ἕνεκα, ἀλλ' ὅταν γένηται, ταλαιπωρεῖ, καὶ τρέφει ἕκαστον ὡς δύναται, καὶ ὑπερδέδοικε μέχρι σμικρᾶς, καὶ ἤν τι πάθῃ, ἀνιᾶται. Ἡ μὲν φύσις τοιαύτη πάντων ἐστὶν, ὅσα ψυχὴν ἔχει· τῷ δὲ δὴ ἀνθρώπῳ νόμιζον ἤδη πεποίηται, ὥστε καὶ ἐπαύρησίν τινα γίγνεσθαι ἀπὸ τοῦ ἐκγόνου. [Stob. ibid.]

89.* Ἰσχυρὸν εἰς πειθὼ λόγος γίγνεται. [Stob. Serm. LXXIX. περὶ γραμμάτων.]

90. Τοῖς παισὶ μάλιστα χρὴ τῶν ἀνυστῶν δανεῖσθαι τὰ χρήματα, καὶ ἅμα ἐπιμέλεσθαι αὐτῶν, μή τι ἀτηρόν τι ἔωσι διὰ χειρὸς ἔχοντες· ἅμα μὲν γὰρ πολλῶν φειδότεροι

84. Sermo parcus mulierem ornat: et ipsius ornatus parcitas ei decora est. [*Stob. Serm. LXXII. Nuptialia praecepta.*]

85. Periculosa est educatio liberorum. Nam si res bene cedat, multum sollicitudinis et curarum affert: si male, alios dolores necessarios parit. [*Stob. Serm. LXXIV. quod inutile sit habere prolem.*]

86. Non probo liberorum propagationem. Nam in ipsorum possessione multa magnaque discrimina inesse video et molestias plurimas; pauca vero jucunda eaque tenuia et exilia. [*Stob. ibid.*]

87. Viro locupleti mea quidem sententia consultius fuerit amici alicujus filium sibi adoptare, talem quippe habituro, qualem desideraverit. Licet quippe eligere pro arbitrio, et talem, qui idoneus maximeque similis sibi videatur. Vides, quantum intersit. Adoptanti filium ex plurimis et optimis eligere datur, et cujus ingenio maxime delectetur. Gignenti autem multa pericula imminent, cum talem, qualis natus erit, habere necesse sit. [*Stob. ibid.*]

88. Necessaria hominibus liberorum videtur procreatio naturae instinctu pariter et antiquissima institutione, ut in brutis etiam animalibus est manifestum. Omnia enim naturae secuta ductum sobolem sibi parant, quamvis nullam inde sperare detur utilitatem. Nempe non sine labore foetum educat et nutrit, prout potest unumquodvis, et in minimis quoque ejus curam gerit, et dolet, si quid patiatur. Et talis omnium est indoles, quae animam habent, hominum vero omnium maxime, quippe qui fructum etiam ex prole percipere possunt. [*Stob. ibid.*]

89. * Plurimum ad persuasionem sermo valet. [*Stob. Serm. LXXIX. de Litteris.*]

90. Pueris maxime oportet distribuere administrandas communes pecunias, et simul ipsorum habere curam, ne incustoditi negligentius cum eis agant. Sic enim

γίγνονται εἰς τὰ χρήματα, καὶ προθυμότεροι κτᾶσθαι, καὶ ἀγωνίζονται ἀλλήλοισιν· ἐν γὰρ τῷ ξυνῷ τὰ τελεύμενα οὐκ ἀνιᾷ, ὥσπερ ἰδίῃ· οὐκ εὐθυμεῖ τὰ ἐπικτώμενα, ἀλλὰ πολλῷ ἧσσον. [Stob. Serm. LXXXI. ὁποίους τινὰς χρὴ εἶναι τοὺς πατέρας περὶ τὰ τέκνα.]

91. Ἔξεστι οὐ πολλὰ τῶν σφετέρων ἀναλώσαντας παιδεῦσαί τε τοὺς παῖδας καὶ τεῖχός τε καὶ σωτηρίην περιβαλέσθαι τοῖς τε χρήμασι καὶ τοῖς σώμασι αὐτῶν. [Stob. ibid.]

92. Ὥσπερ ἐν τοῖς ἕλκεσι φαγέδαιναι κάκιστον νόσημα, οὕτως ἐν τοῖς χρήμασι τὸ μὴ προσαρμόσαν καὶ τὸ συνεχές. [Stob. Serm. XC. ὅσα πλοῦτος ποιεῖ διὰ τὴν τῶν πλείστων ἄνοιαν.]

93. Πλοῦτος ἐπὶ κακῆς ἐργασίης περιγιγνόμενος σῆμα, οὕτως ἐν τοῖς.... τὸ ὄνειδος κέκτηται. [Stob. ibid.]

94. Χρημάτων κτῆσις ξὺν νόῳ μὲν χρήσιμον εἰς τὸ ἐλευθέριον εἶναι καὶ δημωφελέα· ξὺν ἀνοίῃ δὲ χορηγίη ξυνή. [Stob. Serm. XCII. ὅτι τὰ χρήματα ἀβλαβῆ δικαίως πορισθέντα.]

95. Πενίη, πλοῦτος, ὀνόματα ἐνδείης καὶ κόρου, οὔτε οὖν πλούσιος ὁ ἐνδέων, οὔτε πένης ὁ μὴ ἐνδέων. [Stob. Serm. XCV. σύγκρισις πενίας καὶ πλούτου.]

96. Ἢν μὴ πολλῶν ἐπιθυμέῃς, τὰ ὀλίγα τοι πολλὰ δόξει· σμικρὰ γὰρ ὄρεξις πενίαν ἰσοσθενέα πλούτῳ ποιέει. [Stob. ibid.]

97.* Ἅπαντες ἄνθρωποι συνειδήσει τῆς ἐν τῷ βίῳ κακοπραγμοσύνης τὸν τοῦ βιότου χρόνον ἐν ταραχαῖς καὶ φόβοις ταλαιπωρέουσι, ψεύδεα περὶ τοῦ μετὰ τὴν τελευτὴν μυθέοντες φόβου. [Stob. Serm. XCVI. περὶ τοῦ βίου, ὅτι βραχύς.]

98. Γιγνώσκειν χρεὼν ἀνθρωπίνην βιοτὴν ἀφαυρήν τε ἐοῦσαν καὶ ὀλιγοχρόνιον, πολλῇσί τε κηρσὶ συμπεφυρμένην καὶ ἀμηχανίῃσι· ὅκως ἂν πρὸς μετρίης τε κτήσιος ἐπιμελῆται, καὶ μετρῆται ἐπὶ τοῖς ἀναγκαίοις ἡ ταλαιπωρίη. [Stob. ibid.]

multo magis parci promptioresque ad acquirendum fiunt, ac mutuo certant. Nam quae communi sumtu expenduntur, non molestant ita, ut privato: et quae acquiruntur, non aeque exhilarant, sed multo minus. [*Stob. Serm. LXXXI. Qualesnam oporteat esse patres erga liberos.*]

91. Licet pueros non magno sumptu ita instituere, ut tum pecuniae tum corpora ipsorum custodia instar muri et salute muniantur. [*Stob. ibid.*]

92. Quemadmodum in ulceribus pessima gangraena est, ita (in morbis animi) animus in pecuniarum acquisitione non contentus et sibi inaequalis. [*Stob. Serm. XC. Quantum divitiae valeant propter vulgi stultitiam.*]

93. Divitiae malis artibus comparatae infamiae nota inter homines insigniuntur. [*Stob. ibid.*]

94. Pecuniarum usus cum prudentia utilis est ad exercendam libertatem et populum adjuvandum: cum stultitia vero communis largitio fit. [*Stob. Serm. XCII. de pecuniis juste partis.*]

95. Paupertas, divitiae nomina sunt indigentiae et saturitatis: quamobrem neque dives dicendus est qui indiget, neque qui non indiget pauper. [*Stob. Serm. XCV. comparatio paupertatis ac divitiarum.*]

96. Nisi multa desideres, pauca tibi multa videbuntur; nam pauca appetere facit, ut paupertas divitiis aequipolleat. [*Stob. ibid.*]

97. Homines propter conscientiam vitae male transactae perpetuis perturbationibus terroribusque exagitantur, mendacia interea de terroribus post mortem fingentes. [*Stob. Serm. XCVI. de vita, quod brevis sit.*]

98. Cognoscere oportet, vitam humanam imbecillam ac temporaneam esse, imo multis adversis atque perplexis negotiis implicitam, ut ei mediocritate rerum possidendarum consulatur et a necessariis mensuram miseria accipiat. [*Stob. ibid.*]

99. *Εὐτυχὴς ὁ ἐπὶ μετρίοισι χρήμασιν εὐθυμεόμενος· δυςτυχὴς δὲ ὁ ἐπὶ πολλοῖσι δυσθυμεόμενος.* [*Stob. Serm. CI. περὶ εὐδαιμονίας.*]

100. *Τὸν εὐθυμεῖσθαι μέλλοντα χρὴ μὴ πολλὰ πράσσειν, μήτε ἰδίῃ, μήτε ξυνῇ, μηδὲ ὅσ' ἂν προσῇ, ὑπέρ τε δύναμιν αἱρεῖσθαι τὴν ἑωυτοῦ καὶ φύσιν· ἀλλὰ τοσαύτην ἔχειν φυλακὴν, ὥςτε καὶ τῆς τύχης ἐπιβαλλούσης, καὶ εἰς τὸ δέον ὑφηγεομένης τῷ δοκεῖν, κατατίθεσθαι, καὶ μὴ πλέω προσάπτεσθαι τῶν δυνατῶν. Ἡ γὰρ εὐογκίη ἀσφαλέστερον τῆς μεγαλογκίης.* [*Stob. ibid.*]

101. *Ἀπορίη ξυνὴ τῆς ἑκάστου χαλεπωτέρη· οὐ γὰρ ὑπολείπεται ἐλπὶς ἐπικουρίης.* [*Stob. Serm. CII. περὶ κακοδαιμονίας.*]

102. *Νόσος οἴκου καὶ βίου γίνεται, ὅκως περ καὶ σκήνεος.* [*Stob. ibid.*]

103.* *Οὐκ ἔστιν οὕτως ἀσφαλὴς πλούτου πυλεὼν, ὃν οὐκ ἀνοίγει τύχης καιρός.* [*Stob. Serm. CIII. ὅτι ἀβέβαιος ἀνθρώπων εὐπραξία.*]

104.* *Ἀλογιστίη μὴ ξυγχωρέειν ταῖσι κατὰ τὸν βίον ξυμφοραῖς.* [*Stob. Serm. CVI. ὅτι δεῖ γενναίως φέρειν τὰ συμπίπτοντα.*]

105. *Λύπην ἀδέσποτον ψυχῆς ναρκώσης λογισμῷ ἔκκρουε.* [*Stob. ibid.*]

106. *Πενίην ἐπιεικῶς φέρειν σωφρονέοντος.* [*Stob. ib.*]

107. *Ἐλπίδες αἱ τῶν ὀρθὰ φρονεόντων ἐφικταί· αἱ δὲ τῶν ἀξυνέτων ἀδύνατοι.* [*Stob. Serm. CIX. περὶ ἐλπίδος.*]

108. *Ἄλογοι τῶν ἀξυνέτων αἱ ἐλπίδες.* [*Stob. ibid.*]

109. *Οἷσι ἡδονὴν ἔχουσι αἱ τῶν πέλας ξυμφοραὶ, οὐ ξυνιᾶσι μὲν, ὡς τὰ τῆς τύχης κοινὰ πᾶσιν, ἀπορέουσι δὲ οἰκείης χαρᾶς.* [*Stob. Serm. CXI. ὅτι οὐ χρὴ ἐπιχαίρειν τοῖς ἀτυχοῦσιν.*]

99. Fortunatus est, qui exigua possidens hilaris vivit: infortunatus, qui inter magnas opes tristatur. [*Stob. Serm. CI. de Felicitate.*]

100. Tranquillus qui esse cupit, eum multa vel privatim vel publice agere non oportet, neque suscipere quidquam, suas quod superet vires: ita vero sui gerere curam, ut quamvis praesentem fortunam et quidquid opinio desiderat suppeditaturam declinet, neque plura admittat, quam quibus ferendis par valeat esse. Praestat enim, ut nobis conveniant ea, quibus fruimur, quam eorum abundantia. [*Stob. ibid.*]

101. Gravior publica est, quam privata calamitas: nullam enim illa subsidii spem relinquit. [*Stob. Serm. CII. de Infelicitate.*]

102. Quemadmodum corpori, sic et familiae vitaeque morbus accidit. [*Stob. ibid.*]

103.* Non est adeo munita divitiarum porta, quam fortunae occasio non aperiat. [*Stob. Serm. CIII. quod inconstans sit hominum prosperitas.*]

104.* Necessariis in vita rebus non cedere, stultitia est. [*Stob. Serm. CVI. quod eventus rerum fortiter ferendi sint.*]

105. Dolorem immorigerum animae torpentis ratione expellas. [*Stob. ibid.*]

106. Paupertatem aequi bonique consulere prudentis et moderati ingenii est. [*Stob. ibid.*]

107. Spes recte sapientium voti compos fieri potest, insipientium vero impossibilis est. [*Stob. Serm. CIX. de spe.*]

108. Insipientium spes praeter rationem sunt. [*St. ibid.*]

109. Quibus infortunia proximorum voluptati sunt, illi non intelligunt, fortunae casus omnibus esse communes, et propriam gaudendi causam non habent. [*Stob. Serm. CXI. non esse gaudendum ob alienas calamitates.*]

110. Ἰσχὺς καὶ εὐμορφίη, νεότητος ἀγαθά· γῆρας δὲ σωφροσύνης ἄνθος. [*Stob. Serm. CXIV.* ἔπαινος γήρως.]

111. Ὁ γέρων, νέος ἐγένετο· ὁ δὲ νέος ἄδηλον εἰ ἐς γῆρας ἀφίξεται· τὸ τέλειον οὖν ἀγαθὸν τοῦ μέλλοντος, εἰ δὲ ἀδήλου, κρέσσον. [*Stob. ibid.*]

112. Γῆρας ὁλόκληρός ἐστι πήρωσις· πάντ' ἔχει καὶ πᾶσιν ἐνδεῖ. [*Stob. Serm. CXV.* ψόγος γήρως.]

113. Αὐξανομένου τοῦ σώματος, συναύξονται φρένες· γηράσκοντος δὲ, συγγηράσκουσι καὶ εἰς τὰ πράγματα πάντα ἀμβλύνονται. [*Stob. ibid.*]

114. Ἔνιοι θνητῆς φύσεως διάλυσιν οὐκ εἰδότες ἄνθρωποι, συνειδήσει δὲ τῆς ἐν τῷ βίῳ κακοπραγμοσύνης τὸν τῆς βιοτῆς χρόνον ἐν ταραχαῖς καὶ φόβοις ταλαιπωροῦσι, ψεύδεα περὶ τοῦ κατὰ τὴν τελευτὴν μυθοπλαστέοντες χρόνου. [*Stob. Serm. CXIX.* ἔπαινος θανάτου.]

115. Πρὸς τούτους γὰρ οἶμαι μάλιστα τὸν Δημόκριτον εἰπεῖν, ὡς εἰ τὸ σῶμα δικάσαιτο τῇ ψυχῇ κακώσεως, οὐκ ἂν αὐτὴν ἀποφυγεῖν. [*Plut. de sanitate tuenda Cap. XLV.*]

Hic finitur Henr. Stephani collectio Fragmentorum Democriti, ex qua ea tantum eliminavimus, quae paullo superius edita fuerunt inter Democratis sententias. Addamus jam reliqua Democriti Fragmenta Moralia, petita illa maximam partem cum ex Joannis Stobaei Eclogis Ethicis, tum ex Antonii et Maximi Eclogis, in quibus tamen Ionica Dialectus in communem est mutata.

116. Ἀπὸ τῶν ἀρχῶν καὶ τῆς πολιτείας καὶ φιλίας βασιλέων τὰ μεγάλα καλὰ εἰς τὸν βίον γίνεσθαι ἔφη Δημόκριτος. [*Plutarch. in libro, non posse suaviter viri secundum Epicurum. Opp. Tom. II. p.* 1100.]

116. a. Μὴ πάντα ἐπίστασθαι προθύμεο, μὴ πάντων ἀμαθὴς γένου. [*Stob. Eclog. Lib. II. Cap. I.* περὶ τῶν τὰ θεῖα ἑρμηνευόντων *etc. p.* 13. *ed. Heeren.*]

110. Robur et forma juventutis bona sunt: senectus autem flos est temperantiae et prudentiae. [*Stob. Serm. CXIV. Laus senectutis.*]

111. Senex fuit juvenis aliquando: an vero juvenis futurus sit olim senex, incertum est. Perfectum igitur bonum futuro, praesertim incerto, praestantius est. [*Stob. ibid.*]

112. Senium omnimoda imperfectio est, omnia habet et omnibus indiget. [*Stob. Serm. XV. vituperium senectutis.*]

113. Augescente corpore simul et mens augetur, et illo senescente, una senescit ac in omnibus rebus obtusior fit. [*Stob. ibid.*]

114. Homines aliqui naturae mortalis dissolutionem ignorantes, conscii vero sibi vitae male actae, omne dum vivunt tempus misere turbantur ac metuunt, mendacia confingentes de tempore mortem sequuturo. [*Stob. Serm. CXIX. laus mortis.*]

115. In quos ego praecipue existimo competere dictum illud Democriti: animum, si damni infecti postularetur a corpore, crimine eo damnatum iri.

116. Ex publicis officiis et principum gratia multa succrescere ornamenta statuebat Democritus, quae decus et gratiam huic vitae concilient.

116, a. Noli omnia discere, ne ignores omnia. [*Stob. Eclog. Eth. Cap. I. de rerum divinarum interpretibus.*]

117. Ἄνθρωποι τύχης εἴδωλον ἐπλάσαντο πρόφασιν ἰδίης ἀβουλίης. Βαιὰ γὰρ φρονήσει τύχη μάχεται, τὰ δὲ πλεῖστα ἐν βίῳ ψυχὴ εὐσύνετος ὀξυδερκέειν κατιθύνει. [Stob. Eclog. Lib. II. Cap. VIII. περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν pag. 345.]

118. Ἀφ' ὧν ἡμῖν τἀγαθὰ γίγνεται, ἀπὸ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ τὰ κακὰ ἐπαυρισκοίμεθα· τῶν δὲ κακῶν ἐκτὸς εἴημεν. Αὐτίκα ὕδωρ βαθὺ εἰς πολλὰ χρήσιμον, καὶ δ' αὖτε κακόν, κίνδυνος γὰρ ἀποπνιγῆναι. Μηχανὴ οὖν εὑρέθη, νήχεσθαι διδάσκειν. [Stob. Eclog. Lib. II. Cap. IX. ὅτι οὐδεὶς ἄκων πονηρός pag. 406.]

119. Ἀνθρώπινα κακὰ ἐξ ἀγαθῶν φύεται, ἐπήν τις τἀγαθὰ μὴ ἐπίστηται ποδηγετέειν, μηδὲ ὀχέειν εὐπόρως. Οὐδὲ δίκαιον ἐν κακοῖσι τὰ τοιάδε κρίνειν, ἀλλ' ἐν ἀγαθοῖσι ἐντί· τοῖς τε ἀγαθοῖσιν οἷόν τε χρῆσθαι καὶ πρὸς τὰ κακά, εἴ τινι βουλομένῳ ἂν ᾖ. [Stob. ibid.]

120. Ὁ μὲν εὔθυμος εἰς ἔργα ἐπιφερόμενος δίκαια καὶ νόμιμα, καὶ ὕπαρ καὶ ὄναρ χαίρει τε καὶ ἔῤῥωσται καὶ ἀνακήδης ἐστίν· ὃς δ' ἂν δίκης ἀλογέῃ, καὶ τὰ χρέοντα μὴ ἔρδῃ, τούτῳ πάντα τὰ τοιάδε ἀτερπέα εἴη, ὅταν τευ ἀναμνησθῇ, καὶ δέδοικε, καὶ ἑωϋτὸν κακίζει. [Stob. ibid.]

121. Οἱ θεοὶ τοῖς ἀνθρώποισι διδοῦσι τἀγαθὰ πάντα καὶ πάλαι καὶ νῦν, πλὴν ὁπόσα κακὰ καὶ βλαβερὰ καὶ ἀνωφελέα. Τάδε δ' οὐ πάλαι, οὔτε νῦν θεοὶ ἀνθρώποισι δωρέονται, ἀλλ' αὐτοὶ τοίςδεσι ἀμπελάζουσι διὰ νοῦ τυφλότητα καὶ ἀγνωμοσύνην. [Stob. ibid.]

122. Τύχη μεγαλόδωρος, ἀλλ' ἀβέβαιος, φύσις δὲ αὐτάρκης· διόπερ νικᾷ τῷ ἥσσονος καὶ ἀβεβαίῳ τὸ μεῖζον τῆς ἐλπίδος. [Stob. ibid.]

123. Δημόκριτος καὶ Πλάτων κοινῶς ἐν τῇ ψυχῇ τὴν εὐδαιμονίαν τίθενται. Γέγραφε δ' ὁ μὲν οὕτως ἐν τῷ περὶ εὐδαιμονίης ψυχῆς καὶ κακοδαιμονίης· Εὐδαιμονίη οὐκ ἐν βοσκήμασιν οἰκέει, οὐδ' ἐν χρυσῷ, ψυχὴ δ' οἰκητήριον δαίμονος· τὴν καὶ εὐθυμίαν, καὶ εὐεστώ, καὶ ἁρμονίαν, συμμετρίαν τε καὶ ἀταραξίαν καλεῖ· συνίστασθαι δ' αὐτὴν ἐκ

117. Fortunae simulacrum homines praetextum imprudentiae suae finxerunt; quandoquidem parum resistit prudentiae fortuna, ac pleraque prudens futuri animus in vita moderatur. [*Stob. Eclog. Eth. Cap. VIII. de iis, quae in nostra sunt potestate.*]

118. A quibus nobis bona proveniunt, ab iisdem quoque nanciscimur mala. A malis autem liberi esse possumus. Sic aqua profunda multum quidem prodest, verum nocet etiam, quando periculum est, ne submergamur. Quapropter ars natandi remedium est inventum. [*Stob. Eclog. Eth. Cap. IX. neminem invitum malum esse.*]

119. Mala humana ex bonis oriuntur, cum quis bona recte administrare et ferre nescit. Attamen haec non pro malis habenda sunt, sed ad bona pertinent, quibus, si quis velit, ad mala abuti possit. [*Stob. ibid.*]

120. Qui alacri animo justis et legitimis operibus se accingit, et vigilans et somnians gaudet, et exsultat, et bene se habet: qui autem nec justitiam curat, nec legitima facit, huic omnia molesta sunt, ac memoria factorum cruciatur, ac metuit et se ipsum incusat. [*St. ib.*]

121. Dii hominibus bona omnia et olim et nunc praebent, non tamen ea, quae mala et noxia et inutilia sunt. Haec autem dii nec olim nec nunc hominibus largiuntur, sed ipsi haec per mentis caecitatem et ignorantiam sibi conciliant. [*Stob. ibid.*]

122. Fortuna est magnifica, sed inconstans; natura vero stabilis; quapropter majora et incerta fortunae majori spei vi superantur. [*Stob. ibid.*]

123. Democritus et Plato communiter in animo felicitatem ponunt. Et ille quidem sic scribit in libro de animae felicitate et infelicitate: Beatitudo non in gregibus habitat et auro; anima est domicilium numinis: quam et animi tranquillitatem, et εὐεστώ, harmoniam, symmetriam, et perturbationum vacuitatem nominat.

τοῦ διορισμοῦ καὶ τῆς διακρίσεως τῶν ἡδονῶν· καὶ τοῦτ᾽ εἶναι τὸ κάλλιστον καὶ συμφορώτατον ἀνθρώποις. [*Stob. Ecl. Lib. II. Cap. VII.* περὶ τοῦ ἠθικοῦ εἴδους τῆς φιλοσοφίας *pag. 75. et seq. ed. Heeren.*]

124. *Τὰς μὲν γραμμὰς ἀσφαλεστέρας, τὰς δὲ πράξεις λαμπροτέρας ἔχειν δεῖ.* [*Anton. Meliss. et Maxim. Serm.* περὶ βίου ἀρετῆς καὶ κακίας.]

125. *Θεοῦ ἄξιόν σε ποιήσει τὸ μηδὲν ἀνάξιον αὐτοῦ πράττειν.* [*Anton. et Max. ibid.*]

126. *Οὕτως πειρῶ ζῆν, ὡς καὶ ὀλίγον καὶ πολὺν χρόνον βιωσόμενος.* [*ibid.*]

127. *Δύο ἀφορμαὶ κινοῦσιν ἄνθρωπον εἰς Θεοῦ ἐπιμέλειαν, τιμωρία δυσσεβείας, καὶ γνώμης εὐσεβοῦς ἀμοιβαί.* [*Anton. et Maxim. Serm.* περὶ τοῦ ὅτι δεῖ τιμᾷν ἀρετὴν καὶ κολάζειν κακίαν.]

128. *Ἀφόρητος γίνεται κακία ἐπαινουμένη.* [*ibid.*]

129. *Αὐταρκεῖ τροφῇ μακρὰ νὺξ οὐδέποτε γίνεται.* [*ib.*]

130. *Χρὴ τὴν μὲν εὐσέβειαν φανερῶς ἐνδείκνυσθαι, τῆς δὲ ἀληθείας θαῤῥούντως προΐστασθαι.* [*Anton. Serm.* περὶ ἀληθείας καὶ μαρτυρίας πιστῆς.]

131. *Ἡ μὲν μάχαιρα τέμνει, ἡ δὲ διαβολὴ χωρίζει φίλους.* [*Anton. et Max. Serm.* περὶ ψόγου καὶ διαβολῆς.]

132. *Εὐλαβοῦ τὰς διαβολὰς, κᾂν ψευδεῖς ὦσιν· οἱ γὰρ πολλοὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοοῦσι, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέπουσι.* [*Anton. Serm.* περὶ καταλαλούντων.]

133. *Τὸ νικᾷν αὐτὸν ἑαυτὸν πασῶν νικῶν πρώτη καὶ ἀρίστη· τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ᾽ ἑαυτοῦ, αἴσχιστόν τε καὶ κάκιστον.* [*Anton. Serm.* περὶ ἀγάπης καὶ εἰρήνης.]

134. *Ξένοις μεταδίδου καὶ τοῖς δεομένοις ἐκ τῶν ἐόντων· ὁ γὰρ μὴ διδοὺς δεομένῳ, οὐδὲ αὐτὸς λήψεται δεόμενος.* [*Anton. et Maxim. Serm.* περὶ ἐλεημοσύνης.]

Nasci autem eam ait ex voluptatum discrimine ac distinctione, quod homini praestantissimum sit et utilissimum. [*Stob. Eclog. Eth. Cap. VII. de morali genere philosophiae.*]

124. Principia (*syngrapha*) certissima esse oportet, actiones autem praeclarissimas. [*Anton. et Maxim. Serm. de virtute et vitio.*]

125. Illud te deo dignum efficiet, si nihil illo indignum feceris. [*ibid.*]

126. Sic institue vitam, quasi et paulum et diu sis victurus. [*ibid.*]

127. Duae causae movent hominem ad cultum dei, impietatis poena et mentis piae remuneratio. [*Anton. et Max. Serm. virtutem honorandam et vitium puniendum esse.*]

128. Improbitas si laudetur, intolerabilis fit. [*ibid.*]

129. Contentis frugali victu nulla unquam nox longa (*aut molesta*) esse potest. [*ibid.*]

130. Pietas palam declaranda est, et veritas constanter defendenda. [*Anton. Serm. de veritate et testimonio fideli.*]

131. Gladius quidem secat, calumnia autem separat amicos. [*Anton. et Max. Serm. de vituperatione et calumnia.*]

132. Vitato calumnias etiam falsas: multi enim veritatem ignorantes existimationis et opinionis rationem tantum habent. [*Anton. Serm. de obloquutoribus.*]

133. Se ipsum vincere, omnium victoriarum prima et pulcherrima: vinci autem a se ipso, et turpissimum et pessimum est. [*Anton. Serm. de charitate, pace, concordia etc.*]

134. Peregrino impertire et egentibus ex iis quae adsunt: qui enim indigenti non impertierit, ne ipse quidem accipiet, cum eguerit. [*Anton. et Max. Serm. de eleemosyna.*]

135. *Θεῷ ὅμοιον ἔχει ὁ ἄνθρωπος τὸ εὖ ποιεῖν, ὅταν τὸ εὖ ποιεῖν μὴ καπηλεύηται, καὶ τὸ εὐεργετεῖν καὶ ἀληθεύειν.* [*Anton.* et *Max. Serm.* περὶ εὐεργεσίας καὶ χάριτος.]

136. *Μικρὰ διδόναι βούλου μᾶλλον, ἢ μεγάλα ἐγγυᾶν· ὅ τε γὰρ κίνδυνος ἄπεστι, καὶ ὁ λαβὼν ἔργων, οὐ λόγου χρείαν ἔχει.* [*ibid.*]

137. *Ὅταν τινὶ τὴν χάριν καταθῇς, θᾶττον τὴν χάριν δίδου· ἡ γὰρ βραδύτης λυμαίνεται τὴν δόσιν.* [*ibid.*]

138. *Δυνάμενος χαρίζεσθαι, μὴ βράδυνε, ἀλλὰ δίδου, ἐπιστάμενος μὴ εἶναι τὰ πράγματα μόνιμα.* [*ibid.*]

139. *Τάχος καὶ ἔπειξις ἀπέστω τοῦ ἐσθίειν· κυνῶδες γὰρ τοῦτο, καὶ θηρίῳ μᾶλλον ἢ ἀνθρώπῳ πρέπον.* [*Anton.* et *Maxim. Serm.* περὶ ἀκρασίας.]

140. (*Vide supra Demophili Sentent.* 2.)

141. *Εἰ μὲν ἦν μαθεῖν, ἃ δεῖ παθεῖν καὶ μὴ παθεῖν, καλὸν τὸ μαθεῖν· εἰ δὲ παθεῖν, τί δεῖ μαθεῖν; παθεῖν γὰρ χρή.* [*Anton.* et *Maxim. Serm.* περὶ ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας.]

142. *Κόλαζε κρίνων, ἀλλὰ μὴ θυμούμενος.* [*Anton.* et *Max. Serm.* περὶ θυμοῦ καὶ ὀργῆς.]

143. *Οἱ θυμοὶ, καθάπερ αἱ κύνες, τυφλὰ τίκτουσιν ἐγκλήματα.* [*ibid.*]

144. *Δεῖ τοὺς πόνους διώκειν, ἀνθ' ὧν τὰ μεγάλα καὶ λαμπρὰ γίνεται τοῖς ἀνθρώποις.* [*Anton. Serm.* περὶ φιλέργων καὶ σπουδαίων.]

145. *Φύσεως μὲν γὰρ ἀρετὴν διαφθείρει ῥαθυμία, φαυλότητα δὲ ἐπανορθοῖ διδαχή· καὶ τὰ μὲν ῥάδια τοὺς ἀμελοῦντας φεύγει, τὰ δὲ χαλεπὰ ταῖς ἐπιμελείαις ἁλίσκεται· ὥσπερ γὰρ ὄργανον ἄνεσιν καὶ ἐπίτασιν λαμβάνον ἡδὺ γίνεται, οὕτω καὶ βίος.* [*ibid.*]

146. *Ἡ τῶν ἀγαθῶν ἔρις ὠφελεῖ τὸν ζηλοῦντα, μὴ βλάπτουσα τὸν ζηλούμενον.* [*Anton. Serm.* περὶ φθόνου.]

135. Deo simile habet homo bene agere, si modo id non cauponetur, item beneficia praestare et veritatem colere. [*Anton. et Maxim. Serm. de beneficentia et gratia.*]

136. Parva potius largire, quam magna promitte. Illud enim periculo vacat; et qui accipit, re, non verbis indiget. [*ibid.*]

137. Si cui benefacturus es, statim facito: tarditas enim vitiosum reddit munus. [*ibid.*]

138. Si benefacere potes, ne cuncteris, sed largire, sciens, quod res nullae sint diuturnae.. [*ibid.*]

139. Celeritas et festinatio absint a comedendo. Hoc enim caninum est, et belluae convenit magis quam homini. [*Anton. et Max. Serm. de gula.*]

141. Si quae sunt perpetienda discere liceret, et non perpeti, bonum esset discere: sed si perpetienda sunt omnino, quid discere juvat? perpeti enim necesse est. [*Anton. et Max. Serm. de patientia et longanimitate.*]

142. Castiga judicio, non ira adhibita. [*Anton. et Max. Serm. de ira et furore.*]

143. Irae, quemadmodum canes, caecas pariunt criminationes. [*ibid.*]

144. Labores debemus persequi, quibus homines magnas res et splendidas sibi comparant. [*Anton. Serm. de iis qui opus libenter faciunt.*]

145. Naturae virtutem corrumpit incuria, pravitatem corrigit doctrina: et facilia negligentibus elabuntur, difficilia vero diligentiae curis capiuntur. Ut nempe instrumentum, quod remittitur et intenditur, jucunda voluptate oblectat, sic et vitae ratio hominum et otio et negotio dispertienda est. [*ibid.*]

146. Bonorum contentio juvat aemulantem, non nocet ei, cui aemuleris. [*Anton. et Max. Serm. de invidia.*]

147. *Ποθητὸς εἶναι μᾶλλον, ἢ φοβερὸς κατὰ τὸν βίον προαιροῦ, ὃν γὰρ πάντες φοβοῦνται, πάντας φοβεῖται.* [*Anton. Serm.* περὶ βασιλέως χρηστοῦ.]

148. *Τὸν ἄρχοντα δεῖ ἔχειν πρὸς μὲν τοὺς καιροὺς λογισμὸν, πρὸς δὲ τοὺς ἐναντίους τόλμαν, πρὸς δὲ τοὺς ὑποτεταγμένους εὔνοιαν.* [*ibid.*]

149. *Πονηρὰ φύσις ἐξουσίας ἐπιλαβομένη δημοσίας ἀπεργάζεται συμφοράς.* [*Anton.* περὶ βασιλέως μὴ λίαν θαυμαζομένου.]

150. *Δεῖ τῶν ἑτέρων μέλλοντα ἄρξειν, αὐτὸν ἑαυτοῦ πρῶτον ἄρχειν.* [*Max. Serm.* περὶ ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας.]

151. *Ὅταν αἰτιᾶται δικαστὴς κρινόμενον, ἀνάγκη σιωπᾷν.* [*Anton. Serm.* περὶ δικαστῶν ἀδεκάστων.]

152. *Ἄριστος κριτὴς ὑπονοείσθω, ὁ ταχέως μὲν συνιεὶς, βραδέως δὲ κρίνων· θάτερον μὲν οὖν εὐνοίας, θάτερον δὲ ἀκριβείας.* [*ibid.*]

153. *Ἀσκέπτως οὐ δεῖ προπετεῖν ἐν τῷ κρίνειν, ἔμπροσθεν δὲ βουλεύεσθαι, μηδὲ τῷ σπεύδειν τῷ λογισμῷ, παρ' ὃ δεῖ λέγειν· ἀλλὰ βραδύνοντάς τε καὶ μέλλοντας, τὴν ὁρμὴν ἀκριβῶς πεπονημένους, καὶ μὴ πρὸς χάριν μεταβάλλεσθαι· ἧττον γὰρ τοῦ ἀβούλου τὸ εὐμετάβολον καὶ τοῦ προπετοῦς τὸ κοῦφον.* [*ibid.*]

154. *Οὐχ οὕτω τὸν τῶν γραμμάτων χαρακτῆρα ὀρθοῦν δεῖ, ὡς τὸν τῶν πραγμάτων τηρεῖν· ἡ γὰρ κακὴ κρίσις παντὸς κακοῦ αἰτία.* [*ibid.*]

155. *Παιδεία εὐτυχοῦσι μέν ἐστι κόσμος, ἀτυχοῦσι δὲ καταφύγιον.* [*Anton. et Maxim. Serm.* περὶ παιδείας καὶ φιλοσοφίας.]

156. *Τὰς μὲν πόλεις ἀναθήμασι, τὰς δὲ ψυχὰς μαθήμασι δεῖ κοσμεῖν.* [*ibid.*]

157. *Ταῖς μὲν πόλεσι τὰ τείχη, ταῖς δὲ ψυχαῖς ὁ ἐκ παιδείας νοῦς κόσμον καὶ ἀσφάλειαν παρέχεται.* [*ibid.*]

158. *Τὸν σπουδαῖον φίλον πρὸς μὲν τὰς εὐφροσύνας κληθέντα δεῖ παρεῖναι· πρὸς δὲ τὰς περιστάσεις αὐτόκλητον δεῖ συμπαρεῖναι.* [*Anton. et Max. Serm.* περὶ φίλων καὶ φιλίας.]

147. Desiderari magis, quam timeri in vita expete, quem enim omnes metuunt, idem omnes metuit. [*Anton. Serm. de rege commodo et aequo.*]

148. Principem in rerum opportunitatibus uti decet ratione, adversus hostes audacia, benevolentia autem erga subjectos. [*ibid.*]

149. Improba natura, si potestatem assecuta fuerit, publicas afferre solet calamitates. [*Anton. Serm. de rege non multum admirando.*]

150. Qui aliis imperaturus est, debet ipse sibi prius imperare. [*Maxim. Serm. de magistratu et potestate.*]

151. Cum judex reum accusat, tum tacere necesse est. [*Anton. Serm. de judicibus incorruptis.*]

152. Optimus judex esse judicator, qui cito intelligit et lente judicat. Alterum quidem est benevolentiae, alterum autem diligentiae exquisitae. [*ibid.*]

153. Inconsiderate nihil oportet praecipitare in judicio, sed prius deliberare: nec cogitatione festinandum, ut aliquid plus, quam decet, dicas, sed lente et cunctanter appetitio accurate exercenda est, nec ad gratiam immutanda: nam inconstans inconsulto et levis temerario deterior est. [*ibid.*]

154. Non tam scribendi ratio regenda est, quam facta observanda, pravum enim judicium omnis mali causa est. [*ibid.*]

155. Disciplina fortunatis quidem ornamentum est, infortunatis autem refugium. [*Anton. et Maxim. Serm. de disciplina et philosophia.*]

156. Civitates ornant anathemata, animas vero mathemata. [*ibid.*]

157. Civitatibus moenia, animis vero mens per disciplinam exculta decus et ornamentum praestant. [*ib.*]

158. Probum amicum gaudiis quidem vocatum adesse decet, adversis autem casibus sua sponte. [*Anton. et Max. Serm. de amicitia et amicis.*]

159. *Οἱ ἀληθινοὶ φίλοι καὶ τὰς φιλίας ἡδείας, καὶ τὰς συμφορὰς ἐλαφροτέρας ποιοῦσιν, ὧν μὲν συναπολαύοντες, ὧν δὲ μεταλαμβάνοντες.* [*ibid.*]

160. *Τὸ μὴ δύνασθαι βοηθεῖν τοῖς φίλοις, ἀπορίας· τὸ δὲ μὴ βούλεσθαι κακίας τεκμήριον.* [*ibid.*]

161. *Διηνεκὴς ἐπὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ τοῦ πλούτου ἐπιθυμία· μὴ κτηθεῖσα μὲν γὰρ τρύχει, κτηθεῖσα δὲ βασανίζει ταῖς φροντίσιν, ἀποκτηθεῖσα δὲ ταῖς λύπαις.* [*Anton. Serm.* περὶ πλούτου καὶ πλουσίων.]

162. *Ὁ κατὰ φύσιν πλοῦτος ἄρτῳ καὶ ὕδατι καὶ τῇ τυχούσῃ τοῦ σώματος σκέπῃ συμπεπλήρωται· ὁ δὲ περιττὸς κατὰ ψυχὴν ἀπέραντον ἔχει καὶ τὸν τῆς ἐπιθυμίας βάσανον.* [*ibid.*]

163. *Ὅσα μὲν ἐπὶ τῇ φύσει, πάντες ἐσμὲν πλούσιοι· ὅσα δὲ ἐφ' ἡμῖν, πάντες ἐσμὲν πένητες.* [*ibid.*]

164. *Τὰ μέγιστα τῶν κακῶν οἱ πένητες ἐκπεφεύγασιν, ἐπιβουλὴν, φθόνον καὶ μῖσος, οἷς οἱ πλούσιοι καθ' ἡμέραν συνοικοῦσιν.* [*Ant. et Max. Serm.* περὶ πτωχῶν καὶ πενήτων.]

165. *Εἰ βούλει ἄλυπον βίον ζῆν, τὰ μέλλοντα συμβαίνειν ὡς ἤδη συμβεβηκότα λογίζου.* [*Anton. et Maxim. Serm.* περὶ λύπης καὶ ἀθυμίας.]

166. *Ἄλυπος ἴσθι, μὴ τὴν ἀπάθειαν, ὡς τὰ ἄλογα τῶν ζώων, μηδὲ τὴν ἀλογίαν, ὡς οἱ ἄφρονες, ἀλλ', ὡς ἐνάρετος, τὸν λόγον τῆς λύπης ἔχων παραμύθιον.* [*ibid.*]

167. *Ὅσοι τινὲς πρὸς τὰς συμφορὰς γνώμῃ μὲν ἥκιστα λυποῦνται, ἔργῳ δὲ μάλιστα ἀντέχουσιν, οὗτοι καὶ τῶν πόλεων καὶ ἰδιωτῶν κράτιστοι εἰσίν.* [*ibid.*]

168. *Τοῖς μὲν νοσοῦσιν ἰατροὺς, τοῖς δὲ ἀτυχοῦσι φίλους δεῖ συμπαρεῖναι.* [*Ant. et Max. Serm.* περὶ ἰατρῶν.]

169. *Καὶ ἰατρὸν καὶ φίλον οὐ τὸν ἡδίω, ἀλλὰ τὸν ὠφελιμώτερον δεῖ ἐκλέγεσθαι.* [*ibid.*]

170. *Ταῖς τῶν καιρῶν μεταβολαῖς καὶ οἱ σφόδρα δυνατοὶ τῶν ἀσθενεστέρων ἐνδεεῖς γίνονται.* [*Ant. et Max. Serm.* περὶ βίου ἀνωμαλίας.]

159. Veri amici tum suaves amicitias fruitione communi, tum calamitates leviores participatione sua reddunt. [*ibid.*]

160. Non posse opitulari amicis inopia est, nolle autem malitiae est signum. [*ibid.*]

161. Assidua est cunctis hominibus divitiarum cupiditas: non acquisita enim cruciat, acquisita vero curis fatigat, perdita denique tristitia conficit. [*Anton. Serm. de divitiis et divitibus.*]

162. Naturales divitiae constant pane et aqua et parabili corporis tegumento, superflua vero infinitam in animo cupiditatis vexationem habent. [*ibid.*]

163. Rebus iis, quas natura largitur, omnes abundamus, quae vero in nobis sitae sunt, earum omnes sumus inopes. [*ibid.*]

164. Pauperes maximis malis non infestantur, ut insidiis, invidia et odio, quibus divites expositi sunt quotidie. [*Ant. et Max. Serm. de egenis et pauperibus.*]

165. Si vis tristitia vacare, quae futura sunt, sic aestima, veluti jam accidissent. [*Anton. et Max. Serm. de dolore et tristitia.*]

166. Fac, ut dolore vaces, non ut omnino affectionibus carens, brutorum more; nec ut rationis expers, velut insipientes, sed tanquam virtutis cultor, rationem pro doloris remedio habe. [*ibid.*]

167. Qui ob calamitates tum animo minime sunt tristi, tum re ipsa maxime resistunt, ii et civitatum et privatorum praestantissimi sunt habendi. [*ibid.*]

168. Aegris medicos, infortunatis amicos adesse oportet. [*Anton. et Maxim. Serm. de medicis.*]

169. Et medicus et amicus non jucundior, sed utilior eligendus est. [*ibid.*]

170. Temporum mutatio facit, ut etiam valde potentes infirmiorum auxilio indigeant. [*Ant. et Maxim. Serm. de vitae inaequalitate.*]

171. Γαμβροῦ ὁ μὲν ἐπιτυχὼν, εὗρεν υἱόν· ὁ δὲ ἀποτυχὼν, ἀπώλεσε καὶ θυγατέρα. [*Anton. et Maxim. Serm.* περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας.]

172. Γῆρας καὶ πενία δύο τραύματα δυσθεράπευτα. [*Maxim. Serm.* περὶ γήρως καὶ νεότητος.]

173. Παλαιὸς αἶνος· Ἔργα μὲν νεωτέρων·
Βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος. [*ibid.*]

174. Γῆρας λεόντων κρεῖσσον ἀκμαίων νεβρῶν. [*ibid.*]

175. Ἐν μὲν τοῖς ἐσόπτροις ὁ τῆς ὄψεως, ἐν δὲ ταῖς ὁμιλίαις ὁ τῆς ψυχῆς χαρακτὴρ βλέπεται. [*Anton. et Max. Serm.* περὶ διδαχῆς καὶ λόγων καὶ ὁμιλίας.]

176. Οὗτος γὰρ αὐτὸς εὐδοκιμῶν παρ' ἑαυτῷ, μὴ καταφρονῶν, ἀλλὰ χαίρων καὶ ἀγαπῶν, ὡς ἱκανὸς ὢν μάρτυς ἅμα τῶν καλῶν καὶ θεατὴς, δείκνυσι τὸν λόγον ἐντὸς ἤδη στρεφόμενον καὶ ῥιζούμενον ἐν ἑαυτῷ, καὶ, κατὰ Δημόκριτον, αὐτὸν ἐξ ἑαυτοῦ τὰς τέρψιας ἐθιζόμενον λαμβάνειν. [*Plutarch.* πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐν ἀρετῇ.]

177. Μηδὲν τῆς ἀληθείας τιμιώτερον ἔστω μηδὲ φιλίας ἐκλογὴ ἐκτὸς παθῶν διακειμένη, οἷς τὸ δίκαιον συγχέεται καὶ σκοτίζεται. [*Anton. Meliss. Cap.* περὶ ἀληθείας.]

178. Ἀθάνατον χρῆμα ἡ ἀλήθεια, καὶ ἀΐδιον, παρέχει δὲ ἡμῖν οὐ κάλλος χρόνῳ μαραινόμενον, οὔτε παῤῥησίαν ἀφαιρεῖ τὴν ὑπὸ δίκης· ἀλλὰ τὰ δίκαια καὶ τὰ νόμιμα, διακρίνουσα ἀπ' αὐτῶν τὰ ἄδικα καὶ ἀπελέγχουσα. [*ibid.*]

179. Ἰατρικὴ μὲν γὰρ (κατὰ Δημόκριτον) σώματος νόσους ἀκέεται· σοφίη δὲ ψυχὴν παθῶν ἀφαιρέεται. [*Clemens Alex. Paedagog. Lib. I. pag.* 81. *ed. Sylb. Colon.*]

180. Λόγος ἔργου σκιή. [*Laertius in Democrito.*]

181. Τὸ προσπεσὸν τερπνόν. [*In Epist. Hippocratis ad Damagetum.*]

182. Ὅλος ἄνθρωπος ἐκ γενετῆς νοῦσός ἐστιν. [*ibid.*]

171. Generum assecutus bonum reperit filium; malum autem, perdidit et filiam. [*Anton. et Max. Serm. de fortuna bona et mala.*]

172. Paupertas seniumque duo sunt vulnera curae difficilis nimium. [*Max. Serm. de senectute ac juventute.*]

173. Vetus hoc dictum est, faciendo juvenes, consultando autem seniores praestare. [*ibid.*]

174. Senectus leonum praestantior est hinnulorum juventa. [*ibid.*]

175. In speculis quidem faciei, in colloquiis autem animi character videtur. [*Anton. et Maxim. Serm. de doctrina, quae tum sermone tum conversatione fit.*]

176. Sic enim ipse sibi placens, neque se ipsum contemnens, sed gaudens se ipso atque contentus ut satis idoneo teste ac spectatore pulchrorum, ostendit rationem jam intra sese conversam radices agere, et (quod jubet Democritus) ex se ipso sui oblectandi materiam petere. [*Plutarch. de profect. in virtute.*]

177. Nihil veritate pretiosius esto. Ne amicitiae quidem delectus affectibus vacat, qui, quod justum est, turbant et obumbrant. [*Anton. Meliss. Serm. de veritate.*]

178. Immortalis et aeterna res est veritas: non dat enim nobis pulchritudinem paullatim tabescentem, neque dicendi fiduciam e justitia prodeuntem aufert: sed quae justa et legitima sunt, exhibet, discernens ab eis injusta, et redarguens. [*ibid.*]

179. Medicina enim (*ait Democritus*) medetur morbis corporis: sapientia autem liberat animum a perturbationibus.

180. Sermo operis umbra.

181. Quod se forte fortuna obtulit, id jucundum est.

182. Totus homo ex nativitate morbus est.

II.

ΤΑ ΦΥΣΙΚΑ. *)

(ex collectione H. Stephani.)

1. Δημόκριτος δὲ ὅτι μὲν ἀναιρεῖ τὰ φαινόμενα ταῖς αἰσθήσεσι, καὶ τούτων λέγει μηδὲν φαίνεσθαι κατὰ ἀλήθειαν, ἀλλὰ μόνον κατὰ δόξαν· ἀληθὲς δὲ ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν τὸ ἀτόμους εἶναι καὶ κενόν. Νόμῳ γὰρ, φησὶ, γλυκὺ, καὶ νόμῳ πικρὸν, νόμῳ θερμὸν, νόμῳ ψυχρὸν, νόμῳ χροιή· ἐτεῇ δὲ ἄτομα καὶ κενόν· ἅπερ νομίζεται μὲν εἶναι καὶ δοξάζεται τὰ αἰσθητὰ, οὐκ ἔστι δὲ κατὰ ἀλήθειαν ταῦτα· ἀλλὰ τὰ ἄτομα μόνον καὶ κενόν. ἐν δὲ τοῖς κρατυντηρίοις καίπερ ὑπεσχημένος ταῖς αἰσθήσεσι τὰ κράτος τῆς πίστεως ἀναθεῖναι, οὐδὲν ἧττον εὑρίσκεται τούτων καταδικάζων. φησὶ γάρ· Ἡμεῖς δὲ τῷ μὲν ἐόντι οὐδὲν ἀτρεκὲς συνίεμεν, μεταπίπτον δὲ κατά τε σώματος διαθήκην, καὶ τῶν ἐπεισιόντων, καὶ τῶν ἀντιστηριζόντων. καὶ πάλιν φησί· ἐτεῇ μέν νυν, ὅτι οἷον ἕκαστον ἐστὶν, ἢ οὐκ ἔστιν, οὐ συνίεμεν, πολλαχῇ δεδήλωται. ἐν δὲ τῷ περὶ ἰδεῶν, γιγνώσκειν τε χρὴ, φησὶ, ἄνθρωπον τῷδε τῷ κανόνι, ὅτι ἐτεῆς ἀπήλλακται. καὶ πάλιν· Δηλοῖ μὲν οὗτος ὁ λόγος, ὅτι ἐτεῇ οὐδὲν ἴσμεν περὶ οὐδενός· ἀλλ' ἐπιρυσμίη ἑκάστοισιν ἡ δόξις. καὶ ἔτι· Καίτοι δῆλον ἔσται, ὅτι ἐτεῇ οἷον ἕκαστον γιγνώσκειν ἐν ἀπόρῳ ἐστί. Καὶ δὴ ἐν μὲν τούτοις πᾶσαν σχεδὸν κινεῖ κατάληψιν, καὶ μόνον ἐξαιρέτως καθάπτεται τῶν αἰσθήσεων· ἐν δὲ τοῖς κανόσι δύο φησὶν εἶναι γνώσεις, τὴν μὲν

*) *Fragmenta Democriti Physica quamvis aliena plane essent ab hujusce sententiarum ethicarum collectionis instituto, tamen cum illa pauca tantum et duabus tribusve paginis in collectione H. Stephani contenta cognovissem, haud prorsus negligenda duxi. Nullam tamen addidi nec versionem latinam nec annotationes proprias. Verba diductis exarata literis auctorum sunt, qui nobis haec fragmenta servarunt, non Democriti.* [O.]

διὰ τῶν αἰσθήσεων, τὴν δὲ διὰ τῆς διανοίας· ὧν τὴν μὲν διὰ τῆς διανοίας γνησίην κατάγει, προσμαρτυρῶν αὐτῇ τὸ πιστὸν εἰς ἀληθείας κρίσιν· τὴν δὲ διὰ τῶν αἰσθήσεων, σκοτίην ὀνομάζει, ἀφαιρούμενος αὐτῆς τὸ πρὸς διάγνωσιν τοῦ ἀληθοῦς ἀπλανές. Λέγει δὲ κατὰ λέξιν· Γνώμης δὲ δύο εἰσὶν ἰδέαι· ἡ μὲν γνησίη· ἡ δὲ σκοτίη· καὶ σκοτίης μὲν τάδε σύμπαντα, ὄψις, ἀκοὴ, ὀδμὴ, γεῦσις, ψαῦσις· ἡ δὲ γνησίη, ἀποκεκρυμμένη δὲ ταύτης. Εἶτα προσκρίνων τῆς σκοτίης τὴν γνησίην ἐπιφέρει λέγων· Ὅταν ἡ σκοτίη μηκέτι δύνηται μήτε ὁρῆν ἐπ' ἔλαττον, μήτε ἀκούειν, μήτε ὀδμᾶσθαι, μήτε γεύεσθαι, μήτε ἐν τῇ ψαύσει αἰσθάνεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ λεπτότερον. οὐκοῦν καὶ κατὰ τοῦτον ὁ λόγος ἐστὶ κριτήριον, ὃν γνησίην γνώμην καλεῖ. [*Sext. Empiric. adv. Mathem. (Logic.) Lib. VII. §. 135. et seqq. p. 399. sq. ed. Fabric.*]

2. Παλαιὰ γάρ τις, ὡς προεῖπον, ἄνωθεν παρὰ τοῖς φυσικοῖς κυλίεται δόξα περὶ τοῦ τὰ ὅμοια ὁμοίων εἶναι γνωριστικά· καὶ ταύτης ἔδοξε μὲν καὶ Δημόκριτος κεκομικέναι τὰς παραμυθίας· ἔδοξε δὲ καὶ Πλάτων αὐτῆς ἐν Τιμαίῳ παρεψαυκέναι· ἀλλ' ὁ μὲν Δημόκριτος ἐπί τε τῶν ἐμψύχων καὶ ἀψύχων ἵστησι τὸν λόγον. Καὶ γὰρ ζῶα, φησὶν, ὁμογενέσι ζώοις συναγελάζονται, ὡς περιστεραὶ περιστεραῖς, καὶ γέρανοι γεράνοις, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀλόγων· ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν ἀψύχων· καθάπερ ὁρᾶν πάρεστιν ἐπί τε τῶν κοσκινευομένων σπερμάτων, καὶ ἐπὶ τῶν παρὰ ταῖς κυματωγαῖς ψηφίδων. ὅπου μὲν γὰρ κατὰ τὸν τοῦ κοσκίνου δῖνον διακριτικῶς φακοὶ μετὰ φακῶν τάσσονται, καὶ κριθαὶ μετὰ κριθῶν καὶ πυροὶ μετὰ πυρῶν· ὅπου δὲ κατὰ τὴν τοῦ κύματος κίνησιν αἱ μὲν ἐπιμήκεις ψηφῖδες εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ταῖς ἐπιμήκεσι ὠθοῦνται, αἱ δὲ περιφερεῖς ταῖς περιφερέσι· ὡς ἂν συναγωγόν τι ἐχούσης τῶν πραγμάτων τῆς ἐν τούτοις ὁμοιότητος. Ἀλλ' ὁ μὲν Δημόκριτος οὕτως, Πλάτων δὲ ἐν τῷ Τιμαίῳ etc. [*Sext. Empiric. adv. Mathem. Lib. VII. §. 116. 117. pag. 395.*]

II.

ΤΑ ΦΥΣΙΚΑ. *)

(ex collectione H. Stephani.)

1. Δημόκριτος δὲ ὅτι μὲν ἀναιρεῖ τὰ φαινόμενα ταῖς αἰσθήσεσι, καὶ τούτων λέγει μηδὲν φαίνεσθαι κατὰ ἀλήθειαν, ἀλλὰ μόνον κατὰ δόξαν· ἀληθὲς δὲ ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν τὸ ἀτόμους εἶναι καὶ κενόν. Νόμῳ γάρ, φησί, γλυκὺ, καὶ νόμῳ πικρὸν, νόμῳ θερμὸν, νόμῳ ψυχρὸν, νόμῳ χροιή· ἐτεῇ δὲ ἄτομα καὶ κενόν· ἅπερ νομίζεται μὲν εἶναι καὶ δοξάζεται τὰ αἰσθητὰ, οὐκ ἔστι δὲ κατὰ ἀλήθειαν ταῦτα· ἀλλὰ τὰ ἄτομα μόνον καὶ κενόν. ἐν δὲ τοῖς κρατυντηρίοις καίπερ ὑπεσχημένος ταῖς αἰσθήσεσι τὸ κράτος τῆς πίστεως ἀναθεῖναι, οὐδὲν ἧττον εὑρίσκεται τούτων καταδικάζων. φησὶ γάρ· Ἡμεῖς δὲ τῷ μὲν ἐόντι οὐδὲν ἀτρεκὲς συνίεμεν, μεταπῖπτον δὲ κατά τε σώματος διαθήκην, καὶ τῶν ἐπεισιόντων, καὶ τῶν ἀντιστηριζόντων. καὶ πάλιν φησί· ἐτεῇ μέν νυν, ὅτι οἷον ἕκαστον ἐστὶν, ἢ οὐκ ἔστιν, οὐ συνίεμεν, πολλαχῇ δεδήλωται. ἐν δὲ τῷ περὶ ἰδεῶν, γιγνώσκειν τε χρὴ, φησὶ, ἄνθρωπον τῷδε τῷ κανόνι, ὅτι ἐτεῆς ἀπήλλακται. καὶ πάλιν· Δηλοῖ μὲν οὗτος ὁ λόγος, ὅτι ἐτεῇ οὐδὲν ἴσμεν περὶ οὐδενός· ἀλλ' ἐπιρυσμίη ἑκάστοισιν ἡ δόξις. καὶ ἔτι· Καίτοι δῆλον ἔσται, ὅτι ἐτεῇ οἷον ἕκαστον γιγνώσκειν ἐν ἀπόρῳ ἐστί. Καὶ δὴ ἐν μὲν τούτοις πᾶσαν σχεδὸν κινεῖ κατάληψιν, καὶ μόνον ἐξαιρέτως καθάπτεται τῶν αἰσθήσεων· ἐν δὲ τοῖς κανόσι δύο φησὶν εἶναι γνώσεις, τὴν μὲν

*) *Fragmenta Democriti Physica quamvis aliena plane essent ab hujusce sententiarum ethicarum collectionis instituto, tamen cum illa pauca tantum et duabus tribusve paginis in collectione H. Stephani contenta cognovissem, haud prorsus negligenda duxi. Nullam tamen addidi nec versionem latinam nec annotationes proprias. Verba diductis exarata literis auctorum sunt, qui nobis haec fragmenta servarunt, non Democriti.* [O.]

διὰ τῶν αἰσθήσεων, τὴν δὲ διὰ τῆς διανοίας· ὧν τὴν μὲν διὰ τῆς διανοίας γνησίην κατάγει, προσμαρτυρῶν αὐτῇ τὸ πιστὸν εἰς ἀληθείας κρίσιν· τὴν δὲ διὰ τῶν αἰσθήσεων, σκοτίην ὀνομάζει, ἀφαιρούμενος αὐτῆς τὸ πρὸς διάγνωσιν τοῦ ἀληθοῦς ἀπλανές. Λέγει δὲ κατὰ λέξιν· Γνώμης δὲ δύο εἰσὶν ἰδέαι· ἡ μὲν γνησίη· ἡ δὲ σκοτίη· καὶ σκοτίης μὲν τάδε σύμπαντα, ὄψις, ἀκοή, ὀδμή, γεῦσις, ψαῦσις· ἡ δὲ γνησίη, ἀποκεκρυμμένη δὲ ταύτης. Εἶτα προσκρίνων τῆς σκοτίης τὴν γνησίην ἐπιφέρει λέγων· Ὅταν ἡ σκοτίη μηκέτι δύνηται μήτε ὁρῆν ἐπ' ἔλαττον, μήτε ἀκούειν, μήτε ὀδμᾶσθαι, μήτε γεύεσθαι, μήτε ἐν τῇ ψαύσει αἰσθάνεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ λεπτότερον. οὐκοῦν καὶ κατὰ τοῦτον ὁ λόγος ἐστὶ κριτήριον, ὃν γνησίην γνώμην καλεῖ. [*Sext. Empiric. adv. Mathem. (Logic.) Lib. VII. §. 135. et seqq. p. 399. sq. ed. Fabric.*]

2. Παλαιὰ γάρ τις, ὡς προεῖπον, ἄνωθεν παρὰ τοῖς φυσικοῖς κυλίεται δόξα περὶ τοῦ τὰ ὅμοια ὁμοίων εἶναι γνωριστικά· καὶ ταύτης ἔδοξε μὲν καὶ Δημόκριτος κεκομικέναι τὰς παραμυθίας· ἔδοξε δὲ καὶ Πλάτων αὐτῆς ἐν Τιμαίῳ παρεψαυκέναι· ἀλλ' ὁ μὲν Δημόκριτος ἐπί τε τῶν ἐμψύχων καὶ ἀψύχων ἵστησι τὸν λόγον. Καὶ γὰρ ζῶα, φησὶν, ὁμογενέσι ζώοις συναγελάζονται, ὡς περιστεραὶ περιστεραῖς, καὶ γέρανοι γεράνοις, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀλόγων· ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν ἀψύχων· καθάπερ ὁρᾶν πάρεστιν ἐπί τε τῶν κοσκινευομένων σπερμάτων, καὶ ἐπὶ τῶν παρὰ ταῖς κυματωγαῖς ψηφίδων. ὅπου μὲν γὰρ κατὰ τὸν τοῦ κοσκίνου δῖνον διακριτικῶς φακοὶ μετὰ φακῶν τάσσονται, καὶ κριθαὶ μετὰ κριθῶν καὶ πυροὶ μετὰ πυρῶν· ὅπου δὲ κατὰ τὴν τοῦ κύματος κίνησιν αἱ μὲν ἐπιμήκεις ψηφῖδες εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ταῖς ἐπιμήκεσι ὠθοῦνται, αἱ δὲ περιφερεῖς ταῖς περιφερέσι· ὡς ἂν συναγωγόν τι ἐχούσης τῶν πραγμάτων τῆς ἐν τούτοις ὁμοιότητος. Ἀλλ' ὁ μὲν Δημόκριτος οὕτως, Πλάτων δὲ ἐν τῷ Τιμαίῳ etc. [*Sext. Empiric. adv. Mathem. Lib. VII. §. 116. 117. pag. 395.*]

3. Δημόκριτος δὲ εἴδωλα τινὰ φησὶν ἐμπελάζειν τοῖς ἀνθρώποις· καὶ τούτων τὰ μὲν εἶναι ἀγαθοποιὰ, τὰ δὲ κακοποιά. ἔνθεν καὶ εὔχεται εὐλόγων τυχεῖν εἰδώλων· εἶναι δὲ ταῦτα μεγάλα τε καὶ ὑπερμεγέθη· καὶ δύσφθαρτα μὲν, οὐκ ἄφθαρτα δέ· προσημαίνειν τε τὰ μέλλοντα τοῖς ἀνθρώποις θεωρούμενα, καὶ φωνὰς ἀφιέντα. [*Idem Sextus adv. Mathem. Lib. IX. §. 19. Conf. Cicero I. de Nat. Deor. Cap. 12.*]

4. Δημόκριτος δὲ τὰς ποιότητας ἐκβαλὼν, ἵνα φησί· Νόμῳ ψυχρὸν, νόμῳ θερμόν. ἐτέῃ δὲ ἄτομα καὶ κενόν. καὶ πάλιν: Ἐτέῃ δὲ οὐδὲν ἴδμεν· ἐν βυθῷ γὰρ ἡ ἀλήθεια. [*Diog. Laert. in Vit. Pyrrhon. Lib. IX. §. 72.*]

5. Δημόκριτος φησί που περὶ αὐτοῦ ἐπὶ τῇ πολυμαθίᾳ σεμνυνόμενος· Ἐγὼ δὲ κατ᾽ ἐμαυτὸν ἀνθρώπων γῆν πλείστην ἐπεπλανησάμην, ἱστορέων τὰ μήκιστα, καὶ ἀέρας καὶ γέας πλείστας εἶδον, καὶ λογίων ἀνθρώπων πλείστων ἐσήκουσα· καὶ γραμμέων συνθέσιος μετὰ ἀποδείξιος οὐδείς κώ με παρήλλαξεν, οὐδ᾽ οἱ Αἰγυπτίων καλούμενοι Ἀρπεδονάπται, σὺν τοῖσδ᾽ ἐπ᾽ ἔτε᾽ ὀγδώκοντα ἐπὶ ξείνης ἐγενήθην. [*Clemens Alexandr. Stromat. Lib. I. pag. 304. ed. Sylburg. Colon.*]

6. Ὁ γὰρ διὰ τῶν ποιημάτων καὶ καταλογάδην συγγραμμάτων ᾀδόμενος Ζεὺς τὴν ἔννοιαν ἐπὶ τὸν θεὸν ἀναφέρει· ἤδη δὲ, ὥς εἰπεῖν, ὑπ᾽ αὐγὰς ὁ Δημόκριτος εἶναι τινὰς ὀλίγους γράφει τῶν ἀνθρώπων, οἳ δὴ ἀνατείναντες τὰς χεῖρας ἐνταῦθα, ὃν νῦν ἠέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες πάντα Ζεὺς μυθέεται καὶ πάντ᾽ οὗτος οἶδε, καὶ διδοῖ, καὶ ἀφαιρέεται, καὶ βασιλεὺς οὗτος τῶν πάντων. [*Idem Clemens Stromat. Lib. V, pag. 589.*] *Idem scriptor alibi* [*Admonit. ad Gent. pag. 45.*] *eundem Democriti locum ita refert*: Ὅθεν οὐκ ἀπεικότως ὁ Δημόκριτος τῶν λογίων ἀνθρώπων ὀλίγους φησὶν ἀνατείναντας τὰς χεῖρας ἐνταῦθα, ὃν νῦν ἀέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες πάντα διαμυ-

θεῖσθαι· καὶ πάντα οὗτος οἶδεν καὶ διδοῖ, καὶ ἀφαιρεῖται, καὶ βασιλεὺς οὗτος τῶν πάντων.

7. Κοράκων μὲν λαρυγγισμοῖς, καὶ κλωσμοῖς ἀλεκτορίδων, καὶ συσὶν ἐπὶ φορυτῷ μαργαινούσαις, ὥς ἔφη Δημόκριτος, ἐπιμελῶς προσέχειν, σημεῖα ποιουμένοις πνευμάτων καὶ ὄμβρων. [*Ex Plutarcho.*]

ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΥ
ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ ΤΙΝΑ.

1. Δημόκριτος ἰδὼν τινα προχείρως πᾶσι χαριζόμενον, καὶ ἀνεξετάστως ὑπηρετούμενον κακῶς, εἶπεν, ἀπόλοιο, ὅτι τὰς χάριτας, παρθένους οὔσας, πόρνας ἐποίησας. [Anton. et Maxim. Serm. περὶ εὐεργεσίας.]

2. Ὁ αὐτὸς ἰδὼν νεανίαν φιλοπονοῦντα, ἔφη· κάλλιστον ὄψον τῷ γήρατι ἀρτύεις. [Iidem Serm. περὶ φιλέργων καὶ σπουδαίων.]

3. Δημόκριτος θεασάμενος τινὰ πολλὰ μὲν, ἀπαίδευτα δὲ διαλεγόμενον· οὗτος, ἔφη, οὐ λέγειν μοι δοκεῖ δυνατὸς, ἀλλὰ σιωπᾶν ἀδύνατος. [Iidem Serm. περὶ σιωπῆς καὶ ἀποῤῥήτων.]

4. Ὁ αὐτὸς τὸν φθόνον εἶπεν ἕλκος εἶναι τῆς ἀληθείας. [Iidem Serm. περὶ φθόνου.]

5. Δημοκρίτῳ ἔφη τις· διὰ τί μέγας ὢν, μικρὰν ἔγημας γυναῖκα; κἀκεῖνος εἶπε, τοῦ κακοῦ ἐκλογὴν ποιούμενος, τὸ ἐλάχιστον ἐξελεξάμην. [Anton. Serm. περὶ γυναικῶν πονηρῶν.]

6. Ὁ αὐτὸς ἔφη, οὐ καλὸν πεπαιδευμένον ἐν ἀπαιδεύτοις διαλέγεσθαι, ὥσπερ οὐδὲ νήφοντα μεθύουσιν. [Anton. et Maxim. Serm. περὶ παιδείας καὶ φιλοσοφίας.]

7. Τοὺς πολλοὺς τῶν πλουσίων ἔλεγεν ἐπιτρόπους εἶναι, ἀλλὰ μὴ δεσπότας τῶν χρημάτων. [Maxim. Serm. περὶ πλούτου.]

8. Δημόκριτος νοσήσας καὶ ληθάργῳ περιπεσὼν, ὡς ἀνένηψεν, οὐδέν με, ἔφη, ἐξαπατήσει ἡ φιλόζωΐα, καὶ ἐξήγαγεν ἑαυτὸν τοῦ βίου. [Anton. et Max. Serm. περὶ θανάτου.]

DEMOCRITI
APOPHTEGMATA QUAEDAM.

1. Democritus, cum animadvertisset quemdam quibuslibet promte largientem, et temere suppeditantem: Male, inquit, pereas, quia Gratias virgines meretrices effecisti. [*Anton. et Maxim. Serm. de beneficentia.*]

2. Idem conspicatus juvenem industrium et laboris amantem: Jucundissimum, inquit, senectuti condis obsonium. [*Iidem Serm. de iis qui opus libenter faciunt etc.*]

3. Democritus cum animadvertisset quendam multa imperite disputantem, Hic, inquit, non dicendi peritus mihi videtur, sed omnino tacendi imperitus. [*Iidem Serm. de taciturnitate.*]

4. Idem invidiam veritatis ulcus esse dicebat. [*Iidem Serm. de invidia.*]

5. Cum Democritum quidam percunctaretur, cur, cum magnus esset, parvam duxisset uxorem: Ego, inquit, in malo eligendo, quod minimum erat, elegi. [*Anton. Serm. de improbis mulieribus.*]

6. Idem dixit: Non decet doctum inter indoctos loqui, ut neque sobrium inter ebrios. [*Anton. et Max. Serm. de eruditione et philosophia.*]

7. Divitum multos dicebat esse procuratores, non autem pecuniarum dominos. [*Max. Serm. de divitiis.*]

8. Democritus aegrotans cum in lethargum incidisset, et postea rediisset ad se: Non me decipiet, dixit, amor vitae, et se ipsum e vita eduxit. [*Anton. et Maxim. Serm. de morte.*]

9. Φασὶ καὶ Δημόκριτον τὸν Ἀβδηρίτην, ἐπειδὴ Δαρείῳ γυναικὸς καλῆς ἀλγοῦντι θάνατον οὐκ εἶχεν ὅ, τι ἂν εἰπὼν εἰς παραμυθίαν ἀρκέσειεν, ὑποσχέσθαί οἱ τὴν ἀπελθοῦσαν εἰς φῶς ἀνάξειν, ἢν ἐθελήσῃ τῶν εἰς τὴν χρείαν ἡκόντων ὑποστῆναι τὴν χορηγίαν. Κελεύσαντος δ' ἐκείνου μὴ φείσασθαι, ὅ, τι δ' ἂν ἐξῇ λαβόντα τὴν ὑπόσχεσιν ἐμπεδῶσαι, μικρὸν ἐπισχόντα χρόνον εἰπεῖν, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα αὐτῷ πρὸς τὴν τοῦ ἔργου πρᾶξιν συμπορισθείη, μόνου δὲ ἑνὸς προσδέοιτο, ὃ δὴ αὐτὸν μὲν οὐκ ἔχειν ὅπως ἂν λάβοι· Δαρεῖον δὲ ὡς βασιλέα ὅλης τῆς Ἀσίας οὐ χαλεπῶς ἂν ἴσως εὑρεῖν. Ἐρομένου δ' ἐκείνου, τί ἂν εἴη τοσοῦτον, ὃ μόνῳ βασιλεῖ γνωσθῆναι συγχωρεῖται; ὑπολαβόντα φασὶ τὸν Δημόκριτον, εἰ τριῶν ἀπενθήτων ὀνόματα τῷ τάφῳ τῆς γυναικὸς ἐπιγράψειεν, εὐθὺς αὐτὴν ἀναβιώσεσθαι, τῷ τῆς τελευτῆς νόμῳ δυσωπουμένην. Ἀπορήσαντος δὲ τοῦ Δαρείου, καὶ μηδένα ἄνδρα δυνηθέντος εὑρεῖν, ὅτῳ μὴ καὶ παθεῖν λυπηρόν τι συνηνέχθη, γελάσαντα συνήθως τὸν Δημόκριτον εἰπεῖν· Ἔτι, ὦ πάντων ἀτοπώτατε, θρηνεῖς ἀνέδην, ὡς μόνος ἀλγεινῷ τοσούτῳ συμπλακεὶς, ὁ μηδὲ ἕνα τῶν πώποτε γεγονότων ἄμοιρον οἰκείου πάθους ἔχων εὑρεῖν; [*Julian. Epist. XXXVII. pag. 413. ed. Lips.*]

9. Ajunt Democritum Abderiten, cum nullo modo posset Darium, cui paullo ante uxor pulcherrima e vita excesserat, consolari, se illi mortuam resuscitaturum dixisse, si vellet res ad hoc negotium necessarias suppeditare; cumque rex eum juberet, nulla sumtus ratione habita, quidquid opus esset accipere, promissaque praestare: tum paullisper cunctatum dixisse, cetera quidem sibi abunde suppetere, unum deesse, neque id quemadmodum haberi posset, se intelligere: Darium tamen, quod totius Asiae rex esset, facile fortasse consecuturum. Hic cum rogaret ille, quid tandem tam magnum esset, quod rege excepto nemo possit alius comparare? responsum a Democrito tulit, si trium hominum nomina, quos nullus unquam perturbaverit animi moeror, sepulchro defunctae inscribere valeat, tum fore, ad hanc vitam ut redeat, ritibus illis quasi victa cedens. Ea re perturbato Dario, cum neminem inventurum se crederet, cui moeroris in hac vita nunquam sit oblata occasio, Democritus (ita enim solebat) risu diffundebatur, inquiens, Et tu, mortalium ineptissime, non vereris lugere effuse, solus quasi sis ipse, cui aliquid obtigerit infortunii, cum invenire tamen non possis, omnes hominum pervestigando aetates, mortalium ullum, cui sua non ferenda calamitas fuerit?

ΤΩΝ ΕΠΤΑ ΣΟΦΩΝ

ΓΝΩΜΑΙ ΚΑΙ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

SEPTEM SAPIENTUM

SENTENTIAE ET APOPHTHEGMATA.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΦΑΛΗΡΕΩΣ

ΤΩΝ ΕΠΤΑ ΣΟΦΩΝ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

(Ex Stobaeo Serm. III. περὶ φρονήσεως.)

1. Κλεόβουλος Εὐαγόρου Λίνδιος ἔφη.

Μέτρον ἄριστον. — Πατέρα δεῖ αἰδεῖσθαι. — Εὖ τὸ σῶμα ἔχειν καὶ τὴν ψυχήν. — Φιλήκοον καὶ μὴ πολυήκοον, πολυμαθῆ, μὴ ἀμαθῆ. — Γλῶσσαν εὔφημον κεκτῆσθαι ἀρετῆς οἰκεῖον καὶ κακίας ἀλλότριον. — Ἀδικίαν μισεῖν. — Εὐσέβειαν φυλάσσειν. — Πολίταις τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν. — Γλώττης κρατεῖν. — Βίᾳ μηδὲν πράττειν. — Τέκνα παιδεύειν. — Τύχῃ εὔχεσθαι. — Ἔχθρας διαλύειν. — Τὸν τοῦ δήμου ἐχθρὸν πολέμιον νομίζειν. — Γυναικὶ μὴ μάχεσθαι, μηδ' ἄγαν φιλοφρονεῖσθαι ἀλλοτρίων παρόντων, τὸ μὲν γὰρ ἐστι χέρῃον, τὸ δὲ μανίαν δύναται παρέχειν. — Οἰκέτας μεθύοντας μὴ κολάζειν· εἰ δὲ μή, δόξεις καὶ αὐτὸς μεθύειν. — Γαμεῖν ἐκ τῶν ὁμοίων· ἐὰν γὰρ ἐκ τῶν κρειττόνων, δεσπότας, οὐ συγγενεῖς, κτήσῃ. — Μὴ ἐπιμαίνεσθαι τῷ σκώπτοντι· ἀπεχθὴς γὰρ ἔσῃ τοῖς σκωπτομένοις. — Εὐποροῦντα μὴ ὑπερήφανον εἶναι, ἀποροῦντα μὴ ταπεινοῦσθαι.

DEMETRII PHALEREI
SEPTEM SAPIENTUM APOPHTHEGMATA.
(Ex Stobaeo Serm. III. de Prudentia.)

Leonharto Lycio interprete.

---

1. Cleobulus Evagorae F. Lindius dixit haec.

Mediocritas res est pulcherrima. — Patrem revererere. — Fac corpore valeas et animo. — *Libenter audire oportet, non quaevis tamen temere. Praestat multa discendi studiosum esse, quam rudem. Linguam bene ominantem, non maledicam habere virtutis est proprium et ab improbitate alienum.* *) — Injustitiam oderis. — Pietatem praesta. — Civibus optimorum consiliorum auctor esto. — Linguam fraena. — Per vim nihil age. — Liberos institue. — *Fortuna precibus adeunda.* — Inimicitias dissolve. — Hostem populi tuum puta. — Cum uxore nec contendas, nec comis sis erga illam alienis praesentibus. *Illud quidem pejus est, hoc autem ducere potest ad insaniam.* — Servulos ebrios non castiga, ne videaris et ipse ebrius esse. — Uxorem ducito de aequalibus: si enim de praestantioribus duxeris, dominos, non affines, habebis. — *Alios subsannanti ne subrideas, invisus enim fies quibus illuditur.* — Cum abundas, ne elato, cum eges, ne abjecto sis animo.

---

*) *In iis quae cursivis literis sunt excusa emendavi versionem Leon. Lycii ad meliores lectiones in textu propositas.* [O.]

2. Σόλων Ἐξηκεστίδου Ἀθηναῖος ἔφη.

Μηδὲν ἄγαν. — Κριτὴς μὴ κάθισο· εἰ δὲ μὴ, τῷ ληφθέντι ἐχθρὸς ἔσῃ. — Ἡδονὴν φεῦγε· αὕτη γὰρ λύπην τίκτει. — Φύλασσε τρόπου καλοκἀγαθίαν ὅρκου πιστοτέραν. — Σφράγιζε τοὺς μὲν λόγους σιγῇ, τὴν δὲ σιγὴν καιρῷ. — Μὴ ψεύδου, ἀλλ' ἀλήθευε. — Τὰ σπουδαῖα μελέτα. — Τῶν γονέων μὴ λέγε δικαιότερα. — Φίλους μὴ ταχὺ κτῶ, οὓς δ' ἂν κτήσῃ, μὴ ταχὺ ἀποδοκίμαζε. — Ἄρχεσθαι μαθὼν ἄρχειν ἐπιστήσῃ. — Εὐθύνην ἑτέρους ἀξιῶν διδόναι καὶ αὐτὸς ὕπεχε. — Συμβουλεύου μὴ τὰ ἥδιστα, ἀλλὰ τὰ βέλτιστα τοῖς πολίταις. — Μὴ θρασύνου. — Μὴ κακοῖς ὁμίλει. — Χρῶ τοῖς θεοῖς. — Φίλους εὐσέβει. — Γονεῖς αἰδοῦ. — Νοῦν ἡγεμόνα ποιοῦ. — Ὃ δ' ἂν ἴδῃς, μὴ λέγε. — Εἰδὼς σίγα. — Τοῖς σεαυτοῦ πρᾶος ἴσθι. — Τὰ ἀφανῆ τοῖς φανεροῖς τεκμαίρου.

3. Χίλων υἱὸς Πάγητος Λακεδαιμόνιος ἔφη.

Γνῶθι σαυτόν. — Πίνων μὴ πολλὰ λάλει· ἁμαρτήσεις γάρ. — Μὴ ἀπείλει τοῖς ἐλευθέροις· οὐ γὰρ καλόν. — Μὴ κακολόγει τοὺς πλησίον· εἰ δὲ μὴ, ἀκούσῃ, ἐφ' οἷς λυπηθήσῃ. — Ἐπὶ τὰ δεῖπνα τῶν φίλων βραδέως πορεύου, ἐπὶ δὲ τὰς ἀτυχίας ταχέως. — Γάμους εὐτελεῖς ποιοῦ. — Τὸν τετελευτηκότα μακάριζε. — Πρεσβύτερον σέβου. — Τὸν τὰ ἀλλότρια περιεργαζόμενον μίσει. — Ζημίαν αἱροῦ μᾶλλον ἢ κέρδος αἰσχρόν. — Τῷ δυστυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα. — Τραχὺς ὢν ἥσυχον σεαυτὸν πάρεχε, ὅπως σε αἰσχύνωνται μᾶλλον ἢ φοβῶνται. — Τῆς ἰδίας οἰκίας προστάτει. — Ἡ γλῶσσά σου μὴ προτρεχέτω τοῦ νοῦ. — Θυμοῦ κράτει. — Μὴ ἐπιθύμει ἀδύνατα. — Ἐν ὁδῷ μὴ σπεῦδε προάγειν, μηδὲ τὴν χεῖρα κινεῖν· μανικὸν γάρ. — Νόμοις πείθου. — Ἀδικούμενος διαλλάσσου, ὑβριζόμενος δὲ τιμωροῦ.

2. Solon Execestidae F. Atheniensis dixit.

Ne quid nimis. — Judex ne sedeas; quod nisi caveris, odio eris damnato. — Voluptatem fuge, quae moerorem parit. — Morum et vitae honestatem conserva, quae ad fidem faciendam plus valet, quam jusjurandum. — Sermones arcanos silentio, silentium opportunitate obsigna. — Ne mentiaris, sed vera loquere. — Meditare honesta et egregia. — Parentes ne jure quidem vincas. — Amicos ne facile pares, quos vero pararis, ne facile repudies. — Parere imperio cum didiceris, imperare scies. — Quam alios poenam vis luere, eam ipse quoque sustine. — Civibus non jucundissima, sed optima dato consilia. — Ne sis audax et temerarius. — Cum improbis ne verseris. — Diis fretus esto. — Amicos cole. — Parentes reverere. — Mentem ducem facito. — Ne quodcunque videris dicas. — Quod scis, nescias. — Tuis mansuetum te praebe. — Obscura et incerta de perspicuis et certis conjice.

3. Chilon Damageti F. Lacedaemonius dixit.

Nosce te ipsum. — Inter pocula ne multa loquaris: delinques enim. — Liberis hominibus ne mineris. *Neque enim decet.* — Ne male dicas vicinis, quod nisi caveris, audies quae tibi molesta erunt. — Ad amicorum coenas lente, ad calamitates vero cito accede. — Nuptias frugales facito. — Vita functum beatum praedica. — Natu majorem cole. — Curiose res alienas tractantem oderis. — Gratior tibi sit jactura, quam turpe lucrum. — Conflictantem cum adversa fortuna ne irrideas. — Si robustus es, sedatum te praebe, ut vereantur te alii potius quam metuant. — Propriae domui bene praeesto. — Lingua tua ne mentem antevertat. — *Iracundiae moderare.* — Non concupisce, quae fieri nequeant. — In via ne properes progrediendo, nec manum moveas inter loquendum: est enim indicium hominis male sani. — Legibus obtempera. — Affectus injuria reconciliare; calumnia, poenam persequere.

4. Πίττακος ὁ Μιτυληναῖος ἔφη.

Καιρὸν γνῶθι. — Ὃ μέλλεις ποιεῖν, μὴ λέγε· ἀποτυχὼν γὰρ καταγελασθήσῃ. — Τοῖς ἐπιτηδείοις χρῶ. — Ὅσα νεμεσᾷς τῷ πλησίον, αὐτὸς μὴ ποίει. — Ἀπραγοῦντα μὴ ὀνείδιζε· ἐπὶ γὰρ τούτοις Νέμεσις θεῶν κάθηται. — Παρακαταθήκας ἀπόδος. — Ἀνέχου ὑπὸ τῶν πλησίον μικρά. — Ἀγάπα τὸν πλησίον μικρὰ ἐλαττούμενος. — Τὸν φίλον κακῶς μὴ λέγε, μηδ᾽ εὖ τὸν ἐχθρόν· ἀσυλλόγιστον γὰρ τὸ τοιοῦτον. — Δεινὸν τὸ συνιδεῖν τὸ μέλλον· ἀσφαλὲς τὸ γενόμενον, ἀσαφὲς τὸ μέλλον. — Πιστὸν γῆ, ἄπιστον θάλασσα. — Ἄπληστον κέρδος. — Κτῆσαι καλοκἀγαθίαν. — Θεραπείαν ζήτει. — Φίλει τὴν παιδείαν, σωφροσύνην, φρόνησιν, ἀλήθειαν, πίστιν, ἐμπειρίαν, ἐπιδεξιότητα, ἑταιρείαν, ἐπιμέλειαν, οἰκονομίαν, τέχνην, εὐσέβειαν.

5. Θαλῆς ὁ Μιλήσιος ἔφη.

Ἐγγύα, πάρα δ᾽ ἄτη. — Φίλων παρόντων καὶ ἀπόντων μέμνησο. — Μὴ τὴν ὄψιν καλλωπίζου, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἴσθι καλός. — Μὴ πλούτει κακῶς. — Μή σε διαβαλλέτω λόγος εἰς τοὺς πίστεως κεκοινωνηκότας. — Κολακεύειν γονεῖς μὴ ὄκνει. — Μὴ προσδέχου τὸ φαῦλον. — Οὕους ἂν ἐράνους ἐνέγκῃς τοῖς γονεῦσι, τούτους αὐτὸς ἐν τῷ γήρᾳ παρὰ τῶν τέκνων προσδέχου. — Χαλεπὸν τὸ εὖ γνῶναι. — Ἥδιστον τὸ ἐπιθυμίας τυχεῖν. — Ἀνιαρὸν ἀργία. — Κακὸν ἀκρασία. — Βαρὺ ἀπαιδευσία. — Δίδασκε καὶ μάνθανε τὸ ἄμεινον. — Ἀργὸς μὴ ἴσθι, μηδ᾽ ἂν πλουτῇς. — Τὴν εὐτυχίαν κρύπτε φθόνου χάριν. — Μὴ οἰκτείρου. — Μέτρῳ χρῶ. — Μὴ πᾶσι πίστευε. — Ἄρχων κόσμει σεαυτόν.

6. Βίας Τευταμίδου Πριηνεὺς ἔφη.

Οἱ πλεῖστοι ἄνθρωποι κακοί. — Χρὴ πρῶτον αὐ-

4. Pittacus Mitylenaeus dixit.

Tempus opportunum noveris. — Quod facturus es, ne dicas: nam si spes te frustretur, derideberis. — Rebus ad vivendum necessariis utere. — Quae vitio vertis proximo, ipse ne facito. — Adversam fortunam ne cui exprobres; talibus enim vindicta divina imminet. — Deposita redde. — *Sustine quas vicini parvas molestias intulerint.* — Proximum dilige paulum submittens te. — Nec amico male, nec inimico bene dicas: cur enim hoc facias, ratio nulla est. — Difficile est perspicere futura: quod praeteriit, certum est, quod futurum, obscurum. — Fida est terra, infidum mare. — Inexplebile lucrum. — *Honestatem acquire.* — Valetudinis curam suscipe. — Ama disciplinam, modestiam, prudentiam, veritatem, fidem, experientiam, dexteritatem, societatem, diligentiam, curam rei familiaris, artem, pietatem.

5. Thales Milesius dixit.

Sponde; praesto noxa est. — Amicorum praesentium et absentium memento. — Faciem ne fucato, sed in colendo officio honestus esto. — Ne malis artibus *dives fias.* — Ne te sermunculi committant cum iis, quibuscum necessitudo tibi intercedit. — Ne te pigeat parentibus blandiri et assentari. — Ne quod dedecus in te admittas. — Qualia parentibus praemia rependeris, talia a liberis tuis in senectute exspecta. — Difficile est quod sit optimum nosse. — Valde est jucundum quod animo concupieris id consequi. — Detestanda res est desidia. — Intemperantia mala. — Molesta ruditas et imperitia. — Doce et disce quae sint praestantiora. — *Otiosus ne fueris, licet opibus affluas.* — Res tuas secundas cela invidiae declinandae causa. — Moderatione utere. — Non omnibus crede. — Imperans aliis tibi ipsi moderare.

6. Bias Teutami F. Prienensis dixit.

Maximus est ubique improborum numerus. — Prius

τὸν ἐμβλέψαντα πράττειν· εἰ μὲν καλὸς φαίνῃ, καλὰ ποιεῖν· εἰ δὲ αἰσχρὸς, τὸ τῆς φύσεως ἐλλιπὲς διορθοῦσθαι. — Ἄσκει καλοκἀγαθίαν. — Βραδέως ἐγχείρει· ὃ δ' ἂν ἄρξῃ, διαβεβαιοῦ. — Μίσει τὸ ταχὺ λαλεῖν, μὴ ἁμάρτῃς· μετάνοια γὰρ ἀκολουθεῖ. — Μὴ εὐήθης ἴσθι, μήτε κακοήθης. — Ἀφροσύνην μὴ προσδέχου. — Φρόνησιν ἀγάπα. — Πάντοτε λέγε, ὡς εἰσὶ θεοί. — Νόει τὸ πραττόμενον. — Ἄκουε πολλά. — Λάλει καίρια. — Πένης ὢν πλουσίοις μὴ ἐπιτίμα, ἢν μὴ μέγα ὠφελῇς. — Ἀνάξιον ἄνδρα μὴ ἐπαίνει διὰ πλοῦτον. — Πείσας λάβε, μὴ βιασάμενος. — Ὅταν ἀγαθὸν πράσσῃς, θεοὺς, μὴ σαυτὸν, αἰτιῶ. — Κτῆσαι ἐν μὲν νεότητι εὐπραξίαν, ἐν δὲ τῷ γήρᾳ σοφίαν. — Ἕξεις ἔργῳ μνήμην, καιρῷ εὐλάβειαν, τρόπῳ γενναιότητα, πόνῳ ἐγκράτειαν, φόβῳ εὐσέβειαν, πλούτῳ φιλίαν, λόγῳ πειθὼ, σιγῇ κόσμον, γνώμῃ δικαιοσύνην, τόλμῃ ἀνδρείαν, πράξει δυναστείαν, δόξῃ ἡγεμονίαν, φύσει εὐγένειαν.

7. Περίανδρος Κυψέλου Κορίνθιος ἔφη.

Μελέτα τὸ πᾶν. — Καλὸν ἡσυχία. — Ἐπισφαλὴς προπέτεια. — Κέρδος αἰσχρὸν φύσεως κατηγορία. — Δημοκρατία κρεῖττον τυραννίδος. — Αἱ μὲν ἡδοναὶ θνηταὶ, αἱ δ' ἀρεταὶ ἀθάνατοι. — Εὐτυχῶν μὲν μέτριος ἴσθι, ἀτυχῶν δὲ φρόνιμος. — Φειδόμενον κρεῖττον ἀποθανεῖν ἢ ζῶντα ἐνδεῖσθαι. — Σεαυτὸν ἄξιον παρασκεύαζε τῶν γονέων. — Ζῶν μὲν ἐπαινοῦ, ἀποθανὼν δὲ μακαρίζου. — Φίλοις εὐτυχοῦσι καὶ ἀτυχοῦσι ὁ αὐτὸς ἴσθι. — Ὃν ἂν ἑκὼν ὁμολογήσεις πονηρὸν, παράβαινε. — Λόγων ἀποῤῥήτων ἐκφορὰν μὴ ποιοῦ. — Λοιδόρει, ὡς ταχὺ φίλος ἐσόμενος. — Τοῖς μὲν νόμοις παλαιοῖς χρῶ, τοῖς δὲ ὄψοις προσφάτοις. — Μὴ μόνον τοὺς ἁμαρτάνοντας κό-

te ipsum inspicito, quam aliquid agas; sique honestus tibi videris, honesta facito; sin deformis, naturae vitium corrigito. — *Honestatem exerce.* — Lente aliquid aggredere, quod vero inchoaris, in eo perficiendo persevera. — Celeritatem in loquendo oderis, ne pecces, poenitentia enim peccata comitatur. — Non stupidus sis, nec malitiosus. — Ne quid per imprudentiam admittas. — Prudentiam magni facito. — Deos esse numquam non dicito. — Fac intelligas id, *quod facere aggrederis.* — Audi multa. — Loquere opportuna. — Degens in egestate ne castiges divites, nisi multum possis prodesse. — Virum honore indignum ne laudes ob divitias. — *Persuasione cape, non vi.* — Cum boni aliquid facis, deum, non te ipsum, facito auctorem. — In adolescentia optimis studiis praeditus esto, in senectute sapientia. — Operi adhibebis memoriam, occasioni cautionem, moribus bonam indolem, labori patientiam, timori pietatem, divitiis amicitiam, orationi persuasionem, silentio decorum, sententiae aequitatem, audaciae fortitudinem, actioni potentiam, existimationi principatum, naturae generositatem.

7. **Periander Cypseli F. Corinthius dixit.** Studium est omnia (hoc est studio et exercitatione nihil non obtinetur). — Bona res quies. — Periculosa temeritas. — Lucrum turpe naturae accusatio. — Administratio popularis praestat tyrannidi. — Voluptates mortales sunt, virtutes immortales. — Cum res sunt secundae, modestus esto: cum adversae, prudens. — Satius est in parsimonia mori, quam in egestate vivere. — Ita compara te, ut dignus sis parentibus. — Vivus laudari velis; mortuus etiam beatus praedicari. — Amicis secunda et adversa fortuna utentibus idem esto. — Quem sponte malum esse confessus fueris, eum devita. — Sermones arcanos ne effutias. — Ita conviciare, ut brevi amicus futurus. — Legibus antiquis utere, obsoniis recentibus. — Non solum peccantes castiga, sed

λαζε, ἀλλὰ καὶ τοὺς μέλλοντας κώλυε. — Δυστυχῶν κρύπτε, ἵνα μὴ τοὺς ἐχθροὺς εὐφράνῃς.

ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ ΕΠΤΑ ΣΟΦΩΝ

ΓΝΩΜΑΙ.

(Ex antiquo Codice editae ab Aldo Manutio cum Theocrito et aliis anno 1495.)

ΠΕΡΙΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ ΣΟΦΟΥ.

Πᾶσιν ἄρεσκε. — Καλὸν ἡσυχία. — Ἐπισφαλὲς προπέτεια. — Ἀεὶ αἱ μὲν ἡδοναὶ θνηταί, αἱ δὲ τιμαὶ ἀθάνατοι. — Φίλοις ἀτυχοῦσιν ὁ αὐτὸς ἴσθι. — Κέρδος αἰσχρὸν κάκιστον. — Ὃ ἂν ὁμολογήσεις, ποίει. — Ἀτυχίαν κρύπτε, ἵνα μὴ τοὺς ἐχθροὺς εὐφράνῃς. — Ἀληθείας ἔχου. — Πρᾶττε δίκαια. — Ὕβριν μίσει. — Ἄρχουσιν εἶκε. — Ἡδονῆς κράτει. — Ὅρκῳ μὴ χρῶ. — Εὐσεβείας ἔχου. — Ἐπαίνει τὰ καλά. — Κακίας ἀπέχου. — Χάριν ἀπόδος. — Ἱκέτας ἐλέει. — Υἱοὺς παίδευε. — Σοφοῖς χρῶ. — Ἔριν μίσει. — Ἀγαθοὺς τίμα. — Ἄκουε τὰ προσήκοντα. — Αἰσχύνην φεῦγε. — Ἀποκρίνου ἐν καιρῷ. — Πρᾶττε ἀμεταμέλητα. — Μηδενὶ φθόνει. — Ὀφθαλμῶν κράτει. — Τὸ δίκαιον μιμοῦ. — Εὐεργέτας τίμα. — Ἐλπίδας νέμε. — Διαβολὴν μίσει. — Εὐπροσήγορος γίνου. — Ἁμαρτὼν μεταβουλεύου. — Χρόνου φιλίαν φύλαττε. — Πᾶσιν ἀποστρέφου. — Ὁμόνοιαν δίωκε. — Τοὺς ἡγεμόνας φοβοῦ. — Μὴ λάλει πρὸς ἡδονήν. — Μὴ πίστευε χρόνῳ. — Σαυτοῦ μὴ ἀμέλει. — Πρεσβύτερον αἰσχύνου. — Θνῆσκε ὑπὲρ πατρίδος. — Μὴ ἐπὶ παντὶ λυποῦ. — Ἐξ εὐγενῶν γέν-

et peccaturos reprime. — Res tuas adversas cela, ne gaudio afficias inimicos.

EORUNDEM VII SAPIENTUM
SENTENTIAE.

Ex editione Aldi Manutii et Othmari Luscinii (Nachtigall) latine redditae

per Desid. Erasmum Roterodamum.

PERIANDRI.

Omnibus placeto. — Bona res quies. — Periculosa temeritas. — Semper voluptates sunt mortales, honores autem immortales. — Amicis adversa fortuna utentibus idem esto. — Lucrum turpe res pessima. — Quidquid promiseris, facito. — Infortunium tuum celato, ne voluptate afficias inimicos. — Veritati adhaereto. — Age quae justa sunt. — Violentiam oderis. — Principibus cede. — Voluptati tempera. — A jurejurando abstine. — Pietatem sectare. — Laudato honesta. — A vitiis abstine. — Beneficium repende. — Supplicibus misericors esto. — Liberos institue. — Sapientum utere consuetudine. — Litem oderis. — Bonos in pretio habeto. — Audi quae ad te pertinent. — Probrum fugito. — Responde in tempore. — Ea facito, quorum non possit poenitere. — Ne cui invideas. — Oculis moderare. — Quod justum est imitare. — Bene meritos honora. — Spes fove. — Calumniam oderis. — Affabilis esto. — Cum erraris, muta consilium. — Diutinam amicitiam custodi. — Omnibus te ipsum praebe. — Concordiam sectare. — Magistratus metue. — Ne loquaris ad gratiam. — Ne tempori credideris. — Te ipsum ne negligas. — Seniorem reverere. — Mortem oppete pro patria. — Ne quavis re doleas. — Ex ingenuis liberos

να. — Ἔλπιζε ὡς θνητός. — Φεῖδου ὡς ἀθάνατος. — Μὴ ἐπαίρου ἐπὶ δόξῃ. — Μυστήριον κρύπτε. — Εἶκε μεγάλοις. — Καιρὸν πρόσμενε. — Θνητὰ φρόνει. — Δωροδόκει χρησίμως. — Μὴ ἄρχου ἀδικεῖν. — Λύπην φυλάττου. — Ἐπὶ νεκρῷ μὴ γέλα. — Φίλοις χρῶ. — Συμβούλευε ἀναιτίως. — Εὔφραινε φίλους.

ΒΙΑΝΤΟΣ.

Εἰς κάτοπτρον ἐμβλέψας θεώρει, καὶ εἰ μὲν καλὸς φαίνῃ, ἄξια τούτου πρᾶττε, εἰ δὲ αἰσχρὸς, τὸ τῆς ὄψεως ἐλλιπὲς ὡράϊζε καλοκἀγαθείαις. — Περὶ θεοῦ μὴ λέγε κακῶς, ὅ τι δ' ἐστὶν, ἄκουε. — Ἄκουε πολλά. — Λάλει ὀλίγα. — Νόει καὶ τότε πρᾶττε. — Ἀνάξιον ἄνδρα μὴ ἐπαινῇς διὰ πλοῦτον. — Πείσας λάβε, μὴ βιασάμενος. — Στῆσαι ἐν μὲν νεότητι εὐταξίαν, ἐν δὲ γήρᾳ σοφίαν.

ΠΙΤΤΑΚΟΥ.

Ὃ μέλλεις ποιεῖν, μὴ πρόλεγε, ἀποτυχὼν γὰρ γελασθήσῃ. — Παρακαταθήκην ἀπόδος. — Ἀνέχου ὑπὸ τῶν πλησίον μικρὰ ἐλαττούμενος. — Τὸν φίλον κακῶς μὴ λέγε, μηδὲ τὸν ἐχθρὸν φίλον ἡγοῦ. — Γυναικὸς ἄρχε. — Ἅπερ αὐτὸς τοῖς γονεῦσι δράσεις, τὰ αὐτὰ προσδέχου παθεῖν καὶ αὐτός. — Ἀργὸς μὴ ἴσθι. — Φίλων κριτὴς μὴ γίνου. — Μὴ ἔριζε γονεῦσι, κἂν δίκαια λέγῃς. — Μὴ ἄρχε, πρὶν ἄρχεσθαι μάθῃς. — Ἀτυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα. — Ἡ γλῶττα μὴ προτρεχέτω τοῦ νοῦ. — Μὴ ἐπιθύμει ἀδυνάτων. — Μὴ σπεῦδε λαλῶν. — Νόμοις πείθου. — Γνῶθι σαυτόν. — Μηδὲν ἄγαν. — Πρὸ πάντων σέβου τὸ θεῖον. — Γονέας αἰδοῦ. — Φιλήκοος ἴσθι. — Ἡδονῆς κράτει. — Ἔχθραν διάλυε. — Γάμει ἐκ τῶν ὁμοίων· ἢν γὰρ ἐκ τῶν κρεισσόνων γήμῃς, δεσπότας καὶ οὐ συγγενεῖς κτήσῃ.

ΚΛΕΟΒΟΥΛΟΥ.

Μὴ ὑπερήφανος γίνου ποτέ. — Τῆς οἰκίας ἐπιμελοῦ. — Τὰς βίβλους διέρχου. — Τὰ φίλτατα παίδευε. — Τὰ δί-

crea. — Sperato tanquam mortalis. — Parcito tanquam immortalis. — Ne efferaris gloria. — Arcanum cela. — Cede magnis. — Opportunitatem exspectato. — Mortalia cogita. — Largire cum utilitate. — Ne prior injuriam facias. — Dolorem fuge. — Mortuum ne rideto. — Amicis utere. — Consule inculpate. — Delecta amicos.

BIANTIS.

In speculo te ipsum contemplare, et si formosus apparebis, age quae deceant formam: sin deformis, quod in facie minus est, id morum pensato pulchritudine. — De numine ne male loquere, quid sit autem, ausculta. — Audito multa. — Loquere pauca. — Prius intellige et deinde ad opus accede. — Ne ob divitias laudaris virum indignum. — Persuasione cape, non vi. — Compara in adolescentia quidem modestiam, in senectute vero sapientiam.

PITTACI.

Quae facturus es, ea ne praedixeris; frustratus enim rideberis. — Depositum redde. — A familiaribus in minutis rebus laesus feras. — Amico ne maledixeris; inimicum ne putes amicum. — Uxori dominare. — Quae feceris parentibus, eadem a liberis exspecta. — Desidiosus ne esto. — Inter amicos ne fueris judex. — Ne contende cum parentibus, etiamsi justa dixeris. — Ne geras imperium, priusquam parere didiceris. — Infortunatum ne irriseris. — Ne lingua praecurrat mentem. — Quae fieri non possunt, cave concupiscas. — Ne festinaris loqui. — Legibus pare. — Nosce te ipsum. — Ne quid nimis. — Ante omnia venerare numen. — Parentes reverere. — Audito libenter. — Voluptatem coerce. — Inimicitiam solve. — Uxorem ducito ex paribus, ne, si ex ditioribus duxeris, dominos tibi pares, non affines.

CLEOBULI.

Ne sis unquam elatus. — Domus curam gere. — Libros evolve. — Liberos tibi carissimos erudi. — Ju-

και κρῖνε. — Τοὺς ἀγαθοὺς ἀγαθὰ ποίει. — Κακολογίας ἀπέχου. — Τὴν ὑπόνοιαν ἄπεχε. — Τοὺς τεκόντας ὑπομονῇ νίκα. — Εὐποιΐας, ἧς ἔτυχες, μνημόνευε. — Τὸν ἐλάττω μὴ ἀποσκυβαλίσῃς. — Ἀλλοτρίων μὴ ἐπιθύμει. — Μὴ ῥιψοκίνδυνος ἔσο. — Ἀγάπα τὰ τοῦ πλησίου σοῦ καὶ τήρει ὡς τὰ σαυτοῦ. — Ὃ σὺ μισεῖς, ἑτέρῳ μὴ ποιήσῃς. — Μὴ ἀπείλει μηδενί· γυναικῶδες γάρ. — Θᾶττον ἐπὶ ταῖς ἀτυχίαις τῶν φίλων, ἢ ταῖς εὐτυχίαις πορεύου. — Λίθος χρυσοῦ βάσανος, χρυσὸς δ' ἀνδρῶν. — Εὐχῆς γὰρ οὐδὲν ἐστι τιμιώτερον. — Ψευδὴς καταβολὴ τὸν βίον λυμαίνεται. — Ψεῦδος δὲ μισεῖ πᾶς φρόνιμος καὶ σοφός.

ΧΙΛΩΝΟΣ.

Γνῶθι σαυτόν. — Μὴ φθόνει θνητά. — Ἐγκράτειαν ἄσκει. — Αἰσχρὰ φεῦγε. — Χρόνου φείδου. — Δικαίως κτῶ. — Πλήθει ἄρεσκε. — Σοφίᾳ χρῶ. — Ἤθει δοκίμαζε. — Ὑφορῶ μηδέν. — Μίσει διαβολάς. — Μὴ ἦς ἐπαχθής.

ΣΟΛΩΝΟΣ.

Θεὸν σέβου. — Γονεῖς αἰδοῦ. — Φίλοις βοήθει. — Μηδενὶ φθόνει. — Ἀλήθειαν ἀνέχου. — Ὅρκῳ μὴ χρῶ. — Νόμοις πείθου. — Νόει τὸ δίκαιον. — Θυμοῦ κράτει. — Ἀρετὴν ἐπαίνει. — Κακοὺς μίσει.

ΘΑΛΟΥ.

Τὸν κρατοῦντα τίμα. — Δοκίμαζε φίλους. — Ὅμοιος σαυτῷ γίνου. — Ἐπαγγέλλου μηδενί. — Πολίταις μὴ θρασύνου. — Τὸ παρὸν εὖ ποίει. — Κακίας ἀπέχου. — Δόξαν δίωκε. — Ἐπιμελοῦ βίου. — Εἰρήνην ἀγάπα. — Ἐπαινοῦ παρὰ πᾶσι. — Ψίθυρον ἄνδρα ἔκβαλε σῆς οἰκίας.

ste judicato. — Bonis benefacito. — A maledicentia temperato. — Suspicionem abjicito. — Parentes patientia vince. — Beneficii accepti memento. — Inferiorem ne rejicias. — Aliena ne concupiscas. — Ne te ipsum praecipites in discrimen. — Res amici diliges, ut perinde serves ut tuas. — Quod oderis, alteri ne feceris. — Ne cui miniteris: est enim muliebre. — Citius ad infortunatos amicos quam fortunatos proficiscere. — Lapis auri index, aurum hominum. — Voto nihil pretiosius. — Mendax calumnia vitam corrumpit. — Mendaces odit quisquam prudens ac sapiens.

CHILONIS.

Nosce te ipsum. — Ne cui invideas mortalia. — Temperantiam exerce. — Turpia fuge. — Tempori parce. — Juste rem para. — Multitudini place. — Sapientia utere. — Moribus probatus esto. — Ne quid suspiceris. — Oderis calumnias. — Ne fueris onerosus.

SOLONIS.

Deum cole. — Parentes reverere. — Amicis succurre. — Nemini invideto. — Veritatem sustineto. — Ne jurato. — Legibus pareto. — Cogita quod justum est. — Iracundiae moderare. — Virtutem laudato. — Malos odio prosequitor.

THALETIS.

Principem honora. — Amicos probato. — Similis tui sis. — Nemini promittito. — Quod adest, boni consulito. — A vitiis abstineto. — Gloriam sectare. — Vitae curam age. — Pacem dilige. — Laudatus esto apud omnes. — Susurronem ex aedibus ejice.

ΣΩΣΙΑΔΟΥ

ΤΩΝ ΕΠΤΑ ΣΟΦΩΝ ΥΠΟΘΗΚΑΙ

Ἕπου θεῷ. — Νόμῳ πείθου. — Θεοὺς σέβου. — Γονεῖς αἰδοῦ. — Ἡττῶ ὑπὲρ δικαίου. — Γνῶθι μαθών. — Ἀκούσας νόει. — Σαυτὸν ἴσθι. — Γαμεῖν μέλλων καιρὸν γνῶθι. — Φρόνει θνητά. — Ξένος ὢν ἴσθι. — Ἑστίαν τίμα. — Ἄρχε σεαυτοῦ. — Φίλοις βοήθει. — Θυμοῦ κράτει. — Φρόνησιν ἄσκει. — Πρόνοιαν τίμα. — Ὅρκῳ μὴ χρῶ. — Φιλίαν ἀγάπα. — Παιδείας ἀντέχου. — Δόξαν δίωκε. — Σοφίαν ζήλου. — Καλὸν εὖ λέγε. — Ψέγε μηδένα. — Ἐπαίνει ἀρετήν. — Πρᾶττε δίκαια. — Φίλοις εὐνόει. — Ἐχθροὺς ἀμύνου. — Εὐγένειαν ἄσκει. — Κακίας ἀπέχου. — Κοινὸς γίνου. — Ἴδια φύλασσε. — Ἀλλοτρίων ἀπέχου. — Εὔφημος ἴσθι. — Ἄκουε πάντα. — Φίλῳ χαρίζου. — Μηδὲν ἄγαν. — Χρόνου φείδου. — Ὅρα τὸ μέλλον. — Ὕβριν μίσει. — Οἰκέτας αἰδοῦ. — (Πένης ὢν ἅρμοζε.) — Υἱοὺς παίδευε. — Ἔχων χαρίζου. — Δόλον φοβοῦ. — Εὐλόγει πάντας. — Φιλόσοφος γίνου. — Ὅσια κρῖνε. — Γνοὺς πρᾶττε. — Φόνου ἀπέχου. — Εὔχου δυνατά. — Σοφοῖς χρῶ. — Ἦθος δοκίμαζε. — Λα-

SOSIADAE
SEPTEM SAPIENTUM PRAECEPTA
INTERPRETE
LEONHARTO LYCIO.

Deum sequere. — Legibus pareto. — Deos cole. — Parentes reverere. — Justitiae defendendae causa quidvis patere. — Discendo cognitionem rerum compara. — Quod audieris, perpende. — Nosce te ipsum. — Contracturus matrimonium opportunitatem specta. — Sapito mortalia. — Hospitem te esse scito. — Vestam honora. — Rege temet ipsum. — Amicis succurre. — Animo moderare. — Intelligentiam exerce. — Prudentiam cole. — Jurejurando ne utaris. — Amicitiam magni facito. — Disciplinam amplectere. — Gloriam sectare. — Sapientiam aemulare. — De bono bene loquere. — Neminem vitupera. — Virtutem lauda. — Age quae justa sunt. — Amicis benevolentiam praesta. — Inimicorum vim repelle. — Naturae bonitatem exerce. — A vitio abstine. — Esto communis. — Res tuas custodi. — Ab alienis abstine. — Bene ominare. — Audi omnia. — Amico gratificare. — Nihil nimis. — Parce tempori. — Specta futurum. — Contumeliam oderis. — Domesticos reverere. (*Pauper cum sis, conditioni tuae te accommoda.*) Liberos institue. — *Si quid habes, aliis gratificare.* — Dolum metue. — Bene omnia interpretare. — Sapientiae studiosus esto. — Ex aequo et bono judica. — Ubi rem cognoris, aggredere. — A caede abstine. — Opta quae fieri possunt. — Doctorum consuetudine utere. — Ingenium et mores explora. — De-

βῶν ἀπόδος. — Ὑφορῶ μηδένα. — Τέχνῃ χρῶ. — Ὃ μέλλεις δός. — Εὐεργεσίας τίμα. — Φθόνει μηδενί. — Φυλακῇ πρόσεχε. — Ἐλπίδα αἴνει. — Διαβολὴν μίσει. — Δικαίως κτῶ. — Ἀγαθοὺς τίμα. — Κριτὴν γνῶθι. — Γαμῶν κράτει. — Τύχην νόμιζε. — Ἐγγύην φεῦγε. — Πᾶσι διαλέγου. — Ὁμοίοις χρῶ. — Δαπανῶν ἄρχου. — Κτώμενος ἥδου. — Αἰσχύνην σέβου. — Χάριν ἐκτέλει. — Εὐτυχίαν εὔχου. — Τύχην στέργε. — Ἀκούων ὅρα. — Ἐργάζου κτητά. — Ἔριν μίσει. — Ὄνειδος ἔχθαιρε. — Γλῶσσαν ἴσχε. — Ὕβριν ἀμύνου. — Κρῖνε δίκαια. — Χρῶ χρήμασιν. — Ἀδωροδόκητος δοκίμαζε. — Αἰτιῶ παρόντα. — Λέγε εἰδώς. — Βίας μὴ ἔχου. — Ἀλύπως βίου. — Ὁμίλει πράως. — Πέρας ἐπιτέλει μὴ ἀποδειλιῶν. — Φιλοφρόνει πᾶσιν. — Υἱοῖς μὴ καταθάῤῥει. — Γλώττης ἄρχε. — Σεαυτὸν εὖ ποίει. — Εὐπροσήγορος γίνου. — Ἀποκρίνου ἐν καιρῷ. — Πόνει μετ᾽ εὐνοίας. — Πρᾶττε ἀμετανοήτως. — Ἁμαρτάνων μετανόει. — Ὀφθαλμοῦ κράτει. — Βουλεύου χρήσιμα. — Ἐπιτέλει συντόμως. — Φιλίαν φύλασσε. — Εὐγνώμων γίνου. — Ὁμόνοιαν δίωκε. — Ἄῤῥητον μὴ λέγε. — Τὸ κρατοῦν φοβοῦ. — Τὸ συμφέρον θηρῶ. — Καιρὸν προσδέχου. — Ἔχθρας διάλυε. — Γῆρας προσδέχου. — Ἐν ῥώμῃ μὴ καυχῶ. — Εὐφημίαν ἄσκει. — Ἀπέχθειαν φεῦγε. — Πλούτει δικαίως. — Δόξαν μὴ λίπε. — Κακίαν μίσει. — Μανθάνων μὴ κάμνε. — Κινδύνευε φρονίμως. — Ἡδόμενος μὴ λίπε. — Χρησμοὺς θαύμαζε. — Οὓς τρέφεις ἀγάπα. — Ἀπόντι μὴ μάχου. — Πρεσβύτερον αἰδοῦ. —

positum restitue. — Neminem suspectum habe. — Artibus utere. — Quod daturus es dato. — Beneficentiam cole. — Nemini invideto. — *Te ipsum observa.* — Spem bonam prae te ferto. — Calumniam oderis. — Juste bona posside. — Bonos honora. — Judicem, qui vir sit, nosce. — Fidem conjugii serva. — Fortunae aliquid tribue. — Sponsionem fuge. — Cum omnibus loquere. — Parium consuetudine utere. — Sumtus aliquando facito. — Bonis, quae possideas, laetus fruere. — Verecundiam cole. — Gratitudinem praesta. — Bonos eventus opta. — Praesentem fortunam boni consule. — Non tam auribus quam oculis fidem habe. — Opus fac, ut rem facias. — Contentionem oderis. — Probrum detestare. — Linguam contine. — Injuriam jure repelle. — Aequum judica. — Utere pecuniis. — Caussas judica absque largitionum corruptela. — Praesentem accusa. — Testis dic quae nosti. — Vim ne usurpes. — Vive sine animi aegritudine. — Conversare cum aliis placide. — Coeptum absque ignavia usque ad finem persequere. — Comis sis atque humanus erga omnes. — Liberis fretus ne sis. — Linguam ratione rege. — Benefacito tibi ipsi. — Affabilis esto. — Responde in tempore. — In eo elabora, quod aequum et bonum est. — Ea fac, quorum te non poeniteat. — Cum delinquis, consilium muta. — Oculos moderare. — Consule utilia. — Perfice brevi. — Amicitiam serva. — Bene meritis gratum te praebe. — Concordiam sectare. — Arcanum cela. — Magistratum metue. — Id venare, quod est *utile.* — Occasionem exspecta. — Inimicitias dissolve. — ***Senectutem exspecta.*** — De viribus ne glorieris. — Bona verba loqui stude. — Ne in odium incurras, cave. — Divitias honestis rationibus compara. — Existimationem non neglige. — Improbitatem oderis. — Discendo ne defatigeris. — In faciendo periculo prudens esto. — Nunquam non laetus esto. — Oracula admirare. — Quos alis dilige. — ***Absentem ne impugnes.*** — Majorem natu reverere. —

Νεώτερον δίδασκε. — Πλούτῳ ἀπίστει. — Σεαυτὸν αἰδοῦ. — Μὴ ἄρχε ὑβρίζειν. — Προγόνους στεφάνου. — Θνῆσκε ὑπὲρ πατρίδος. — Τῷ βίῳ μὴ μάχου. — Ἐπὶ νεκρῷ μὴ γέλα. — Ἀτυχοῦντι συνάχθου. — Χαρίζου ἀβλαβῶς. — Μὴ ἐπὶ παντὶ λυποῦ. — Ἐξ εὐγενῶν γέννα. — Ἐπαγγέλλου μηδενί. — Φθιμένους μὴ ἀδίκει. — Εὖ πάσχε ὡς θνητός. — Τύχῃ μὴ πίστευε. — Παῖς ὢν κόσμιος ἴσθι, ἡβῶν ἐγκρατὴς, μέσος δίκαιος, πρεσβύτερος εὔλογος, τελεύτα ἀλύπως.

ΑΛΛΑ

ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ

ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΩΝ ΣΥΛΛΕΓΕΝΤΑ.

I. Κλεοβούλου.

(1. Ex collectione Leonh. Lycii.)

1. Ἀμουσία ἐν βροτοῖσι τὸ πλέον μέρος
Λόγων τε πλῆθος. ἂν δ' ὁ καιρὸς ἀρκέσῃ,
Φρόνει τι κεδνὸν, μὴ μάταιος ἡ χάρις
Γινέσθω. [*Diog. Laert. Lib. I. §.* 91.]

2. Ἔφη δὲ, δεῖν συνοικίζειν τὰς θυγατέρας, παρθένους μὲν τὴν ἡλικίαν, τῷ δὲ φρονεῖν γυναῖκας· ὑποδεικνὺς, ὅτι δεῖ παιδεύεσθαι καὶ τὰς παρθένους. [*Laert. ibid.*]

3. Ἔλεγε δὲ, τὸν φίλον δεῖν εὐεργετεῖν, ὅπως ᾖ μᾶλλον φίλος· τὸν δὲ ἐχθρὸν φίλον ποιεῖν· φυλάσσεσθαι γὰρ τῶν μὲν φίλων τὸν ψόγον, τῶν δὲ ἐχθρῶν τὴν ἐπιβουλήν. [*Laert. ibid.*]

4. Ὅταν τις ἐξίῃ τῆς οἰκίας, ζητείτω πρότερον, τί μέλλει πράσσειν· καὶ ὅταν εἰσέλθῃ, πάλιν, τί ἔπραξε. [*Laert. ibid.*]

Minorem doce. — Divitiis non confide. — Te ipsum verere. — Prior injuriam ne facias. — *Majores corona.* — Mortem oppete pro patria. — *Non pugna adversus vitam.* — Mortuum ne irrideas. — Infortunati vicem dole. — *Gratificare citra jacturam.* — Ne quovis incommodo moereas. — Ex ingenuis liberos procrea. — Ne quid cuiquam de te promittas. — Mortuos ne laedas. — Bonis fruere ut mortalis. — Fortunae ne credas. — Puer moderatus esto, adolescens continens, vir justus, senex sapiens, morere sine animi aegritudine.

ALIA
EORUNDEM APOPHTHEGMATA
EX DIVERSIS SCRIPTORIBUS COLLECTA.

Latine reddita partim a Leonh. Lycio, partim ab aliis.

I. Cleobuli.

1. Imperitia in hominibus majori ex parte dominatur et multitudo verborum. Si occasio tulerit, sentire atque sapere illustre aliquid stude, ne irrita et inanis sit gratia.

2. Praecepit Cleobulus filias nuptum locandas aetate quidem virgines, intelligentia vero mulieres, docens per id, filias etiam instituendas esse.

3. Dixit porro beneficia amico danda, ut magis fiat amicus, et ex inimico faciendum amicum: nam et ab amicorum vituperatione et ab inimicorum insidiis esse cavendum.

4. Antequam domo exeas, quid facturus sis, cogita; rursus, cum domum ingrederis, quid egeris.

5. *Τὰς τῆς τύχης μεταβολὰς γενναίως πειρῶ φέρειν, καὶ μήτε εὐτυχῶν ὑπερήφανος ἔσο, μήτε ἀπορῶν ταπεινός· ἀλλὰ γίνου μέτριος ἐφ' ἑκατέρας τῆς τύχης.* [*Stobaeus Serm. CVI. ὅτι δεῖ γενναίως φέρειν τὰ προσήκοντα.*]

6. *Τοῖς σοφοῖς τὸ μέτρον ὁ νόμος δέδωκε.*

(2. Ex aliis.)

7. *Φεῦγε μὲν τὸν φθόνον τῶν πολλῶν, φυλάσσου δὲ τὰς ἐπιβουλὰς τῶν μισούντων.* [*Stobaeus Serm. XLVI. ὑποθῆκαι περὶ βασιλείας.*]

8. *Δοκεῖ μάλιστ' ἂν ἔνδοξος γενέσθαι καὶ βασιλεὺς καὶ τύραννος, εἰ μηδενὶ πιστεύοι τῶν συνόντων.* [*Plut. Conviv. VII Sapient. Opp. Tom. II. pag.* 153. *ed. Francof.*]

9. *Ὥσπερ οὐκ ἂν ἐβούλου ἐν νηὶ μακρᾷ καὶ πολυχρύσῳ πλέων βαπτίζεσθαι, οὕτω μηδὲ ἐν οἰκίᾳ αἱροῦ ὑπερμεγέθει καὶ πολυτελεῖ καθήμενος χειμάζεσθαι.* [*Anthol. Patav.*]

10. *Εἷς ὁ πατήρ, παῖδες δὲ δυώδεκα· τῶν δέ γ' ἑκάστῳ*
Κοῦραι ἑξήκοντα, διάνδιχα εἶδος ἔχουσαι.
Αἱ μὲν λευκαὶ ἔασιν ἰδεῖν, αἱ δ' αὖτε μέλαιναι·
Ἀθάναται δέ τ' ἐοῦσαι ἀποφθινύθουσιν ἅπασαι.
[*Stob. Eclog. Lib. I. Cap. IX. No.* 37. *et Diogen. Laert. I. §.* 92.]

II. Σόλωνος.

(1. Ex collectione L. Lycii.)

1. *Τέλος ὁρᾶν μακροῦ βίου.* [*Herod. Lib. I. Cap.* 32.]

2. *Ἀνθρωπίνου βίου ἔτη ἑβδομήκοντα.* [*Herodot. ib.*]

3. *Πᾶν ἐστὶν ἄνθρωπος συμφορή.* [*Idem ibid.*]

4. *Οὐχ ὁ μέγα πλούσιος μᾶλλον τοῦ ἐπ' ἡμέρην ἔχοντος ὀλβιώτερος ἐστί, εἰ μή οἱ τύχη ἐπίσποιτο πάντα καλὰ ἔχοντι τελευτῆσαι εὖ τὸν βίον.* [*Idem ibid.*]

5. *Σκοπέειν χρὴ παντὸς χρήματος τὴν τελευτήν, κῆ ἀποβήσεται.* [*Herodot. I.* 32.]

6. *Πολλοῖσι καὶ δὴ ὑποδέξας ὄλβον ὁ θεὸς προῤῥίζους ἀνέτρεψε.* [*Idem ibid.*]

7. *Ὁ μὲν λόγος εἴδωλον τῶν ἔργων, βασιλεὺς δὲ ἰσχυρότατος τῇ δυνάμει.* [*Laert. in Solon. I. §.* 58.]

5. Fortunae mutationes fortiter ferre discas, ut neque bona fortuna affluens superbias, neque pauper animum dejicias, sed in utraque fortuna moderatus esto. [*Stobaeus Serm. CVI. quod eventus fortiter sint tolerandi.*]

6. Leges sapientibus modum praescribunt.

7. Declina invidiam vulgi et insidias odio te persequentium cave. [*Stobaeus Serm. XLVI. Admonitiones de regno.*]

8. Potentissimus rex vel tyrannus et beatissimus futurus is mihi videtur, qui familiarium nemini fidat.

9. Quomodo nolles mergi vectus licet in navi magna et aurata, sic caveto, ne in domo ampla ac splendida naufragium facias fortunae.

10. Bis senos genitor gnatos habet unus: at horum
Ter sunt cuique decem natae variante figura:
Quippe aliis color est albus, niger inditus illis.
Immortale genus cum sint, moriuntur utraeque.
[*Ex versione D. Petavii.*]

II. Solonis.

1. Exitum vitae diuturnae specta.
2. Terminus humanae vitae anni septuaginta.
3. Homo adversis casibus prorsus est obnoxius.
4. Non est beatior valde dives eo, qui victum quotidianum habet, nisi eidem fortuna concesserit, ut in bonorum omnium copia extremum vitae diem conficiat.
5. Cujusque rei considerandus est exitus, quo sit evasura.
6. Multos profecto deus, postquam felicitatem illis ostendit, funditus deinde evertit.
7. Simulacrum quidem est factorum sermo, et tamen rex viribus praestantissimus.

8. Τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ.

9. Ὁ μὲν κόρος ὑπὸ τοῦ πλούτου γεννᾶται, ὕβρις δὲ ὑπὸ τοῦ κόρου. [*Laert. I.* §. 59.]

10. Ἐκείνη ἄριστα ἡ πόλις οἰκεῖται, ἐν ᾗ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας συμβαίνει τιμᾶσθαι, καὶ τὸ ἐναντίον, ἐν ᾗ τοὺς κακοὺς ἀμύνεσθαι. [*Stob. Serm. XLI.*]

11. Καλὸν μὲν ἐστι ἡ τυραννὶς χωρίον, οὐκ ἔχει δὲ ἀπόβασιν. [*Plutarch. in Solon. Opp. I. p.* 85.]

12. Ἔργμασιν ἐν μεγάλοις πᾶσιν ἁδεῖν χαλεπόν. [*Idem ibid. pag.* 92.]

13. Οἱ νόμοι τοῖς ἀραχνίοις ὅμοιοι· καὶ γὰρ ἐκεῖνα, ἐὰν μὲν ἐμπέσῃ τὶ κοῦφον καὶ ἀσθενὲς, στέγει, ἐὰν δὲ μεῖζον, διακόψαν οἴχεται. [*Laert. I.* §. 58.]

14. Τὸ θεῖον καὶ οἱ νομοθέται οὐ καθ' ἑαυτὰ δύνανται ὀνῆσαι τὰς πόλεις· οἱ δὲ ἀεὶ τὸ πλῆθος ἄγοντες, ὅπως ἂν γνώμης ἔχωσιν· οὕτω δὲ καὶ τὸ θεῖον καὶ οἱ νόμοι εὖ μὲν ἀγόντων εἰσὶν ὠφέλιμοι, κακῶς δὲ ἀγόντων οὐδὲν ὠφελοῦσιν. [*Solon. Epist. ad Epimenid. ap. Laert. I.* §. 64.]

15. Οἱ παρὰ τοῖς τυράννοις δυνάμενοι παραπλήσιοι εἰσὶ ταῖς ψήφοις ταῖς ἐπὶ τῶν λογισμῶν· καὶ γὰρ ἐκείνων ἑκάστη ποτὲ μὲν πλείω σημαίνει, ποτὲ δὲ ἥττω· καὶ τούτων οἱ τύραννοι ποτὲ μὲν ἕκαστον μέγαν ἄγουσι καὶ λαμπρὸν, ποτὲ δὲ ἄτιμον. [*Laert. Lib. I.* §. 59.]

16. Πεφυλαγμένος ἄνδρα ἕκαστον
Ὅρα, μὴ κρυπτὸν ἔγχος ἔχων
Κραδίῃ, φαιδρῷ
Προσεννέπῃ προσώπῳ,
Γλῶσσα δέ οἱ διχόμυθος
Ἐκ μελαίνης φρενὸς γεγωνῇ. [*Laert. Lib. I.* §. 61.]

17. Γηράσκω δ' ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος. [*Plutarch. in Solon. Schol. Sophocl. ad Antigon. v.* 711.]

18. Τοσούτῳ διαφέρει ἡ φρόνησις τῶν ἀρετῶν, ὅσῳ ὅρασις τῶν ἄλλων αἰσθήσεων. [*Anton. Meliss. Serm.* περὶ σοφίας.]

8. Aequalitas bellum non facit.

9. Satietas ex divitiis nascitur, ex satietate contumelia.

10. Illa civitas optime habitatur, in qua boni viri honoribus et contra improbi poenis affici solent.

11. Similis est tyrannis pulchrae regioni, quae exitum non habet.

12. In rebus magnis placere omnibus haud facilè est.

13. Leges similes sunt aranearum telis, quae leve et imbecillum, quod incidit, involvunt ac contegunt, si quid vero majusculum illabitur, fit, ut ruptis telis evadat.

14. Numen divinum et legum latores juvare civitates non possunt, nisi sint, qui multitudinem quovis tempore in quamcunque velint sententiam deducant. Ita scil. et deus et leges utiles sunt ac juvant, si ductores boni sint; sin mali, nihil proficiunt.

15. Qui apud tyrannos auctoritate valent, similes sunt rationum calculis. Ut enim horum quilibet jam plus significat, jam minus: ita tyranni quemvis illorum modo magnum reddunt et splendidum, modo abjectum et contemtum.

16. Vide caveas tibi ab unoquoque homine, ne occultum aliquis gladium habens in animo hilari te appellet vultu linguaque ambiguam sententiam nigrae mentis sonet. [*Lyc.*]

Tu si sapis, fac singulos probe observes,
Ne forte quisquam tegat, quod habet intus,
Telum, et interim vultu loquatur blando,
Ac lingua duplex ex atra sonet mente. [*Stanlei.*]

17. Discenti assidue multa senecta venit.

18. Quantum visus reliquis sensibus, tantum praestat prudentia ceteris virtutibus. [*Anton. Meliss. Serm. de sapientia.*]

19. Ὁ πολλοῖς φοβερὸς ὢν, πολλοὺς φοβείσθω. [*Anton. Serm.* περὶ βασιλέως.]

20. Ὅσον ἐν πολέμῳ δύναται σίδηρος, τοσοῦτον ἐν πολιτείᾳ λόγος εὖ ἔχων ἰσχύει. [*Stob. Cap. LXXIX.* περὶ γραμμάτων.]

21. Τὸ γῆρας ὅρμος ἐστὶ τῶν κακῶν, εἰς αὐτὸ γοῦν πάντα καταφεύγει. [*Anton. Meliss. Serm.* περὶ γερόντων.]

22. Ἐκ χρύσου ποτηρίου πίνειν φάρμακον, καὶ παρὰ φίλου εὐγνώμονος συμβουλίαν λαμβάνειν ταυτόν ἐστιν. [*Anton. Serm.* περὶ φίλων καὶ φιλίας.]

23. Ὁ κατὰ θεὸν φίλος ῥέει μέλι καὶ γάλα τοῖς ἀληθέσι λόγοις. [*Anton. ibid.*]

24. Εἰς ἀρχὴν κατασταθεὶς μηδενὶ χρῶ πονηρῷ πρὸς τὰς διοικήσεις· ὧν γὰρ ἂν ἐκεῖνος ἁμάρτῃ, σοὶ τὰς αἰτίας τῷ ἄρχοντι ἐπιθήσουσι. [*Anton. Meliss. Serm.* περὶ ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας.]

25. Vide supr. Democr. Fragment. Fragmentum 171.

26. Υἱῷ καὶ θυγατρὶ μὴ προσμειδιάσεις, ἵνα μὴ ὕστερον δακρύσῃς. [*Anton. Serm.* περὶ γονέων χρηστῶν.]

27. Σπάνιον εἴσαγε σὸν πόδα πρὸς τὸν φίλον, ἵνα μὴ σοῦ πλησθεὶς μισήσῃ σε. [*Anton. Meliss. Serm.* περὶ φίλων καὶ φιλίας.]

28. Μηδέποτε ὀρεχθῇς κτήσασθαι φίλον τὸν μήτε ψυχὴν μήτε σῶμα εὖ ποιῆσαι δυνάμενον. [*Anton. ibid.*]

29. Ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τοῦ Κροίσου, τίς σοι δοκεῖ εὐδαίμων; Τέλλος ἔφη, Ἀθηναῖος, καὶ Κλέοβις καὶ Βίτων, καὶ τὰ θρυλλούμενα. [*Laert. Lib. I.* §. 50.]

30. Φασὶ δέ τινες, ὅτι κοσμήσας ἑαυτὸν ὁ Κροῖσος παντοδαπῶς καὶ καθίσας εἰς τὸν θρόνον ἤρετο αὐτὸν, εἴ τι θέαμα κάλλιον τεθέαται· ὁ δὲ, ἀλεκτρυόνας, εἶπε, φασιανοὺς καὶ ταώς· φυσικῷ γὰρ ἄνθει κεκόσμηται καὶ μυρίῳ καλλίονι. [*Laert. I,* 51.]

31. Ἐρωτηθεὶς, διὰ τί κατὰ πατροκτόνου νόμον οὐκ ἔθηκε, διὰ τὸ ἀπελπίσαι, ἔφη. [*Idem I,* 59.]

19. Qui multis est terribilis, a multis sibi metuat. [*Anton. Meliss. Serm. de rege.*]

20. Quantum ferrum potest in bello, tantum bona valet oratio in civitate. [*Stobaeus Cap. LXXIX. de literis.*]

21. Senectus malorum portus est, ad quem cuncta confluunt. [*Anton. Meliss. Serm. de senibus.*]

22. Capere consilium de sententia benevoli amici idem est ac si salutare remedium bibas ex aureo poculo. [*Anton. Serm. de amicis.*]

23. Amicus, quem deus alicui adjungit, mel et lac veris sermonibus adspergit.

24. In magistratu collocatus ne utaris ministris improbis: nam quidquid eorum aliquis deliquerit, illius culpa in te conferetur. [*Anton. Meliss. Serm. de magistratu et potestate.*]

26. Liberis arridere noli, ne in posterum fleas. [*Anton. Meliss. Serm. de bonis parentibus.*]

27. Raro in amici aedes ingredere, ne fastidio quodam et satietate abs te abalienetur. [*Anton. Serm. de amicis et amicitia.*]

28. Nolis tibi unquam comparare amicum, qui neque animum tuum neque corpus juvare possit.

29. Interrogatus a Croeso: Quis tibi videtur beatus? Tellus, inquit, Atheniensis et Cleobis et Bito, et adjecit cetera, quae vulgo narrantur.

30. Ajunt quidam, Croesum, cum se mirum in modum exornasset et in solio desedisset, interrogasse Solonem, an pulchrius unquam spectaculum vidisset; illumque dixisse: Gallos gallinaceos, phasianos et pavones, qui naturali nitore et incredibili pulchritudine essent ornati.

31. Cum interrogaretur, cur non tulisset legem de ejus supplicio, qui parentem necasset, respondit, se id neminem facturum putasse.

32. (Ἐρωτηθεὶς) πῶς τε ἥκιστα ἀδικοῖεν οἱ ἄνθρωποι, εἰ ὁμοίως, ἔφη, ἄχθοιντο τοῖς ἀδικουμένοις οἱ μὴ ἀδικούμενοι. [*Laert. ibid.*]

33. Δακρύων τὸν παῖδα τελευτήσαντα, πρὸς τὸν εἰπόντα· ἀλλ' οὐδὲν ἀνύττεις, εἶπε, δι' αὐτὸ τοῦτο δακρύω, ὅτι οὐδὲν ἀνύττω. [*Laert. Lib. I.* §. 63.]

34. Ἐρωτηθεὶς, πῶς ἄριστα αἱ πόλεις οἰκοῖντο, εἶπεν, ἐὰν μὲν οἱ πολῖται τοῖς ἄρχουσι πείθωνται, οἱ δὲ ἄρχοντες τοῖς νόμοις. [*Plutarch. Conviv. VII. Sap.*]

35. Ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Περιάνδρου παρὰ πότον, ἐπεὶ σιωπῶν ἐτύγχανε, πότερα διὰ λόγων σπάνιν, ἢ διὰ μωρίαν σιωπᾷ· ἀλλ' οὐδεὶς ἂν, εἶπε, μῶρος σιωπᾷν ἐν συμποσίῳ δύναται. [*Stob. Serm. XXXIV.* περὶ εὐκαίρως λέγειν.]

36. Παρὰ πόσιν τοῦ ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ μέλος τι Σαπφοῦς ᾄσαντος, ἥσθη τῷ μέλει, καὶ προσέταξε τῷ μειρακίῳ διδάξαι αὐτόν· ἐρωτήσαντος δέ τινος, διὰ ποίαν αἰτίαν τοῦτο ἐσπούδασεν, ὁ δὲ ἔφη· ἵνα μαθὼν αὐτὸ ἀποθάνω. [*Stob. Serm. XXIX.* περὶ φιλοπονίας.]

37. Ἐρωτηθεὶς, εἰ τοὺς ἀρίστους Ἀθηναίοις νόμους ἔγραψεν, ὧν ἂν, ἔφη, προσεδέξαντο τοὺς ἀρίστους. [*Plutarch. in Solon. Opp. Tom. I. p.* 86.]

38. Τῆς Πεισιστράτου δημαγωγίας, ὅτι τυραννίδος ἦν μηχάνημα, φανερᾶς γενομένης, μηδενὸς ἀμύνεσθαι μηδὲ κωλύειν τολμῶντος, ὁ Σόλων ἐξενεγκάμενος τὰ ὅπλα καὶ πρὸ τῆς οἰκίας θέμενος, ἠξίου βοηθεῖν τοὺς πολίτας· πέμψαντος δὲ Πεισιστράτου πρὸς αὐτὸν καὶ πυνθανομένου, τίνι πεποιθὼς ταῦτα πράττει· τῷ γήρᾳ, εἶπεν. [*Plutarch. Lib. an seni gerenda sit respublica.*]

39. Προσπτύσαντος αὐτῷ τινὸς ἠνέσχετο, μεμψαμένου δὲ αὐτῷ ἑτέρου ἐπὶ τούτῳ, εἶτα οἱ μὲν ἁλιεῖς, εἶπεν, ὑπομένουσι ῥαίνεσθαι τῇ θαλάσσῃ, ἵνα κώβιον θηράσωσιν· ἐγὼ δὲ ἀνάσχωμαι τὸ αὐτὸ παθεῖν, ἵνα ἄνθρωπον ἁλιεύσω.

32. Cum interrogaretur, quo pacto homines minime jus violarent: Si non minus, inquit, aegre ferunt injurias ii quibus aliqua, quam quibus nulla infertur.

33. Cum quidam diceret, illo mortem filii lacrymis prosequente, At nihil proficis: at propter hoc ipsum, inquit ille, lacrymo, quod nihil proficio.

34. Interrogatus, quomodo status civitatis optimus esse posset: Si, inquit, cives magistratui obediant et magistratus legibus.

35. Solon inter pocula tacitus interroganti Periandro, taceretne ideo, quod verba ipsi deessent, an quod prodere nollet stultitiam: atqui nullus, inquit, stultus tacere potest in convivio. [*Stob. Serm. XXXIV. de tempestiva oratione.*]

36. Cum audisset inter pocula accinentem fratris filium carmen Sapphicum, quo valde delectaretur, postulavit ab adolescente, se illud ut doceret. Cum autem quidam interrogaret, quam ob causam tam studiose id agitaret, ut prius, inquit ille, ediscam, et deinde moriar. [*Stob. Serm. XXIX. de assiduitate.*]

37. Interrogatus, an optimae sint, quas Atheniensibus dedisset leges: Optimae, respondit, quas accipere illi poterant.

38. Cum palam factum esset, Pisistrati popularitatem tyrannidis esse affectationem, neque quisquam existeret, qui malum hoc repellere prohibereque auderet, Solon, armis suis expeditis et ante aedes collocatis, cives ad ferendam opem hortari coepit. Cumque Pisistratus misso nuntio ab eo quaereret, qua re fretus ista ageret: ille, Senectute, inquit.

39. Cum consputatus a quodam aequo animo ferret contumeliam, atque hoc nomine ab alio quodam reprehenderetur: Piscatores, inquit, patiuntur se conspergi marina, ut gobium capiant, cur hoc idem ego non ferrem, ut hominem acquiram?

ΝΟΜΟΙ ΤΙΝΕΣ.

40. Ἐάν τις μὴ τρέφῃ τοὺς γονέας, ἄτιμος ἔστω· ἀλλὰ καὶ ὁ τὰ πατρῷα κατεδηδοκὼς ὁμοίως. [*Laert. I.* 55.]

41. Τῷ τρέφειν τὸν πατέρα μὴ διδαξάμενον τέχνην ἐπάναγκες μὴ ἔστω. [*Plutarch. in Solon.*]

42. Ὁ ἀργὸς ὑπεύθυνος ἔστω παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι. [*Laert. I*, 55.]

43. Ὁ ἡταιρηκὼς τοῦ βήματος εἰργέσθω. [*Idem ibid.*]

44. Ὁ ἐπίτροπος τῇ τῶν ὀρφανῶν μητρὶ μὴ συνοικείτω. [*Idem I.* §. 56.]

45. Εἰς ὃν ἡ οὐσία ἔρχεται τῶν ὀρφανῶν τελευτησάντων, μὴ ἐπιτροπευέτω. [*Idem ibid.*]

46. Δακτυλιογλύφῳ μὴ ἐξέστω σφραγῖδα φυλάττειν τὴν τοῦ πραθέντος δακτυλίου. [*Laert. I.* 57.]

47. Ἐὰν ἕνα ὀφθαλμὸν ἐκκόψῃ τις, ἀντεκκοπτέσθων οἱ δύο. [*Idem ibid.*]

48. Ἃ μὴ ἔθου, μὴ ἀνέλου, εἰ δὲ μή, θάνατος ἡ ζημία. [*Idem ibid.*]

49. Τῷ ἄρχοντι, ἂν μεθύων ληφθῇ, θάνατος ἡ ζημία ἔστω. [*Idem ibid.*]

50. Ὁ ἐν στάσει μηδετέρας μερίδος γενόμενος ἄτιμος ἔστω. [*Plutarch. Solon. p.* 89.]

51. Μοιχὸν ἀνελεῖν τῷ λαβόντι θέμις ἔστω· ἐὰν δ' ἁρπάσῃ τὶς ἐλευθέρου γυναῖκα καὶ βιάσηται, ζημία ἑκατὸν δραχμαὶ ἔστω, κἂν προαγωγεύῃ, δραχμαὶ εἴκοσι. [*Plutarch. Solon. p.* 90.]

52. Παντὶ λαβεῖν δίκην ὑπὲρ τοῦ κακῶς πεπονθότος ἐξέστω. [*Plutarch. ibid. p.* 88.]

53. Τὸν τεθνηκότα μηδεὶς κακῶς ἀγορευέτω. [*Plut. ib.*]

54. Ζῶντα κακῶς λέγων πρὸς ἱεροῖς καὶ δικαστηρίοις καὶ ἀρχείοις καὶ θεωρίας οὔσης ἀγώνων, τρεῖς δραχμὰς τῷ ἰδιώτῃ, δύο δ' ἄλλας εἰς τὸ δημόσιον ἀποτινέτω. [*Plutarch. ibid.*]

55. Ἐπὶ τοῖς σώμασιν ὀφείλειν μὴ ἐξέστω. [*Idem ib.*]

LEGES QUAEDAM.

40. Qui parentes non alit, infamis esto, similiter et qui patrimonium conviviis dissiparit.

41. Filio patrem alere, qui nullam ipsum artem docuit, necessitas nulla esto.

42. Qui propter desidiam in otio vivit, unicuique accusare volenti obstrictus esto.

43. Qui cum scortis volutatus fuerit, a suggestu arcetor.

44. Tutor cum pupillorum matre non habitato.

45. Ad quem pecunia pupillorum morte pervenit, is tutor ne esto.

46. Sculptori annullorum retinere sigillum ejus, quem vendidit annulum, interdictum esto.

47. Qui alteri unum oculum exsculpserit, ei eruuntor ambo.

48. Quae non posuisti, ne tollas. Qui secus faxit, morte multator.

49. Princeps si ebrius fuerit deprehensus, capite plectitor.

50. Qui in seditione non alterutrius partis fuerit, ignominia notator.

51. Moechum de medio tollere ei, qui deprehendit, fas esto. Si quis liberam mulierem rapuerit et violaverit, centum drachmae mulcta esto, si vero quis lenocinio usus fuerit, drachmae viginti.

52. Supplicium sumere de eo, a quo alius mali aliquid sit perpessus, cuique licitum esto.

53. De mortuo nemo male loquitor.

54. Viventi maledicens in templo, judiciis, principiis, et cum spectacula ludorum exhibentur, tres drachmas homini privato, et alias duas in aerarium publicum pendito.

55. Corpora pro debitis oppignorari nefas esto.

56. *Δῶρον λαβεῖν ἀνδρὶ παρὰ γυναικὸς καὶ γυναικὶ παρ' ἀνδρὸς μὴ ἐξέστω.* [*Idem ibid.*]

(2. Ex aliis.)

56 a. *'Ερομένου τινὸς αὐτὸν, τί νομίζεις τὸ γῆρας; ἀπεκρίνατο· τοῦ ζῆν χειμῶνα.* [*Stob. Serm.* περὶ γήρως.]

57. *Μήτε ἀρχέτω ὁ σφόδρα νέος, μήτε συμβουλευέτω, εἰ καὶ ἄριστα δοκοίη γνώμης ἔχειν.* [*Anthol. Patav.*]

58. *'Ονειδιζόμενος ποτὲ, ὅτι δίκην ἔχων ἐμισθώσατο ῥήτορα, καὶ γὰρ, ἔφη, ὅταν δεῖπνον ἔχω, μάγειρον μισθοῦμαι.* [*Anton. Meliss. Serm.* περὶ παιδείας.]

59. *Δοκεῖ μάλιστ' ἂν ἔνδοξος γενέσθαι καὶ βασιλεὺς καὶ τύραννος, εἰ δημοκρατίαν ἐκ μοναρχίας κατασκευάσειε τοῖς πολίταις.* [*ibid.*]

60. *Δόσεις κύριαι τῶν τελευτώντων.* [*Plut. Problem.*]

61. *'Ο τῶν περισσῶν ζῆλος εὐθὺς ἀκολουθεῖ καὶ συνοικίζεται τῇ χρείᾳ τῶν ἀναγκαίων.* [*Plut. in VII Sap. Conv.*]

62. *Τὸν ὑπερουράνιον τόπον οὔτε τις ὕμνησε τῶν τῆδε ποιητὴς οὔτε ὑμνήσει κατ' ἀξίαν.* [*Aristides Sophist.*]

Supervacaneum duximus his addere Elegias Solonis cum reliquis ejus Fragmentis a Leonh. Lycio editas, cum legantur in omnibus Poetarum Gnomicorum collectionibus et novissima Brunckiana.

III. Χίλωνος.

(1. Ex collectione Leonh. Lycii.)

1. *Μαντικὴν μὴ ἐχθαίρειν.* [*Laert. I, 70.*]

2. *Πρόνοια περὶ τοῦ μέλλοντος λογισμῷ καταληπτὴ ἀνδρός ἐστιν ἀρετή.* [*Id.* §. 68.]

3. *'Ηρεμίᾳ χρῶ.* [*Idem I, 70.*]

4. *'Εν λιθίναις ἀκόναις ὁ χρυσὸς ἐξετάζεται διδοὺς βάσανον φανεράν, ἐν δὲ χρυσῷ ἀνδρῶν ἀγαθῶν τε κακῶν τε νοῦς ἔδωκ' ἔλεγχον.* [*Idem I.* §. 71.]

5. *Πλοῦτος κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ἐστὶν ὑπηρέτης.* [*Anton. Meliss. Serm.* περὶ πλούτου.]

56. Donum accipere sponsum a sponsa et sponsam a sponso nefas esto.

56 a. Cum quidam ex eo quaereret, quid senectutem esse putaret, respondit, vitae hyemem. [*Stob. Serm. de senectute.*]

57. Neque imperet, qui admodum juvenis est, neque de rebus publicis consulat, licet prudentia pollere videatur.

58. Convicianti cuidam, quod litigans cum altero rhetorem conduxisset, respondit: Atqui et coenam cum apparo, conduco coquum. [*Anton. Meliss. Serm. de disciplina.*]

59. Is mihi videtur honoratissimus futurus sive rex sive tyrannus, qui civibus ex monarchia democratiam constituerit.

60. Morientium donationes ratae sunto.

61. Admirationem supervacaneorum statim sequitur necessariorum indigentia eique contubernalis est.

62. Coelum neque laudavit satis poeta mundanus unquam, neque laudabit pro dignitate.

63. Solon ajebat, homini nihil metuendum esse, nisi ne finis ejus philosophiam excedat. [*Jo. Sarisberiensis Policrat. Lib. VIII. Cap. 14. citat. a Stanlejo.*]

III. Chilonis.

1. Divinationem ne oderis.

2. Viri praestantia in hoc est, ut possit rerum futurarum providentiam animo et cogitatione complecti.

3. Quiete utere.

4. Coticula aurum probatur, ut manifestum de se det judicium: auro vero bonorum et improborum hominum mens examinatur.

5. Divitiae improbitatis magis sunt ministrae, quam virtutis et honestatis. [*Anton. Meliss. Serm. de divitiis.*]

6. Τί ἐστι πλοῦτος; Θησαυρὸς κακῶν, ἐφόδιον ἀτυχημάτων, χορηγία πονηρίας. [*Idem ibid.*]

7. Πλοῦτος ἀπὸ κακῆς ἐργασίας ἐπιγενόμενος ἐπιφανέστερον ὄνειδος κέκτηται. [*Idem ibid.*]

8. Δαπανώμενος ἐφ' ἃ μὴ δεῖ, ὀλίγος ἔσῃ ἐφ' ἃ δεῖ. [*Idem Serm.* περὶ ἀσωτίας.]

9. Τὸ μὴ κεκτῆσθαι πλοῦτον βλάβην οὐ κομίζει τοσαύτην· τὸ δὲ τοῖς οὖσι κακῶς κεχρῆσθαι, ἀπόλλυσι τὸν ὄντως, φασὶ, βίον κεχρημένον βίου. [*Idem ibid.*]

10. Πρὸς τὸν ἀδελφὸν δυσφορροῦντα, ὅτι μὴ ἔφορος ἐγένετο, αὐτοῦ ὄντος· ἐγὼ μὲν, ἔφη, ἐπίσταμαι ἀδικεῖσθαι, σὺ δὲ οὔ. [*Laert. I,* 68.]

11. Φασὶ δ' αὐτὸν καὶ Αἴσωπον πυθέσθαι, ὁ Ζεὺς τί εἴη ποιῶν, τὸν δὲ φάναι· τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῦν, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῦν. [*Idem I,* 69.]

12. Ἐρωτηθεὶς, τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων, ἔφη, ἐλπίσιν ἀγαθαῖς. [*Idem ibid.*]

13. Ἐρωτηθεὶς, τί δύσκολον, (ἔφη) τὸ τὰ ἀπόῤῥητα σιωπῆσαι, καὶ σχολὴν εὖ διαθέσθαι, καὶ ἀδικούμενον δύνασθαι φέρειν. [*Idem ibid.*]

14. Πρὸς τὸν εἰπόντα μηδένα ἔχειν ἐχθρὸν, ἔοικας, ἔφη, σὺ μηδὲ φίλον ἔχειν· αἱ γὰρ ἔχθραι ταῖς φιλίαις εὐθὺς ἐπακολουθοῦσι καὶ συμπλέκονται. [*Plutarch. de anima ap. Gell. I.* 3.]

15. Ἐρωτηθεὶς, τί χαλεπώτατον, τὸ γινώσκειν ἑαυτὸν, ἔφη· πολλὰ γὰρ ὑπὸ φιλαυτίας ἕκαστον ἑαυτῷ προστιθέναι. [*Stobaeus Serm. XXI.* περὶ τοῦ γνῶθι σαυτόν.]

16. Λυπουμένου τινὸς ἐπὶ τοῖς αὑτοῦ κακοῖς, εἶπεν· εἰ τὰ πάντα κατανοήσῃς, ἧττον ἐπὶ τοῖς σεαυτοῦ δυσφορήσεις.

(2. Ex aliis.)

17. Κάλλιστός ἐστιν ὁ βασιλεὺς, ὁ μὴ μόνον τοῦ φοβερὸν εἶναι φροντίζει. [*Plutarch. Conviv. VII Sap.*]

6. Divitiae quid sunt? thesaurus malorum, stipendium calamitatum, sumptus flagitiorum.

7. Iis divitiis manifestum dedecus est adjunctum, quae ex illiberali quaestu alicui contigerunt.

8. Si sumptus facias in res, in quas non oportet, destitueris sumptibus, quibus ad res necessarias opus est. [*Anton. Serm. de prodigalitate.*]

9. Tantum tibi incommodi ex eo non est, si divitiis careas, quantum ex eo, si iis, quas habes, male uteris; nam hoc revera, ut ajunt, vitam victu indigentem exstinguit.

10. Fratri aegre ferenti, quod ephorus ipse non crearetur, cum ille esset: Ego, inquit, injuriam ferre novi, tu non.

11. Ajunt, eum ab Aesopo interrogatum: Quidnam ageret Jupiter, respondisse: Excelsa deprimit, depressa extollit.

12. Interrogatus, qua re modesti homines ac frugi ab improbis et nequam differrent, Bona, inquit, spe.

13. Interrogatus, quid esset difficile, respondit: Arcana reticere, et otium recte collocare, et injuriam posse ferre.

14. Ad quendam, qui diceret, se nullum habere inimicum, Videris, inquit, mihi nec amicum habere, nam inimicitiae recte consequuntur amicitias, et his cohaerent.

15. Cum interrogaretur, quid omnium esset difficillimum, se ipsum, inquit, noscere. Multa enim unumquemque caeco sui amore sibi attribuere.

16. Cum quidam moereret suas miserias; Si omnes, inquit, aliorum miserias perspiceres et intelligeres, tuas minus aegre fuisses laturus.

17. Is regum optimus et beatissimus erit, qui non tantum id curat, ut metuatur a subditis.

18. Χίλων καλούμενος (ἐπὶ δεῖπνον) οὐ πρότερον ὡμολόγησεν, ἢ πυθέσθαι τῶν κεκλημένων ἕκαστον· ἔφη γὰρ, ὅτι σύμπλουν ἀγνώμονα δεῖ φέρειν καὶ σύσκηνον, οἷς συμπλεῖν ἀνάγκη καὶ συστρατεύεσθαι· πρὸς δὲ τὸ συμπόσιον ἑαυτὸν, ὡς ἔτυχε, καταμιγνύειν οὐ νοῦν ἔχοντος ἀνδρός ἐστιν. [*Idem ib. p.* 148.]

IV. Πιττακοῦ.

(1. Ex collectione L. Lycii.)

1. Τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς πλεῖον. [*Laert. I.* §. 75.]
2. Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι. [*Idem I,* 76.]
3. Ἀρχὴ ἄνδρα δεικνύει. [*Idem ibid.*]
4. Ἀνάγκῃ δ' οὐ θεοὶ μάχονται. [*Idem ibid.*]
5. Τὰς νίκας ἄνευ αἵματος ποιοῦ. [*Idem I,* 77.]
6. Εὐχάριστον ὁ χρόνος. [*Idem ibid.*]
7. Ἡδονὴ σὺν τῷ καλῷ δίκαιον. [*Stob. Serm. IX.* περὶ δικαιοσύνης.]
8. Συνετῶν ἀνδρῶν, πρὶν γενέσθαι τὰ δυσχερῆ, προνοῆσαι, ὅπως μὴ γένηται, ἀνδρείων δὲ, γενόμενα εὖ θέσθαι. [*Laert. I,* 77.]
9. Ἔχοντα δεῖ τόξον καὶ ἰοδόκον φαρέτρην
Στείχειν ποτὶ φῶτα κακόν.
Πιστὸν γὰρ οὐδὲν γλῶσσα διὰ στόματος λαλεῖ
Διχόμυθον ἔχουσα κραδίῃ νόημα. [*Laert. I,* 78.]
10. Τῶν μὲν ἀγρίων θηρίων κάκιστον ὁ τύραννος· τῶν δὲ ἡμέρων ὁ κόλαξ. [*Plutarch. Conviv. VII Sap.*]
11. ΝΟΜΟΣ. Τῷ μεθύοντι, ἐὰν ἁμάρτῃ, διπλῆ ζημία ἔστω. [*Laert. I,* 76.]
12. Κροίσου διδόντος χρήματα οὐκ ἐδέξατο, εἰπὼν, ἔχειν ὧν ἐβούλετο διπλάσια· ἄπαιδος γὰρ τἀδελφοῦ τελευτήσαντος κεκληρονομηκέναι. [*Idem I,* 75.]
13. Τῶν Κυμαίων πεμψάντων αὐτῷ φονέα, μαθὼν καὶ ἀπολύσας, εἶπε· συγγνώμη μετανοίας κρείσσων. [*Idem I,* 76.]

18. Chilo cum vocaretur ad convivium, non ante condixit, quam eorum, qui invitarentur eodem, nomina singulatim cognovisset: dicebat enim, quibuscum necesse esset una navigare aut militare, eorum etiam molesto comitatu ac contubernio utendum esse: ultro autem qualibuscunque admiscere se convivis, non esse sani hominis.

IV. Pittaci.

1. Dimidium plus toto.
2. Difficile est bonum esse.
3. Magistratus virum declarat.
4. Necessitati ne dii quidem resistunt.
5. Victorias sine sanguine acquire.
6. Tempus maxime gratum est.
7. Honesta voluptas jure conceditur.

8. Virorum sapientum est, adversa, antequam eveniant, praevidere, ne contingant: fortium vero, quae acciderint, aequi bonique facere.

9. Sumpto arcu et jaculis sagittiferaque pharetra
Impetendum hominem improbum.
Nam fidum nihil lingua loqui valet,
Dum cordi duplex alte insedit sensus.

10. Agrestium animalium pessimus est tyrannus, cicurum vero assentator.

11. LEX. Ei, qui ebrius delinquit, duplex poena irrogator.

12. Pecunias, quae a Croeso offerebantur, accipere noluit, quod diceret, se dupla habere ea, quae vellet: adiisse enim se bonorum fratris sine liberis defuncti haereditatem.

13. Cum homicidam ad ipsum misissent Cumani, cognita caussa absolvit reum, quod diceret: Veniam praestare poenitentiae.

14. Ἐρωτηθεὶς, τί ἄριστον; ἔφη τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, καὶ ὑπὸ Κροίσου, τίς ἀρχὴ μεγίστη; ἡ τοῦ ποικίλου, ἔφη, ξύλου· σημαίνων τὸν νόμον. [*Laert. I.* §. 77.]

15. Ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Μυρσίλου, τί παράδοξον εἴη ἑωρακὼς, ἀπεκρίνετο τύραννον γέροντα.

16. Vide supr. Chilonis Sentent. 18.

17. Ἐπύθετό τινος, διότι οὐ βούλεται γῆμαι. τοῦ δὲ φήσαντος· ἐὰν μὲν καλὴν γήμω, ἕξω κοινὴν, ἐὰν δὲ αἰσχρὰν, ἕξω ποινήν· οὐμενοῦν, ἔφη, ἀλλ' ἐὰν μὲν καλὴν γήμῃς, οὐχ ἕξεις ποινὴν, ἐὰν δὲ αἰσχρὰν, οὐχ ἕξεις κοινήν. [*Stob. Serm.* ὅτι κάλλιστον γάμος.]

18. Ἐρωτηθεὶς, εἰ λανθάνει τὶς τοὺς θεοὺς φαῦλον τὶ ποιῶν, εἶπεν· οὔ, οὐδὲ διανοούμενος. [*Theon Sophist.*]

19. Ἑστιῶν ξένους, ἐπελθοῦσα ἡ γυνὴ μετ' ὀργῆς ἀνέτρεψε τὴν τράπεζαν. Τῶν δὲ ξένων διατραπέντων, ἑκάστῳ τὶ, ἔφη, ἡμῶν κακόν ἐστιν, ᾧ δὲ τοὐμὸν, ἄριστα πράττει.

Οὗτος μακάριος ἐν ἀγορῇ νομίζεται,
Ὅταν δ' ἀνοίξῃ τὴν θύραν, τρισάθλιος.
Γυνὴ κρατεῖ πάντων, ἐπιτάττει, μάχετ' ἀεί.
Ἀπὸ πλειόνων ὀδυνᾶτ'· ἐγὼ δ' ἀπ' οὐδενός. [*Plut. de animi tranquillit. Opp. Tom. II. p.* 471.]

20. Ἐν τῇ Μιτυλήνῃ κατεσκεύασε τοῖς ἱεροῖς κλίμακα, εἰς οὐδεμίαν μὲν χρῆσιν ἐπιτήδειον, αὐτὸ δὲ τοῦτο ἀνάθημα εἶναι, αἰνιττόμενος τὴν ἐκ τῆς τύχης ἄνω καὶ κάτω μετάπτωσιν τρόπον τινὰ, τῶν μὲν εὐτυχούντων ἀνιόντων, κατιόντων δὲ τῶν δυστυχούντων. [*Aelian. Var. Hist. II,* 29.]

21. Παρακαλούμενος υἱῷ καὶ πατρὶ διαιτῆσαι, εἶπε πρὸς τὸν υἱόν· εἰ μὲν ἀδικώτερα μέλλεις λέγειν τοῦ πατρὸς, κατακριθήσῃ· εἰ δὲ δικαιότερα, διὰ τοῦτο αὐτὸ ἄξιος εἶ κατακριθῆναι. [*Stobaeus Serm. LXXVII.* ὡς δεῖ τοὺς γονεῖς τῆς καθηκούσης τιμῆς καταξιοῦσθαι παρὰ τῶν τέκνων.]

14. Interrogatus, quid esset optimum, praesentem, inquit, fortunam boni consulere: et a Croeso, quod imperium valeret plurimum, Ligni, inquit, varii imperium, significans leges.

15. Cum interrogaretur a Myrsilo: Quidnam admirabile in vita vidisset; respondit, tyrannum senem.

17. Cum interrogasset quendam, quamobrem nollet uxorem ducere; et ille diceret: Si formosam duxero, habiturus sum communem: sin deformem, poenam: Nequaquam, inquit ipse, sed si pulchram duxeris, non habebis poenam: sin deformem, non communem.

18. Interrogatus, fugerentne deos mala facinora: Minime, inquit, ac ne cogitationes quidem.

19. Cum hospitibus praeberet convivium, ad illos ingressa uxor commota mensam evertit. Cumque hospites conturbarentur: unusquisque, inquit, vestrum aliqua premitur miseria. Qui vero ita miser est, ut ego, cum eo praeclare agitur.

Beatus ille existimatur in foro.
Sed cum fores reclusit, est miserrimus.
Uxor regit omnia, mandat, semper dimicat.
Vobis dolent permulta, mihi vero nihil.

20. Mitylenae in templo scalam extruxit, alium ad usum nullum accommodatam, quam ut esset templi donarium, quo significabat fortunae ad superiorem et inferiorem statum commutationem, quum fortunati quodam modo ascendere, infortunati descendere videantur.

21. Cum arbiter caperetur inter filium et patrem; ad filium: si iniquior, inquit, erit causa tua, quam patris, condemnaberis: sin aequior, propter hoc merito debes condemnari, quod contra patrem agis. [*Stob. Serm. LXXVII. quod liberos honorem debitum praestare parentibus oporteat.*]

(2. Ex aliis.)

22. Πρὸς τὸν Φωκαϊκὸν φάσκοντα δεῖν ζητεῖν ἄνθρωπον σπουδαῖον, ἂν λίαν, ἔφη, ζητεῖς, οὐχ εὑρήσεις. [*Laert. I, 77.*]

23. Πιττακὸς Περιάνδρῳ τῷ Κορινθίῳ παρῄνει μὴ μεθύσκεσθαι, μηδὲ κωμάζειν, ἵν', ἔφη, μὴ γνωσθῇ, οἷος ἂν τυγχάνεις, ἀλλ' οὐχ οἷος προσποιῇ. [*Athenaeus Lib. X. pag. 472. Casaub.*]

24. Κάτοπτρον εἴδους χαλκός ἐστ', οἶνος δὲ νοῦ. [*Idem Lib. X.*]

25. Οἱ νέοι φιλοχρήματοι ἥκιστα διὰ τὸ μήπω ἐνδείας πεπειρᾶσθαι, ὥσπερ τὸ Πιττακοῦ ἔχει ἀπόφθεγμα εἰς Ἀμφιάραον. [*Aristotel. Rhet. II. C. XII.*]

26. Πρὸς τὸν πυνθανόμενον, τί ἀφανές; τὸ μέλλον, ἔφη.

27. Ξεῖνος Ἀταρνείτης τις ἀνήρετο Πιττακὸν οὕτω,
Τὸν Μιτυληναῖον, παῖδα τὸν Ὑῤῥαδίου·
Ἄττα γέρον, δοιός με καλεῖ γάμος· ἡ μία μὲν δὴ
Νύμφη καὶ πλούτῳ καὶ γενεῇ κατ' ἐμέ·
Ἡ δ' ἑτέρη προβέβηκε. Τί λώϊον; εἰ δ' ἄρα σύν μοι
Βούλευσον, ποτέρην εἰς ὑμέναιον ἄγω.
Εἶπεν. Ὁ δὲ σκίπωνα, γεροντικὸν ὅπλον, ἀείρας·
Ἠνίδε, κεῖνοι σοὶ πᾶν ἐρέουσιν ἔπος.
Οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πληγῇσι θοὰς βέμβικας ἔχοντες
Ἔστρεφον εὐρείῃ παῖδες ἐνὶ τριόδῳ.
Κείνων ἔρχεο, φησί, μετ' ἴχνια. Χὼ μὲν ἐπέστη
Πλησίον· οἱ δ' ἔλεγον· Τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.
Ταῦτ' ἀΐων ὁ ξεῖνος ἐφείσατο μείζονος οἴκου
Δράξασθαι, παίδων κληδόνι συνθέμενος·
Τὴν δ' ὀλίγην, ὡς κεῖνος, ἐς οἶκον ἀπήγετο νύμφην.
Οὕτω καὶ σύ γ' ἰὼν τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.

[*Callimachus ap. Laertium I. §. 80.*]

V. Θαλοῦ.

(E collectione L. Lycii.)

1. Θεῶν πλέα πάντα. [*Stob. Eclog. Lib. I. Cap. I.*]

22. Phocaico euidam dicenti, quaerendum esse frugi virum, dixit: Si nimio studio illum quaesieris, non invenies.

23. Pittacus Periandrum Corinthium monuit, ut ebrietatem fugeret et comessationes, ne talis esse cognosceretur, qualis esset, non qualem se fingeret.

24. Speculum aereum formae, vinum mentis est index.

25. Adolescentes minime sunt studiosi pecuniae, quia nondum experti sunt egestatem: quale est illud Pittaco dictum de Amphiarao.

26. Interrogatus a quodam, quid obscurum esset, respondit: Quod futurum est.

27. Nuper Atarneus rogitabat Pittacum hospes
Hyrradii natum, quem Mitylene tulit:
Chare senex, gemina invitat me taeda: puella
Una mihi par est gente simulque opibus;
Altera sed praestat. Tu fare quod expedit, oro,
Ducenda in thalamos utra mihi uxor erit?
Dixerat: ille brevi elato, senis arma, bacillo,
Ecce, ait, hi totam rem, mihi crede, docent.
Illi autem celeres scuticis levioribus orbes
Gyrabant latis in triviis pueri.
I, sequere illorum vestigia, dicit; at illi;
Accedit, recinunt: Tu tibi sume parem.
Haec ubi deprendit juvenum aequis lusibus hospes
Commonitus, magnis aedibus abstinuit,
Ac tenuem modicas uxorem duxit in aedes.
Ergo Dion, posthac tu tibi sume parem.

V. Thaletis.

1. Deorum plena sunt omnia.

2. Οὔτι τὰ πολλά γ' ἔπη φρονίμην ἀπεφήνατο δόξαν.
"Εν τι μάτευε σοφὸν, ἕν τι κεδνὸν αἱροῦ.
Λύσεις γὰρ ἀνδρῶν κωτίλων γλώσσας ἀπεραντολόγους.
[*Laert. I.* §. 35.]

3. Πρεσβύτατον τῶν ὄντων Θεός· ἀγέννητον γάρ. Κάλλιστον κόσμος· ποίημα γὰρ Θεοῦ. Μέγιστον τόπος· ἅπαντα γὰρ χωρεῖ. Τάχιστον νοῦς· διὰ παντὸς γὰρ τρέχει. Ἰσχυρότατον ἀνάγκη· κρατεῖ γὰρ πάντων. Σοφώτατον χρόνος· εὑρίσκει γὰρ πάντα. Κοινότατον ἐλπίς· καὶ γὰρ οἷς ἄλλο μηθὲν, αὕτη πάρεστι. Ὠφελιμώτατον ἀρετή· καὶ γὰρ τἆλλα τῷ χρῆσθαι καλῶς ὠφέλιμα ποιεῖ. Βλαβερώτατον κακία· καὶ γὰρ τὰ πλεῖστα βλάπτει παραγενομένη. Ῥᾷστον τὸ κατὰ φύσιν· ἐπεὶ πρὸς ἡδονάς γε πολλάκις ἀπαγορεύουσιν. [*Plutarch. Conviv. VII Sapient. p.* 155. *A.*]

4. Δεῖ τὰ μὲν εἰκότα λέγειν, τὰ δὲ ἀμήχανα σιωπᾷν. [*Plutarch. ibid. p.* 160.]

5. Δεῖ τοῖς ἐχθροῖς καὶ περὶ τῶν πιστῶν ἀπιστεῖν, τοῖς δὲ φίλοις καὶ τὰ ἄπιστα πιστεύειν. [*Idem ibid.*]

6. Τῆς μητρὸς ἀναγκαζούσης αὐτὸν γῆμαι, νὴ Δία, ἔλεγεν, οὐδέπω καιρός. εἶτα ἐπειδὴ παρήβησεν, ἐγκειμένης εἶπε· οὐκέτι καιρός. [*Laert. I,* 26.]

7. Ἐρωτηθεὶς, διὰ τί ἀκμάζων οὐκ ἐπαιδοποίησεν, ἀπεκρίνατο· διότι τὸ ζῆν οὐκ ἐβουλόμην λύπαις αὐθαιρέτοις κατεγγυῆσαι. [*Stob. Serm. LXVI.* ὅτι οὐκ ἀγαθὸν τὸ γαμεῖν.]

8. Βουλόμενος δεῖξαι ῥᾷον εἶναι πλουτεῖν, φορᾶς μελλούσης ἔσεσθαι προνοήσας ἐμισθώσατο τὰ ἐλαιούργεια καὶ πάμπλειστα συνεῖλε χρήματα. [*Laert. I.* §. 26.]

9. Ἔφασκε τριῶν τούτων ἕνεκα χάριν ἔχειν τῇ τύχῃ, πρῶτον μὲν, ὅτι ἄνθρωπος ἐγένετο καὶ οὐ θηρίον, εἶτα, ὅτι ἀνὴρ καὶ οὐ γυνὴ, τρίτον, ὅτι Ἕλλην καὶ οὐ βάρβαρος. [*Laert. I.* §. 33.]

2. Verba probant sanam neutiquam plurima mentem. Unum aliquid sapiens quaere, unum aliquid eximium elige. Ita enim refutabis loquaces garrulorum hominum linguas.

3. Antiquissimum omnium est deus, quia nunquam esse coepit. Pulcherrimum mundus: opus enim dei est. Maximum locus: capit enim omnia. Velocissimum mens et cogitatio: nam per omnia discurrit. Robustissimum necessitas sive fatum: superat enim omnia. Sapientissimum tempus: invenit enim omnia. Communissimum spes: nam quibus nihil aliud est, iis haec superest. Utilissimum virtus: nam alia reddit utilia, si bene iis homines utantur. Nocentissima est vitiositas: nocet enim bonis etiam, si attigerit. Quod naturae instinctu fit, facillime fit: unde colligimus, voluptates non esse prorsus secundum naturam, cum saepe homines satietate illarum afficiantur.

4. Dicenda sunt probabilia, incerta et inexplicabilia tacenda.

5. Inimicis fides de rebus etiam fide dignis habenda non est: amicis credendum, etiamsi minus certa dixerint.

6. Cum urgeret illum mater, ut uxorem duceret: Profecto nondum tempus est, inquit. Deinde illa iterum instante, cum jam esset aetate provectior: Tempus, inquit, jam amplius non est.

7. Cum interrogaretur, quamobrem in aetatis flore liberis operam non dedisset: Quia nolui, inquit, vitam meam molestis sponte accersitis quasi despondere.

8. Cum vellet ostendere, philosophum facile pecuniam facere posse, postquam scientia quadam animadvertit, olearum ubertatem fore, conduxit oliveta et quam plurimum contraxit pecuniae.

9. Ajebat, se trium rerum caussa gratiam habere fortunae; primum, quod homo natus esset, non bestia: deinde, quod vir, non mulier: tertio, quod Graecus, non barbarus.

10. Οὐδὲν ἔφη τὸν θάνατον διαφέρειν τοῦ ζῆν. Σὺ οὖν, ἔφη τις, διὰ τί οὐκ ἀποθνήσκεις; Ὅτι, ἔφη, οὐδὲν διαφέρει. [*Idem I*, 35.]

11. Πρὸς τὸν πυθόμενον, τί πρότερον ἐγεγόνει, νὺξ ἢ ἡμέρα· ἡ νὺξ, ἔφη, μιᾷ ἡμέρᾳ πρότερον. [*Idem I*, 36.]

12. Ἠρώτησέ τις αὐτὸν, εἰ λήθοι θεοὺς ἄνθρωπος ἀδικῶν· ἀλλ' οὐδὲ διανοούμενος, ἔφη. [*Idem ibid.*]

13. Πρὸς τὸν μοιχὸν ἐρόμενον, εἰ ὀμόσει μὴ μεμοιχηκέναι· Οὐ χεῖρον, ἔφη, μοιχείας ἐπιορκία. [*Idem ibid.*]

14. Ἐρωτηθεὶς, τί δύσκολον, ἔφη· τὸ ἑαυτὸν γνῶναι. τί δὲ εὔκολον; τὸ ἄλλῳ ὑποτίθεσθαι. τί ἥδιστον; τὸ ἐπιτυγχάνειν. τί τὸ θεῖον; τὸ μὴ ἀρχὴν ἔχον, μήτε τελευτήν. τί δύσκολον εἴη τεθεαμένος; γέροντα ἔφη τύραννον. πῶς ἄν τις ἀτυχίαν ῥᾷστα φέροι; εἰ τοὺς ἐχθροὺς χεῖρον πράσσοντας βλέποι. πῶς ἂν ἄριστα καὶ δικαιότατα βιώσαιμεν; ἐὰν, ἃ τοῖς ἄλλοις ἐπιτιμῶμεν, αὐτοὶ μὴ δρῶμεν. τίς εὐδαίμων; τὸ σῶμα ὑγιὴς, τὴν δὲ τύχην εὔπορος, τὴν δὲ ψυχὴν εὐπαίδευτος. [*Idem ibid.*]

15. Ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, πόσον ἀπέχει τὸ ψεῦδος τοῦ ἀληθοῦς· ὅσον, ἔφη, ὀφθαλμοὶ τῶν ὤτων. [*Anton. et Maxim. Serm.* περὶ ἀληθείας.]

(2. Ex aliis.)

16. Θαλῆς ἔφησεν, ὅτι σαφέστατος ἔλεγχος πραγμάτων ἁπάντων ἐστὶν ὁ χρόνος· οὗτος γὰρ τὴν ἀλήθειαν ἐμφανίζει. [*Stob. Eclog. Lib. I. Cap. IX. pag.* 248. *ed. Heeren.*]

17. Εὐδαιμονίαν ἄρχοντος νόμιζε, εἰ τελευτήσει ἐγγηράσας κατὰ φύσιν.

VI. Βίαντος.

(1. E collectione L. Lycii.)

1. Ἀστοῖσιν ἄρεσκε πᾶσιν, ἐν πόλει αἴκε μένῃς·
Πλείσταν γὰρ ἔχει χάριν. αὐθάδης δὲ τρόπος
Πολλάκι βλαβερὰν ἐξέλαμψεν ἄταν. [*Diog. Laert. I.* §. 85.]

2. Τὸ μὲν ἰσχυρὸν γενέσθαι τῆς φύσεως ἔργον· τὸ

10. Mortem nihil a vita differre dicebat. Quodam autem objiciente, cur igitur non moreris? Ob hoc ipsum, inquit, quia nihil inter haec interest.

11. Cuidam sciscitanti, utrum prior extitisset, nox an dies: nox, inquit, una die prior.

12. Cum interrogaret eum quispiam, an lateret deos homo faciens aliquid sceleris? At ne dum cogitat quidem, inquit.

13. Ad moechum interrogantem, an deberet jurare, non fecisse se stuprum: Nonne est, inquit, perjurium majus stupro flagitium?

14. Cum interrogaretur, quid esset difficile? Se ipsum, inquit, nosse. Quid contra facile? Alteri dare consilium. Quid dulcissimum? Voti compotem fieri. Quid numen divinum? Quod et initio et fine careat. Quid rarissimum vidisset in vita? Senem, inquit, tyrannum. Quo pacto quis facillime adversam ferret fortunam? Si videat inimicos majoribus malis obnoxios. Qua ratione fieri possit, ut optime justissimeque vivamus? Si, quae in aliis reprehendimus, ea non faciamus ipsi. Quis esset felix? Qui corpore sanus, fortuna locuples, et animo liberaliter institutus.

15. Interrogatus, quantum distaret a veritate mendacium: Quantum, inquit, ab auribus oculi.

16. Thales ajebat, certissimum omnium rerum elenchum esse tempus, quod veritatem patefaceret.

17. Beatum principem judica, qui senex morteque naturali ac placida, non violenta, e vita excesserit.

VI. Biantis.

1. *Civibus placere omnibus stude, si in urbe habitare velis:*
Habet enim id multum gratiae: contra vero
Fastus et superbia multum nocuerunt.

2. Nasci corpore robusto naturae munus est, sed

δὲ λέγειν δύνασθαι τὰ συμφέροντα τῇ πόλει ψυχῆς ἴδιον καὶ φρονήσεως. εὐπορία δὲ χρημάτων πολλοῖς καὶ διὰ τύχην περιγίνεται. [*Idem I*, 86.]

3. Ἀτυχὴς ὁ ἀτυχίαν μὴ φέρων. [*Id. ibid.*]

4. Νόσος ψυχῆς τὸ τῶν ἀδυνάτων ἐρᾶν. [*Idem ibid.*]

5. Ἀλλοτρίων κακῶν ἀμνημόνευτος ἴσθι. [*Idem ibid.*]

6. Οὕτω πειρῶ ζῆν, ὡς καὶ ὀλίγον καὶ πολὺν χρόνον βιωσόμενος. [*Idem ibid.*]

7. Οἱ ἀγαθοὶ εὐαπάτητοι.

8. Ἐοίκασι τοῖς ὄμμασι τῆς γλαυκὸς οἱ περὶ τὴν ματαίαν σοφίαν ἠσχοληκότες· καὶ γὰρ ἐκείνης αἱ ὄψεις νυκτὸς μὲν ἔῤῥωνται, ἡλίου δὲ λάμψαντος ἀμαυροῦνται· καὶ τούτων ἡ διάνοια ὀξυτάτη μέν ἐστι πρὸς τὴν ματαιότητος θεωρίαν, πρὸς δὲ τὴν ἀληθινοῦ φωτὸς κατανόησιν ἐξαμαυροῦνται. [*Stob. Serm. III.* περὶ φρονήσεως.]

9. Τόπων μεταβολαὶ οὔτε φρόνησιν διδάσκουσιν, οὔτε ἀφροσύνην ἀφαιροῦνται. [*Anton. Meliss. Serm.* περὶ σοφίας.]

10. Οἱ φρόνιμοι μᾶλλον ὑπὸ τῶν ἀφρόνων, ἢ ἄφρονες ὑπὸ τῶν φρονίμων ὠφελοῦνται· οὗτοι μὲν γὰρ φυλάττονται τὰς ἐκείνων ἁμαρτίας, ἐκεῖνοι δὲ τὰς τούτων μὴ μιμοῦνται κατορθώσεις. [*Maxim. Serm.* περὶ φρονήσεως.]

11. Δεῖ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα μεμνῆσθαι μὲν τῶν γεγενημένων, πράττειν δὲ τὰ ἐνεστῶτα, περὶ δὲ τῶν μελλόντων ἀσφαλίζεσθαι. [*Idem ibid.*]

12. Μία ἐστὶν ἀρχὴ τοῦ καλῶς βουλεύεσθαι τὸ γνῶναι, περὶ ὅτου ὁ λόγος· εἰ δὲ μή, τοῦ παντὸς ἁμαρτάνειν ἀνάγκη. [*Idem ibid.*]

13. Τοὺς αἰτουμένους παρὰ τῶν θεῶν φρένας ἀγαθάς, καὶ μὴ ἑαυτοὺς παιδεύοντας, ἀναισθήτους ἔφασκεν εἶναι. οὔτε γὰρ ζωγράφον εὐχόμενον τοῖς θεοῖς δοῦναι αὐτῷ γραμμὴν καὶ εὐχροιαν, λαβεῖν ἄν, εἰ μὴ μάθοι τέχνην, οὔτε μουσικὸν γενέσθαι ποτ᾽ ἂν ἕνεκεν εὐχῆς, εἰ μὴ τὰ μουσικὰ μάθοι. τὸν δὲ αὐτὸν τρόπον οὔτ᾽ ἂν φρόνιμον τινὰ γενέσθαι εὐχόμενον, εἰ μὴ τούτων τὴν μάθησιν λάβοι. [*Anton. et Maxim. Serm.* περὶ προσευχῆς.]

posse dicere conducibilia patriae animae prudentis proprium est. Pecuniarum autem copia multis etiam fortuito contingit.

3. Infelix, qui infelicitatem ferre non potest.

4. Animi quidem morbus est appetere, quae consequi nequeas.

5. De aliorum incommodis ne mentionem facias.

6. Vitae tempus ita metire, quasi et diu et parum sis victurus.

7. Boni viri facile decipiuntur.

8. Qui doctrinae vacant inani, similes sunt oculis noctuarum, qui noctu quidem valent, sed sole splendente caecutiunt. Sic illorum mens valde quidem acuta est, ad contemplationem vanitatis quod attinet, sed ad veri luminis oppositum obscuratur. [*Stob. Serm. III. de prudentia.*]

9. Locorum mutationes ut prudentiam non conciliant, ita nec ab imprudentia liberum reddunt.

10. Prudentes magis juvantur ab imprudentibus, quam hi ab illis. Nam illi cavent sibi ab horum delictis, hi illorum recte facta non imitantur.

11. Vir praestans praeterita debet memoria complecti, praesentia tractare, et futuris adhibere cautionem.

12. Unum est principium bene consultandi nosse id, de quo agitur. Quod nisi fiat, fieri aliter nequit, quin toto coelo erretur.

13. Qui mentem bonam et sagacem a deo petunt, et discendo se ipsos non erudiunt, eos esse stupidos dicebat. Neque enim pictorem voti compotem fieri, si petat a deo, ut ipsi largiatur scientiam ducendi lineas et miscendi colores, nisi artem pingendi didicerit; neque musicum aliquem evasurum optando, nisi canendi artem didicerit: ita nec prudentem, nisi disciplinam earum rerum, quae prudentiam constituunt, perceperit. [*Anton. et Maxim. Serm. de oratione.*]

14. Ἐρωτηθεὶς, τί δυσχερὲς, τὸ ἐπὶ χεῖρον, ἔφη, μεταβολὴν εὐγενῶς ἐνεγκεῖν. [*Laert. I*, 86.]

15. Ἐρωτηθεὶς, ποῖος τῶν θανάτων κακὸς, ἔφη· ὁ ἀπὸ τῶν νόμων ὑπαγόμενος. [*Anton. et Maxim. Serm.* περὶ θανάτου.]

16. Ἐρωτηθεὶς, τίς ἄριστος σύμβουλος; ὁ καιρὸς, ἔφη. [*Idem Serm.* περὶ φρονήσεως.]

17. Συμπλέων ποτὲ ἀσεβέσι, χειμαζομένης τῆς νεὼς, κἀκείνων τοὺς θεοὺς ἐπικαλουμένων, σιγᾶτε, ἔφη, μὴ αἴσθωνται ὑμᾶς ἐνθάδε πλέοντας. [*Laert. I*, 86.]

18. Ἐρωτηθεὶς ὑπ' ἀσεβοῦς ἀνθρώπου, τί ποτέ ἐστιν εὐσέβεια; ἐσίγα· τοῦ δὲ τὴν αἰτίαν τῆς σιγῆς πυθομένου, σιωπῶ, ἔφη, ὅτι περὶ τῶν οὐδέν σοι προσηκόντων πυνθάνῃ. [*Idem ibid.*]

19. Ἐρωτηθεὶς, τί γλυκὺ ἀνθρώποις; Ἐλπὶς, ἔφη. καὶ τί τῶν κατὰ τὸν βίον ἄφοβον; ὀρθὴ συνείδησις. [*Idem ibid.*]

20. Θανάτῳ μέλλων καταδικάζειν τινὰ ἐδάκρυσεν. εἰπόντος δέ τινος, τί παθὼν αὐτὸς καταδικάζεις καὶ κλαίεις; εἶπεν, ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστι τῇ μὲν φύσει τὸ συμπαθὲς ἀποδοῦναι, τῷ δὲ νόμῳ τὴν ψῆφον. [*Anton. et Max. Serm.* περὶ ἐλεημοσύνης.]

21. Τῷ πυθομένῳ, τί τῶν ζώων χαλεπώτατόν ἐστιν, ἀπεκρίνατο, ὅτι τῶν μὲν ἀγρίων ὁ τύραννος, τῶν δὲ ἡμέρων ὁ κόλαξ. [*Plutarch. de adulat. et amici discrim.*]

22. Πρός τινα πονηρὸν ἔφη, ὡς οὐ δέδιε, μὴ οὐ δῷ δίκην, ἀλλὰ μὴ οὐκ αὐτὸς ἐπίδῃ.

23. Ἀμάσιδι κελευσθεὶς τὸ χρηστότατον ὁμοῦ καὶ φαυλότατον ἀποπέμψαι κρέας τοῦ ἱερείου, τὴν γλῶτταν ἐξελὼν ἀπέπεμψεν, ὡς καὶ βλάβας καὶ ὠφελείας τοῦ λέγειν ἔχοντος. [*Plutarch. de audit.*]

24. Θεασάμενος μάχαιραν ἐῤῥιμμένην, ἔφη· τίς σε ἀπώλεσεν, ἢ τίνα σύ; [*Maxim. Serm.* περὶ θανάτου.]

(2. Ex aliis.)

25. Ἥδιον ἔλεγε δικάζειν μεταξὺ ἐχθρῶν ἢ φίλων· τῶν

14. Cum interrogaretur, quid esset difficile: ferre, inquit, fortiter mutationem rerum in deterius.

15. Interrogatus, quaenam mors mala esset et inhonesta? Illa, inquit, quam leges inferunt.

16. Interrogatus, quis optimus esset consiliarius: Occasio, inquit.

17. Navigans aliquando cum impiis quibusdam, cum navis adversa tempestate jactaretur, illique deos invocarent: Silete, inquit, ne illi vos hic navigare sentiant.

18. Interrogatus ab homine impio, quidnam esset pietas, nihil respondit. Cumque ille silentii caussam sciscitaretur: Taceo, inquit, quia de rebus nihil ad te pertinentibus interrogas.

19. Cum interrogaretur, quid esset dulce hominibus: Spes, inquit. Et, quae res in vita metu careret: Recta conscientia.

20. Cum quendam capite damnaturus esset, lacrymas profudit. Quaerente autem quopiam: Quid est quod fles, cum ipse feras contra miserum sententiam? Quia, inquit, necesse est, me et naturae humanae vicem dolere, et secundum legem sententiam ferre.

21. Percontanti, quod esset animal maxime perniciosum, respondit: Inter agrestia tyrannus, inter mansueta adulator.

22. Ad scelestum quendam dixit, hoc se non vereri, ne aliquando ille poenas daturus esset, sed illud, ut spectator ipse esse posset.

23. Cum juberetur Amasidi optimam simul et pessimam mittere carnem de sacrificio, linguam exemtam misit, ut quae damna et commoda in dicendo praestaret maxima.

24. Conspicatus ensem projectum: Quis te, inquit, perdidit, aut quem tu? [*Max. Serm. de morte.*]

25. Malle se inter inimicos, quam inter amicos ju-

μὲν γὰρ φίλων πάντως ἐχθρὸν ἔσεσθαι τὸν ἕτερον· τῶν δὲ ἐχθρῶν τὸν ἕτερον φίλον. [*Laert. I, 86.*]

26. Ἐρωτηθεὶς, τί ποιῶν ἄνθρωπος τέρπεται; ἔφη· κερδαίνων. [*Idem ibid.*]

27. Ἔλεγε καὶ φιλεῖν ὡς μισήσοντας· τοὺς γὰρ πλείστους εἶναι κακούς. [*Idem ibid.*]

28. Μακάριός ἐστιν ὁ πλουτῶν καὶ ὧν ἐπιθυμεῖ ἀπολαύων· ὁ δὲ μὴ ἐπιθυμῶν μακαριώτερος. [*Anton. et Max. Serm.* περὶ ἁγνείας καὶ σωφροσύνης.]

29. Βίας, ἐπικαλουμένου τινὸς τὸν θάνατον ἐπὶ τέκνων ἀπωλείᾳ, ἔφη· τί αὐτὸν καλεῖς, ἄνθρωπε; οὐκ, ἂν μὴ καλέσῃς, ἥξει; [*Idem Serm.* περὶ θανάτου.]

30. Τῷ νέῳ πρὸς Αἰγυπτίους ἀπαίροντι καὶ πυνθανομένῳ, τί ἂν ποιῶν αὐτῷ μάλιστα κεχαρισμένα πράττοι, ἐφόδιον, ἔφη, πρὸς γῆρας κτησάμενος· τὴν ἀρετὴν δηλαδὴ τὸ ἐφόδιον λέγων. [*Basilius de profan. libr. lecti.*]

31. Ὁ πλωτικὸς μήτε ἐν τοῖς τεθνηκόσιν ἐστὶ, μήτ' ἐν τοῖς βιοῦσι. [*Ibid.*]

32. Ἔνδοξος μάλιστα ἂν δοκεῖ γενέσθαι βασιλεὺς, εἰ πρῶτος χρῷτο τοῖς νόμοις τῆς πατρίδος. [*Plut. Conviv. VII Sap.*]

33. Neque non saepe laudabo sapientem illum, Biantem, ut opinor, qui numeratur in septem, cujus eum patriam Prienen cepisset hostis, ceterique ita fugerent, ut multa de suis rebus secum asportarent, cum esset admonitus a quodam, ut idem ipse faceret; Ego vero, inquit, facio. *Nam omnia mea porto mecum.* [*Cicero Paradox. I.*]

34. Βίας ἔν τινι πότῳ σιωπῶν καὶ σκωπτόμενος εἰς ἀβελτηρίαν ὑπό τινος ἀδολέσχου, καὶ τίς ἂν, ἔφη, δύναιτο μωρὸς ὢν ἐν οἴνῳ σιωπᾶν; [*Plutarch. de Garrul. p. 503.*]

VII. Περιάνδρου.

(1. Ex collectione L. Lycii.)

1. Πρᾶττε ἀμεταμέλητα.
2. Ὀργῆς κρατεῖν.

dicare dicebat; quippe ex amicis alterum prorsus futurum inimicum, ex inimicis autem alterum amicum.

26. Interrogatus, quidnam faciens homo delectaretur: Lucrans, inquit.

27. Idem amandum dixit, quasi odio simus habituri: malos enim esse plerosque.

28. Beatus est, qui et dives est et cupitis potitur; sed beatior tamen, qui nil concupiverit. [*Ant. et Max. Serm. de castitate et temperantia.*]

29. Bias, cum quidam mortem vocaret in liberorum suorum perditionem, Quid est, inquit, quod illam voces, quae etiam te non vocante adventura est?

30. Filio in Aegyptum profecturo interroganti que, quid facturus patri maxime gratificaretur, respondit: Viaticum tibi ad senectutem comparans; virtutem quippe intelligens nomine viatici.

31. Navigans neque mortuis neque vivis adnumerandus.

32. Is rex sive princeps mihi videtur honore dignissimus, qui primus legibus patriae obtemperaverit.

34. Bias in quodam convivio, cum sibi tacenti a garrulo quodam stoliditas objiceretur, Quis vero, dixit, stultus inter pocula possit tacere.

VII. Periandri.

1. Ea age, quorum te non poeniteat.
2. Iram fraena.

3. *Μηδὲν χρημάτων ἕνεκα πράττειν· δεῖ γὰρ τὰ κερδαντὰ κερδαίνειν.* [*Laert. I.* §. 97.]

4. *Τοὺς μέλλοντας ἀσφαλῶς τυραννήσειν τῇ εὐνοίᾳ δορυφορεῖσθαι δεῖ, καὶ μὴ τοῖς ὅπλοις.* [*Idem ibid.*]

5. *Ὅσῳ ἂν φθονῇς, τοσούτῳ μειζόνων γίνῃ πρόξενος ἀγαθῶν τῷ φθονουμένῳ.* [*Stob. Serm. XXXVIII. περὶ φθόνου.*]

6. *Ὥσπερ ὁ ἰὸς σίδηρον, οὕτως ὁ φθόνος τὴν ἔχουσαν αὐτὸν ψυχὴν ἐξαναψήχει.* [*Idem ibid.*]

7. *Ὥσπερ ἡ ἐρυσίβη ἴδιόν ἐστι τοῦ σίτου νόσημα, οὕτως φθόνος φιλίας ἐστὶν ἀῤῥώστημα.* [*Idem ibid.*]

8. *Φθονεῖσθαι κρέσσον ἐστὶν ἢ οἰκτείρεσθαι.*

9. *Ἐρωτηθεὶς, διὰ τί τυραννεῖ, ἔφη, ὅτι καὶ τὸ ἑκουσίως ἀποστῆναι καὶ τὸ ἀφαιρεθῆναι κίνδυνον φέρει.* [*Laert. I*, 97.]

10. *Ἐρωτηθεὶς, τί μέγιστον ἐν ἐλαχίστῳ, εἶπε· φρένες ἀγαθαὶ ἐν σώματι ἀνθρώπου. καὶ τί ἐστιν ἐλευθερία; εἶπεν· ἀγαθὴ συνείδησις.* [*Idem ibid.*]

(2. Ex aliis.)

11. *Περίανδρος ἐρωτηθεὶς, τί πάντων αἴτιον; ἔφη· Χρόνος.* [*Stob. Eclog. Phys. Lib. I. Cap. IX. p.* 248. *ed. Heeren.*]

ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ ΕΠΤΑ ΣΟΦΩΝ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΙΚΟΝΟΜΙΑΣ.

(*Ἐκ τοῦ Συμποσίου τοῦ Πλουτάρχου.*)

Τοῦτον ἄριστον ὁ Σόλων εἶπεν αὐτῷ δοκεῖν οἶκον, ὅπου τὰ χρήματα μήτε κτωμένοις ἀδικία, μήτε φυλάττουσιν ἀπιστία, μήτε δαπανῶσι μετάνοια πρόσεστιν.

Ὁ δὲ Βίας· ἐν ᾧ τοιοῦτός ἐστιν ὁ δεσπότης δι' αὐτὸν, οἷος ἔξω διὰ τὸν νόμον.

Ὁ δὲ Θαλῆς· ἐν ᾧ πλείστην ἄγειν τῷ δεσπότῃ σχολὴν ἔξεστιν.

3. Pecuniarum causa ne quid agas contra officium; nam iis ex rebus lucrum faciendum est, ex quibus decet.

4. Qui tuto regnare volunt, benevolentia stipari debent, non armis.

5. Quanto magis invides, eo majora bona concilies ei, cui invidetur. [*Stob. Serm. XXXVIII. de invidia.*]

6. Ut rubigo ferrum, sic invidia animam, quae illam possidet, conficit.

7. Quemadmodum rubigo proprius est frumenti morbus, ita invidia amicitiae est aegritudo.

8. Satius est invideri tibi, quam ut sis miserabilis.

9. Interrogatus, cur tyrannidem occuparet: Quia, inquit, et sponte ab ea desistere, et vi removeri periculosum est.

10. Interrogatus, quid maximum esset in minimo: Mens bona, inquit, in corpore humano. Et, quid libertas: Bona, inquit, conscientia.

11. Periander interrogatus, quid esset omnium caussa, Tempus, inquit.

SENTENTIAE VII SAPIENTUM
DE RE FAMILIARI.

(Ex Plutarchi Convivio VII Sapient. pag. 155. ed. Francof.)

Interprete

Leonh. Lycio.

Solon eam sibi domum videri optimam dixit, in qua domino pecuniae ita suppetant, ut neque ille in possidendo injustitiae, neque in conservando diffidentiae, neque in insumendo poenitentiae sibi sit conscius.

Bias, in qua dominus sua sponte talis est, qualis foris ratione (metu) legum.

Thales, in qua domino plurimum otii et vacationis habere licet.

Ὁ δὲ Κλεόβουλος· εἰ πλείονας ἔχει τῶν φοβουμένων αὐτὸν τοὺς φιλοῦντας ὁ δεσπότης.

Ὁ δὲ Πιττακὸς εἶπεν, ὡς ἄριστος οἶκός ἐστιν ὁ τῶν περισσῶν καὶ τῶν ἀναγκαίων μηδενὸς ἐνδεόμενος.

Ὁ δὲ Χίλων ἔφη, δεῖν μάλιστα βασιλευομένῃ πόλει προσεοικέναι τὸν οἶκον· εἶτα προσεῖπεν, ὅτι Λυκοῦργος πρὸς τὸν κελεύοντα δημοκρατίαν ἐν τῇ πόλει καταστῆσαι, πρῶτον, ἔφη, ποίησον ἐν τῇ οἰκίᾳ σου δημοκρατίαν.

Περὶ τῆς πολιτείας.

Εἰ δὲ βούλει καὶ νῦν, ἔφη ὁ Σόλων, περὶ πολιτείας ἀκούειν, δοκεῖ μοι πόλις ἄριστα πράττειν καὶ μάλιστα σώζειν δημοκρατίαν, ἐν ᾗ τὸν ἀδικήσαντα τοῦ ἀδικηθέντος οὐδὲν ἧττον οἱ μὴ ἀδικηθέντες προβάλλονται καὶ κολάζουσιν.

Δεύτερος δὲ Βίας ἔφησε, κρατίστην εἶναι δημοκρατίαν, ἐν ᾗ πάντες ὡς τύραννον φοβοῦνται τὸν νόμον.

Ἐπὶ τούτῳ Θαλῆς τὴν μήτε πλουσίους ἄγαν, μήτε πένητας ἔχουσαν πολίτας.

Μετὰ δὲ τοῦτον ὁ Ἀνάχαρσις· ἐν ᾗ τῶν ἄλλων ἴσων ὁριζομένων ἀρετῇ τὸ βέλτιον ὁρίζεται, καὶ κακίᾳ τὸ χεῖρον.

Πέμπτος ὁ Κλεόβουλος ἔφη, μάλιστα σωφρονεῖν δῆμον, ὅπου τὸν ψόγον μᾶλλον οἱ πολιτευόμενοι δεδοίκασιν ἢ τὸν νόμον.

Ἕκτος δὲ Πιττακὸς, ὅπου τοῖς πονηροῖς οὐκ ἔξεστιν ἄρχειν καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἔξεστιν ἄρχειν.

Μετατραπεὶς δὲ ὁ Χίλων ἀπεφήνατο, τὴν μάλιστα νόμων, ἥκιστα δὲ ῥητόρων ἀκούουσαν πολιτείαν ἀρίστην εἶναι.

Τελευταῖος δὲ πάλιν ὁ Περίανδρος ἐπικρίνων ἔφη, δο-

Cleobulus, si dominus plures habeat sui amantes, quam metuentes.

Pittacus optimam esse domum dixit, quae, ut divitiis non abundet, nulla tamen re necessaria destituatur.

Chilo censuit, domum debere perquam esse similem rei publicae regiae potestati subjectae. Postea hoc adjecit, Lycurgum dixisse ad quendam, cui administratio popularis in civitatem introducenda esse videretur: Tu prius talem facito administrationem domi tuae.

Sententiae eorundem de republica.

(Ibid. p. 152.)

Quod si nunc etiam, inquit Solon, de republica aliquid libet audire, ea mihi civitas videtur perbeata, et popularis administrationis optima conservatrix, in qua illaesi non minus quam laesi improbos de injuriis postulant et poena multant.

Bias secundo loco optimum esse dixit statum popularem, in quo cives universi non aliter legem metuant, quam tyrannum.

Infra hunc assidens Thales eam laudavit civitatem, quae cives haberet nec praedivites, nec tenues nimium.

Post hunc Anacharsis, eam, in qua cum cetera in quadam aequalitate ponerentur, virtutes ad finem bonorum, vitia ad malorum referrentur.

Quinto loco Cleobulus ibi ait populum maxime moderatum esse, ubi cives magis reprehensionem metuant, quam leges.

Pittacus sexto loco, ubi imperare improbis non liceat, sed viris bonis liceat.

Chilo ab hoc dissentiens eam rempublicam optimam esse pronuntiavit, quae potissimum leges, minime oratores audiret.

Periander iterum postremo loco comprobans alie-

κεῖν αὐτῷ πάντα ἐπαινεῖν δημοκρατίαν τὴν ὁμοιοτάτην ἀριστοκρατίᾳ.

INCERTI

Ἐπίγραμμα

εἰς τοὺς ἑπτὰ σοφούς.

(Anthol. Planud. Lib. I. Cap. LXXXVI. Anal. Brunck. III. p. 149.)

Ἑπτὰ σοφῶν ἐρέω κατ' ἔπος πόλιν, οὔνομα, φωνήν.
Μέτρον μὲν Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος εἶπεν ἄριστον.
Χίλων δ' ἐν κοίλῃ Λακεδαίμονι· γνῶθι σεαυτόν.
Ὃς δὲ Κόρινθον ἔναιε, χόλου κρατέειν Περίανδρος.
Πιττακὸς οὐδὲν ἄγαν, ὃς ἔην γένος ἐκ Μιτυλήνης.
Τέρμα δ' ὁρᾷν βιότοιο, Σόλων ἱεραῖς ἐν Ἀθήναις.
Τοὺς πλέονας κακίους δὲ Βίας ἀπέφηνε Πριηνεύς.
Ἐγγύην φεύγειν δὲ Θαλῆς Μιλήσιος ηὖδα.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ

εἰς τοὺς ἑπτὰ σοφούς.

(Anal. Brunck. II. p. 22.)

Ἑπτὰ σοφῶν Κλεόβουλε, σὲ μὲν τεκνώσατο Λίνδος.
Ἀμφὶ δὲ Σισυφία χθὼν Περίανδρον ἔχει.
Πιττακὸν ἡ Μιτυλήνα, Βίαντα δὲ δῖα Πριήνη,
Μίλητος δὲ Θαλῆν, ἄκρον ἔρεισμα δίκας.
Ἁ Σπάρτα Χείλωνα, Σόλωνα δὲ Κεκροπὶς αἶα·
Πάντας ἀριζάλου σωφροσύνας φύλακας.

ΙΟΑΧΕΙΜΟΥ ΤΟΥ ΚΑΜΕΡΑΡΙΟΥ

ἑπτὰ σοφοί.

ΣΟΛΩΝ.

Ἐλπὶς καὶ σὺ, τύχη, μὴ χαίρετ', ἔχει μὲν ἅπαντα
Εὖ νῦν, ἀλλὰ τόδ' αὖ μέλλον ἀεὶ σφαλερόν.

rum sententias: videri sibi, inquit, omnes illas pertinere ad commendationem status popularis, qui optimatum potestati esset simillimus.

INCERTI
Epigramma
in VII Sapientes
interprete D. M. Ausonio.

Septenis patriam sapientum, nomina, voces
Versibus expediam; sua quemque monosticha dicent.
Chilo, cui patria est Lacedaemon, *Noscere se ipsum.*
Periander *trepidam moderare* Corinthius *iram.*
Ex Mitylenaeis *Nimium nil* Pittacus oris.
Mensuram optimam ait Cleobulus Lindius *in re.*
Exspectare Solon *finem* docet, ortus Athenis.
Plures esse Bias *pravos,* quam clara Priene.
Mileti *fugisse* Thales *vadimonia* alumnus.

ANTIPATRI
in eosdem
interprete L. Lycio.

Te Lindus, Cleobule, tulit, septem sapientum,
  Sisyphium agnoscit te Periandre solum.
Pittace te Mitylena, Bia te magna Priena,
  Miletusque Thalem justitiae columen.
Sparta dedit Chilona, Solonem Cecropis aula.
  Omnes custodes justitiae eximiae.

IOACHIMI CAMERARII
Septem Sapientes.

SOLON.

Nec spes, nec fortuna vale: nunc omnia recte
  Se quidem habent: dubia at cuncta futura manent.

Ὅττι Σόλων τέλος ὀτρύνει μακροῦ βιότοιο
Εἰσοράαν. ἐμὲ δ' οὖν λείπετ', ἐπὴν θανέω.

ΧΕΙΛΩΝ.

Εἴτ' ἄρ Χείλων φάσχ' ὁ δ' ἐκ Λακεδαίμονος, εἴτε
Δελφικὲ τοῦτο λάκες, γνῶθι σεαυτὸν, ἄναξ,
Χρυσοῦν ἔστ' ἔπος. Ἢ γὰρ μὴ γνοὺς αὐτὸς ἑαυτὸν
Ἢ ξύλον ἀρά γ' ἔην ἄλλοτε, ἠὲ λίθος.

ΚΛΕΟΒΟΥΛΟΣ.

Καὶ βραδύπους βουλὴ χείρων ἔσθ' ὅτε ταχείης,
Τοῖς δὲ ταχυνθεῖσιν καὶ μετάνοι' ἕπεται.
Οὕτω δὴ Κλεόβουλε μέτρον γ' εὖ εἶπας ἄριστον,
Τοῦ γὰρ ἄνευ τὸ τάχος καὶ βραδὺ ἀφροσύνη.

ΠΕΡΙΑΝΔΡΟΣ.

Τῆς ὀργῆς κρατέειν, βασιλεῦ Περίανδρε Κορίνθου,
Ὡς δὲ οἱ ἄλλοι, ἔφης, ὅττι τὸ πᾶν μελέτη.
Ἀμφότερ' οὖν ἐδιδάχθης αὐτὸς ἐγὼ μ' ἀπὸ σαυτοῦ
Ταῦτα Μελισσείης ἐκ θανάτοιο μαθών.

ΠΙΤΤΑΚΟΣ.

Χαίρετ' ἄγαν σοφοὶ ἄνδρες ἴδ' ἄφρονες· οὐ γὰρ ἔγωγε
Σφόδρ' ἐθέλοιμι φρονέειν, οὐδὲ γενέσθαι ἄνους.
Ἀλλὰ μέσον τί ποτ' ἐστὶ, τὸ δὴ στέργω, Μιτυλήνης
Ἔκγον' ἐπεὶ προτρέπῃ, Πιττακὲ, μηδὲν ἄγαν.

ΒΙΑΣ.

Πρὸς τί δ' ἄρ', εἶπε Βίας, ἔστ' ὠφέλιμον τόδε γνῶναι,
Οἱ πλέονες κατὰ γῆν ὅττ' ἐγένοντο κακοί;
Ὡς μὴ καὶ σύγε τῶν πλεύνων πως ξεῖνε γένοιο,
Πάντ' ὑπὸ τῶν πλεύνων αἰὲν ὕποπτον ἔχοις.

ΘΑΛΗΣ.

Αἰθεριωνυκτίνοος ποτὲ καὶ θνητῶν λόγον ἔσχεν
Εἷς ἐπεὶ ἀστροδρακὼν τάφρον ἔπεσσε Θαλῆς.
Ἐκ τότ' ἄρ' ἐγγυάαν ἄτῃ σύμπλεκτον ἔδειξε,
Ὦ σόφ' ἐν οὐρανίοις πράγμασι κἀν χθονίοις.

Namque Solo spectare jubet vitae extima longae.
  Ergo me demum linquite, cum moriar.

CHILO.

Seu Chilo hoc dixit Spartanus, Nosce te ipsum,
  Seu rex effatus Delphicus ille fuit,
Praeclarum est verbum: nam qui non ipse se ipsum
  Norit, vel truncus, vel lapis is fuerit.

CLEOBULUS.

Consilium pejus lentum est quandoque volucri,
  Est ut poeniteat praecipitasse nimis.
Sic Cleobule ergo recte, Modus optimus, inquis,
  Quo sine et est lentum stultitia et subitum.

PERIANDER.

Sive iram fraena, dixti, Periandre Corinthi
  Rex, sive studium quaelibet assequitur.
Arbitror edoctum per te ipsum utrumque Melissae
  Ex morte uxoris te didicisse tuae.

PITTACUS.

Qui sapitis nimium, qui desipitisque, valete.
  Nolo nimis sapiens esse vel insipiens,
Sed medium quoddam est, quod amo; de quo Mitylenae
  Orte mones, Ne quid, Pittace, sit nimium.

BIAS.

Dic te quaeso Bia usque adeo quid nosse juvabit
  In terris plures omnibus esse malos?
Tu quoque ne numero in magno sis hospes, et inde
  Suspecta ut semper cuncta profecta habeas.

THALES.

Complexus coelestia et haec mortalia mente est,
  In fossam spectans, cum incidit, astra, Thales.
Ex illo dixit, damno vadimonia juncta,
  O res humanas aethereasque tenens.

ΙΑΚΩΒΟΥ ΤΟΥ ΜΙΚΥΛΛΟΥ

ΣΟΦΙΑ.

Πάντα χρόνος φθίνει μακρὸς,
Μηδ' ἔμπεδον μηδὲν ἐᾷ,
Οὐ πλοῦτον οὐδὲ χρήματα,
Οὐ κάλλος οὐδέ τοι κράτος,
Οὐδ' ὁτιοῦν κόσμος τρέφει.
Πᾶν γινόμενον φθείρει χρόνος.
Μόνη δὲ πάντων ἄφθιτος
Σοφίη μένει καὶ ἀβλαβής.
Οὔτ' ὄμβρος οὔτε κύματα,
Οὔτε φοβερὸν Διὸς βέλος
'Απὸλεῖν δύναιτο πώποτε
Σοφίας ἀνίκητον σθένος.

IACOBI MICYLLI

SAPIENTIA.

Quid non dies longa abstulit?
Aut sivit uno esse in loco?
An divitum ingentes opes?
Formaene ridentis decus?
Roburne praevalidae manus?
Quidquamne, quod mundus creat?
Haec omnia ac quidquid dedit
Mox tempus editum rapit.
Quid? Sempiternum ergo est nihil?
Sapientia est rerum omnium
Aeterna sola, ac nullius
Injuriae vi tangitur.
Non imber hanc afflixerit,
Non fluctus undantis maris,
Non laeserit saevum Iovis
Fulmen tonantis horridum
Sapientiae invictum caput.

VII GRAECIAE SAPIENTUM SENTENTIAE,

A

D. M. AUSONIO

SEPTENIS VERSIBUS EXPLICATAE.

BIAS PRIENEUS.

Quaenam summa boni? mens quae sibi conscia recti.
Pernicies homini quae maxima? solus homo alter.
Quis dives? qui nil cupiat. Quis pauper? avarus.
Quae dos matronae pulcherrima? vita pudica.
Quae casta est? de qua mentiri fama veretur.
Quid prudentis opus? cum possit, nolle nocere.
Quid stulti proprium? non posse et velle nocere.

PITTACUS MITYLENEUS.

Loqui ignorabit, cum tacere nesciet.
Bono probari malo, quam multis malis.
Demens superbis invidet felicibus.
Demens dolorem ridet infelicium.
Pareto legi, quisque legem sanxeris.
Plures amicos re secunda compara.
Plures amicos rebus adversis proba.

CLEOBULUS LINDIUS.

Quanto plus liceat, tam libeat minus.
Fortunae invidiae est immeritus miser.
Felix criminibus nullus erit diu.
Ignoscas aliis multa, nihil tibi.
Parcit quisque malis, perdere vult bonos.
Majorum meritis gloria non datur:
Turpis saepe datur fama minoribus.

PERIANDER CORINTHIUS.

Nunquam discrepat utile a decoro.
Plus est sollicitus, magis beatus.
Mortem optare malum, timere pejus.
Faxis, ut libeat quod est necesse.

Multis terribilis, caveto multos.
Si fortuna juvat, caveto tolli.
Si fortuna tonat, caveto mergi.

SOLON ATHENIENSIS.

Dico tunc beatam vitam, cum peracta facta sint.
Par pari jugator conjux. Quidquid impar, dissidet.
Non erunt honores umquam fortuiti muneris.
Clam coarguas propinquum, propalam laudaveris.
Pulchrius multo parari, quam creari nobilem.
Certa si decreta sors est, quid cavere proderit?
Sive sint incerta cuncta, quid timere convenit?

CHILO LACEDAEMONIUS.

Nolo minor me timeat despiciatque major.
Vive memor mortis, uti sis memor et salutis;
Tristia cuncta exsuperans aut animo, aut amico.
Tu bene si quid facias, non meminisse fas est.
Quae benefacta accipias, perpetuo memento.
Grata senectus homini, quae parilis juventae.
Illa juventa est gravior, quae similis senectae.

THALES MILESIUS.

Turpe quid ausurus te sine teste time.
Vita perit, mortis gloria cum moritur.
Quod facturus eris, dicere sustuleris.
Crux est, si metuas vincere quod nequeas.
Cum vere objurgas, sic, inimice, juvas.
Cum falso laudas, sic et amice noces.
Nil nimium satis est. Ne sit et hoc nimium.

ΑΝΑΧΑΡΣΙΔΟΣ ΚΑΙ ΜΥΣΩΝΟΣ

ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

ANACHARSIDIS ET MYSONIS,

QUI VII SAPIENTIBUS ADNUMERANTUR,

APOPHTHEGMATA.

ΑΝΑΧΑΡΣΙΔΟΣ ΓΝΟΥΡΟΥ

ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

1. Κρεῖττον ἕνα φίλον ἔχειν πολλοῦ ἄξιον ἢ πολλοὺς μηδενὸς ἀξίους. [*Laert.* *I*, 105.]

2. Πρὸς τὴν Σόλωνος οἰκίαν ἀφικόμενος τῶν θεραπόντων τινὶ ἐκέλευσε μηνύσαι, ὅτι παρείη πρὸς αὐτὸν Ἀνάχαρσις, καὶ βούλοιτο αὐτὸν θεάσασθαι ξένος τε, εἰ οἷόν τε, γενέσθαι· καὶ ὁ θεράπων εἰσαγγείλας ἐκελεύθη ὑπὸ τοῦ Σόλωνος εἰπεῖν αὐτῷ, ὅτι περ ἐν ταῖς ἰδίαις πατρίσι ξένους ποιοῦνται· ἔνθεν ὁ Ἀνάχαρσις ἐλθὼν ἔφη· νῦν αὐτὸς ἐν τῇ πατρίδι εἰμί, καὶ προσήκει μοι ξένους ποιεῖσθαι· ὁ δὲ καταπλαγεὶς τὴν ἑτοιμότητα εἰσέφρησεν αὐτὸν, καὶ μέγιστον φίλον ἐποιήσατο. [*Laert.* *I.* §. 101. 102.]

3. Ἐρωτηθεὶς, τί ἐστιν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθὸν καὶ φαῦλον; ἔφη· Γλῶσσα. [*Idem* *I.* §. 105.]

4. Γλώσσης, γαστρὸς, αἰδοίων κράτει. [*Idem* *I*, 104.]

5. Ὑπὸ μειρακίου παρὰ πότον ὑβρισθεὶς, ἔφη· μειράκιον, ἐὰν νέος ὢν τὸν οἶνον οὐ φέρῃς, γέρων ὢν ὕδωρ οἴσεις. [*Idem* *I*, 105.]

6. Κιρναμένου κρατῆρος ἐφεστίου, ὁ μὲν πρῶτος ὑγιείας πίνεται, ὁ δὲ δεύτερος ἡδονῆς, ὁ δὲ τρίτος ὕβρεως, ὁ δὲ τελευταῖος μανίας. [*Anton.* *et Maxim. Serm.* περὶ μέθης *et Stobaeus Serm. XVI.*]

7. Ἐρωτηθεὶς, εἰ εἰσιν ἐν Σκύθαις αὐλοὶ, εἶπεν· ἀλλ' οὐδὲ ἄμπελοι. [*Idem* *I*, 104.]

8. Ἐρωτηθεὶς, πῶς οὐκ ἂν γένοιτό τις φιλοπότης, εἶπεν, εἰ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοι τὰς τῶν μεθυόντων ἀσχημοσύνας. [*Laert.* *I*, 105.]

ANACHARSIDIS GNURI F.
APOPHTHEGMATA.

1. Melius est unum amicum praestantem quam gregarios multos possidere.

2. Solonis domum quum venisset, jussit quendam ex ejus familia, nuntiaret Soloni, Anacharsim adesse prae foribus, ut illius conspectu et hospitio, si fieri posset, frueretur. Puer intus haec nuntiat Soloni ejusque jussu Anacharsidi renunciat, in sua quemque patria hospites fieri. Ad haec introgressus dixit Anacharsis, Jam vero in patria sum, atque ad me pertinet hospites facere. Quam viri dexteritatem admiratus Solon continuo illum admisit, et arctissimis sibi devinxit amicitiae vinculis.

3. Interrogatus, quidnam hominibus bonum simul esset ac malum: Lingua, inquit.

4. Lingua, ventre, pudendis continendum est.

5. Ab adolescente in convivio passus contumeliam: Adolescens, inquit, si modo, cum juvenis es, vinum non fers, quando senueris, aquam feres.

6. Primum quidem poculum, quod infunditur ex cratere, sanitatis bibi, alterum voluptatis, tertium injuriae (contumeliae), ultimum insaniae..

7. Interrogatus, an tibiae essent in Scythia, ne vites quidem, respondit.

8. Interrogatus, quomodo quis abstemius fieret, respondit, si ante oculos habeat, quae indecora et turpia ebrii agitant.

9. *Θαυμάζειν φησὶ, πῶς Ἕλληνες ἀρχόμενοι μὲν ἐν μικροῖς πίνουσι, πλησθέντες δὲ ἐν μεγάλοις.* [*Laert. I,* 104.]

10. *Πυνθανομένου τινὸς, πρὸς τί οἱ Ἕλληνες χρῶνται τῷ ἀργυρίῳ, εἶπε, πρὸς τὸ ἀριθμεῖν.* [*Plutarch. de profect. virt. sent. p.* 79.]

11. *Ἐρωτηθεὶς, πότερον πλείους εἰσὶν οἱ ζῶντες, ἢ οἱ νεκροὶ, ἔφη· τοὺς οὖν πλέοντας ποῦ τίθης;* [*Laert. I,* 104.]

12. *Μαθὼν τέτταρας δακτύλους εἶναι τὸ πάχος τῆς νεὼς, τοσοῦτον, ἔφη, τοῦ θανάτου τοὺς πλέοντας ἀπέχειν.* [*Idem I,* 103.]

13. *Ὀνειδιζόμενος ὑπὸ Ἀττικοῦ, ὅτι Σκύθης ἐστὶν, ἔφη· ἀλλ᾽ ἐμοὶ μὲν ὄνειδος ἡ πατρὶς, σὺ δὲ τῇ πατρίδι.* [*Id. I,* 104.]

14. *Πῶς, ἔλεγεν, ἀπαγορεύοντες τὸ ψεύδεσθαι, ἐν ταῖς καπηλείαις φανερῶς ψεύδονται;* [*Idem I,* 103.]

15. *Ἐρωτηθεὶς, τίνα τῶν πλοίων ἐστὶν ἀσφαλέστερα; τὰ νενεωλκημένα, ἔφη.* [*Idem I,* 104.]

16. *Τὸ ἔλαιον μανίας φάρμακον ἔλεγε· ἀλειφόμενοι γὰρ οἱ ἀθληταὶ ἐπιμαίνονται ἀλλήλοις.* [*Idem ibid.*]

17. *Τοῦτο, ἔφη, θαυμασιώτατον ἑωρακέναι παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὅτι τὸν μὲν καπνὸν ἐν τοῖς ὄρεσι καταλείπουσι, τὰ δὲ ξύλα εἰς τὴν πόλιν κομίζουσι.* [*Idem ibid.*]

18. *Θαυμάζειν ἔλεγε, πῶς οἱ Ἕλληνες νομοθετοῦντες κατὰ τῶν ὑβριζόντων, τοὺς ἀθλητὰς τιμῶσιν ἐπὶ τῷ τύπτειν ἀλλήλους.* [*Idem I,* 103.]

19. *Ἡ ἀγορὰ ὡρισμένος τόπος ἐστὶν εἰς τὸ ἀλλήλους ἀπατᾷν.* [*Idem I,* 105.]

20. *Εὐδαιμονεῖ ὁ ἄρχων, εἰ μὴ μόνος εἴη φρόνιμος.* [*Stobaeus Serm. XLVI.*]

21. *Θαυμάζειν ἔφη, πῶς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀγωνίζονται μὲν οἱ τεχνῖται, κρίνουσι δὲ οἱ μὴ τεχνῖται.* [*Laert. I,* 103.]

22. *Παίζειν δὲ, ὅπως σπουδάσῃς.* [*Anthol. Patav.*]

23. *Ὀνειδιζόμενος, ὅτι Σκύθης ἐστὶν, εἶπεν, τῷ γένει, ἀλλ᾽ οὐ τῷ τρόπῳ.* [*Ibid.*]

9. Mirari se inquit, cur Graeci initio convivii parvis poculis uterentur, ubi vero saturati essent, majoribus.

10. Interroganti, quam ad rem Graeci numismate uterentur, respondit: Ad numerandum.

11. Interroganti, utrum plures sint vivi quam mortui? Navigantes, inquit, utra in parte constituis?

12. Cum didicisset, quatuor digitorum navis esse crassitudinem: Tantum, inquit, a morte absunt qui navigant.

13. Exprobranti sibi Attico, Scytha quod esset: At mihi, ait, dedecori est patria, tu patriae.

14. Qui fit, inquiebat, ut, qui mentiri vetant, in cauponando aperte mentiantur?

15. Percontanti, quaenam essent tutissimae naves, Subductae, respondit.

16. Oleum dixit venenum esse, quod redigeret ad insaniam, quod eo uncti athletae contra se mutuo magis insanirent.

17. Id quoque inter mirabilia in Graecis observata referebat, quod fumum in montibus relinquerent, ligna in urbem convehentes.

18. Mirari se dixit, quinam fieret, ut Graeci adversus eos, qui contumeliis alios lacessunt, lege agant, athletas, cum se invicem verberibus afficiunt, honorent.

19. Forum ad fallendum invicem et lucrum iniquum destinatus locus est.

20. Beatus est princeps, si solus non sapiat.

21. Mirari se dixit, quomodo apud Graecos artifices certarent, judicarent autem, qui artifices non essent.

22. Ludere oportet, ut seria agere possis.

23. Exprobranti, quod Scytha esset, respondit: At genere quidem, non moribus.

24. Ἀρδάλου εἰπόντος· Ἀλλὰ θεοί γε Σκύθαις εἰσίν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, γλώσσης ἀνθρωπίνης συνιέντες, οὐχ ὥσπερ δὲ οἱ Ἕλληνες οἰόμενοι Σκυθῶν διαλέγεσθαι βέλτιον, ὅμως τοὺς θεοὺς ὀστέων καὶ ξύλων ἥδιον ἀκροᾶσθαι νομίζουσιν. [*Plutarch. Conviv. VII Sap. p.* 150. *D.*]

25. Οἶδα καὶ Ἀνάχαρσιν τὸν Σκύθην ἐν συμποσίῳ γελωτοποιῶν εἰσαχθέντων ἀγέλαστον διαμείναντα, πιθήκου δ' ἐπεισαχθέντος, γελάσαντα, φάναι, ὡς οὗτος μὲν φύσει γελοῖός ἐστιν, ὁ δ' ἄνθρωπος ἐπιτηδεύσει. [*Athenaeus Lib. XIV. p.* 613. *Casaub.*]

26. Ἀνάχαρσις ὁ Σκύθης ἐρωτηθεὶς, διὰ τίνα αἰτίαν ἄνθρωποι λυποῦνται πάντοτε, ἔφη, ὅτι οὐ μόνον αὐτοὺς τὰ ἴδια κακὰ λυποῦσι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀλλότρια ἀγαθά. [*Anton. et Maxim. Serm.* περὶ φθόνου.]

27. Ἀνάχαρσις ἔφη πρὸς τὸν ἀποπέμψαντα αὐτὸν (Σκυθῶν βασιλέα), Ἕλληνας πάντας ἀσχόλους εἶναι εἰς πᾶσαν σοφίην, πλὴν Λακεδαιμονίων· τούτοισι δὲ εἶναι μούνοισι σωφρόνως δοῦναί τε καὶ δέξασθαι λόγον. [*Herod. IV. Cap.* 77.]

28. Ἀνάχαρσις ὁ σοφὸς ἐπιδεικνύμενος τὴν τῆς ἀμπέλου δύναμιν τῷ τῶν Σκυθῶν βασιλεῖ, καὶ τὰ κλήματα αὐτῆς δεικνὺς ἔλεγεν, ὡς, εἰ μὴ καθ' ἕκαστον ἔτος ἔτεμνον οἱ Ἕλληνες τὴν ἄμπελον, ἤδη κἂν ἐν Σκύθαις ἦν. [*Athenaeus Lib. X. p.* 428.]

29. Ὅτι δὲ τὸ μεθύειν καὶ τὰς ὄψεις ἡμῶν πλανᾷ, σαφῶς ἔδειξεν Ἀνάχαρσις δι' ὧν εἴρηκε δηλώσας, ὅτι ψευδεῖς δόξαι τοῖς μεθύουσι γίγνονται. Συμπότης γάρ τις ἰδὼν αὐτοῦ τὴν γυναῖκα ἐν τῷ συμποσίῳ ἔφη, ὦ Ἀνάχαρσι, γυναῖκα γεγάμηκας αἰσχράν, καὶ ὃς ἔφη· πάνυ γε κἀμοὶ δοκεῖ, ἀλλά μοι ἔγχεαι, ὦ παῖ, ποτήριον ἀκρατέστερον, ὅπως αὐτὴν καλὴν ποιήσω. [*Idem ibid. pag.* 445.]

30. Παραγενόμενος εἰς Σκυθίαν καὶ νομίζων τὰ νόμιμα παραλύειν τῆς πατρίδος, πολὺς ὢν ἐν τῷ ἑλληνίζειν, τοξευθεὶς ἐν κυνηγεσίῳ πρὸς τἀδελφοῦ, τελευτᾷ εἰπὼν, Διὰ μὲν τὸν λόγον ἐκ τῆς Ἑλλάδος σωθῆναι, διὰ δὲ τὸν φθόνον ἐν τῇ οἰκείᾳ ἀπολέσθαι· ἔνιοι δὲ τελετὰς Ἑλληνικὰς διατελοῦντα διαχρησθῆναι. [*Laert. I,* 102.]

24. Ardalo quaerenti ex eo, Num dii sunt Scythis? Omnino, inquit Anacharsis, iique intelligentes humanae linguae: neque Scythae putant quod Graeci, qui quanquam Scythis eloquio praestare se censent, tamen deos ossium et lignorum sonos, quam humanam vocem, libentius audire opinantur.

25. Comperi, Anacharsin Scytham, accitis in convivium, qui ad risum movendum se composuissent, hominibus, solum convivarum non risisse, post autem adducta simia in risum solutum dixisse: natura quidem animal illud esse ridiculum, hominem vero arte et studio.

26. Anacharsis Scytha, cum ex eo quaesitum esset, cur semper homines doleant, Quia, inquit, non solum mala sua dolent, verum etiam aliena bona.

27. Anacharsis dixit ad eum qui illum miserat in Graeciam (Scythiae regem), Graecos universos in omni genere scientiarum et artium occupari, exceptis Lacedaemoniis: hos vero solos hoc habere, prudens consilium et dare posse et accipere.

28. Anacharsis ille sapiens vitis potestatem regi Scytharum cum exposuisset, ostendens ejus sarmenta: Jam, inquit, ad Scythas haec pervenisset, nisi flagella Graeci quotannis amputarent.

29. Oculos porro nostros decipi temulentia monstravit aperte suo responso Anacharsis, ebriorumque falsas esse opiniones declaravit. Nam cum inter compotandum uxorem ejus quidam esset intuitus: Conjugem, inquit, minus pulchram duxisti, o Anacharsi. Ita quidem mihi videtur, ait ille: sed heus tu, puer, meracius mihi poculum misce, ut formosam illam faciam.

30. Regressus in Scythiam Graecis moribus addictus et patriis legibus immutandis intentus cum videretur, in venatione a fratre percussus interiit, verbis editis extremis, se ob Graecum sermonem salutem consecutum, eundem ab invidia, quam in patria subiisset, perire. Quidam Graeco ritu sacrificantem occisum tradunt.

ΜΥΣΩΝΟΣ.

1. Μὴ ἐκ τῶν λόγων τὰ πράγματα, ἀλλὰ ἐκ τῶν πραγμάτων τοὺς λόγους ζήτει· οὐ γὰρ ἕνεκα τῶν λόγων τὰ πράγματα συντελεῖται, ἀλλ' ἕνεκα τῶν πραγμάτων οἱ λόγοι. [*Laert. I.* §. 108.]

2. Εὑρὼν (Ἀνάχαρσις) αὐτὸν θέρους ἐχέτλην ἀρότρῳ προσαρμόττοντα, εἶπεν· Ἀλλ', ὦ Μύσων, οὐχ ὥρα νῦν ἀρότρῳ· Καὶ μάλα, εἶπεν, ὥστε ἐπισκευάζειν. [*Idem I*, 106.]

3. Ὤφθη ποτὲ ἐν Λακεδαίμονι μόνος ἐπ' ἐρημίας γελῶν· ἄφνω δέ τινος ἐπιστάντος καὶ πυθομένου, διὰ τί μηδενὸς παρόντος γελᾷ· Διὰ αὐτὸ τοῦτο, ἔφη. [*Idem I*, 107.]

ΦΕΡΕΚΥΔΟΥ
Β ά δ υ ο ς Σ υ ρ ί ο υ.

Μήτε χρυσὸν τίμα, μήτε ἄργυρον.

MYSONIS.

1. Ne ex verbis res, sed ex rebus verba inquiras: neque enim propter verba res perficiuntur, sed rerum gratia verba.

2. Cum Anacharsis illum reperisset aestate stivam aratro aptantem: Atqui, dixit, o Myson, nondum aratro vacandi nunc tempus est. Ille autem respondit: Tempus tamen, ut ad illud nos componamus.

3. Solus relictus in urbe Lacedaemone cum ridere videretur, percontanti, quid nemine praesente rideret? Ob hoc ipsum, inquit, rideo.

PHERECYDIS
B a d y i s F. S y r i i.

Nec aurum magni aestimes nec argentum.

ΣΕΚΟΥΝΔΟΥ

ΤΟΥ

ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΣΟΦΟΥ

ΓΝΩΜΑΙ.

SECUNDI

ATHENIENSIS PHILOSOPHI

SENTENTIAE.

ΒΙΟΣ
ΣΕΚΟΥΝΔΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ.*)

(Cum varietate lectionis Codicis Gudiani edit. ab Adamo Schier.)

Σεκοῦνδος ἐγένετο φιλόσοφος. Οὗτος ἐφιλοσόφησε a) τὸν ἅπαντα χρόνον, σιωπὴν ἀσκήσας, Πυθαγορικὸν ἐξειληφὼς b) βίον. Τὸ δὲ αἴτιον τῆς σιωπῆς τοῦτο· ἐπέμφθη παρ' αὐτῶν γονέων c) μικρὸς ὢν παιδευθῆναι. Ὄντος δὲ αὐτοῦ ἐν τῇ παιδεύσει d), ἐγένετο, τὸν πατέρα αὐτοῦ τελευτῆσαι. Ἦν δὲ ἀκούων περὶ τῆς παραβολῆς ταύτης, ὅτι πᾶσα γυνὴ πόρνη, ἡ δὲ λαθοῦσα σώφρων e). Τέλειος οὖν γενόμενος f) ἐπανῆλθεν εἰς τὴν ἰδίαν πατρίδα τὴν τοῦ κοινοῦς g) περιφέρων ἄσκησιν, βάκλον καὶ πήραν περιφέρων, τὴν κεφαλὴν καὶ τὸν πώγωνα ἀναθρέψας. Λαμβάνει οὗτος μετάτον ἐν τῇ ἰδίᾳ οἰκίᾳ, μηδ' ἑνὸς τῶν οἰκείων αὐτὸν h) γνωριζόντων, μηδὲ τῆς ἰδίας μητρός. Βουλόμενος δὲ πεισθῆναι καὶ τὸν περὶ γυ-

*) *Haec vita Secundi, quantum scio, nondum lucem vidit. Descripta est e Codice Medicaeo manu τοῦ πάνυ Gudii, cujus autographum post ejus mortem in Bibliothecam Guelpherbytanam venit, ex qua nos eam hic publici juris fecimus.* [*Schier.*]

a) *Mendos. MSt.* ἐφιλοσόφισε. *Verbum est* φιλοσοφέω, *non* φιλοσοφίζω.

b) *Cod. MS.* ἐξηλειφῶς.

c) *Legendum* παρὰ τῶν.

d) *MS. minus recte* παιδεύσῃ.

e) *vitiose MS.* σάφρων.

f) *MS.* γενάμενος.

g) *in marg.* κυνὸς, *quod verum est.*

h) *MS.* αὐτῶν.

ναικῶν λόγον, εἰ ἄρα ἀληθής ἐστι, καλέσας μίαν τῶν παιδισκῶν, ὑπέσχετο a) αὐτῇ χρυσίνους b) ἕξ, ὑποκρινόμενος φιλεῖν τὴν κυρίαν αὐτῆς, ἑαυτοῦ δὲ μητέρα. c) Ἡ δὲ λαβοῦσα τὸ χρυσίον, ἠδυνήθη πεῖσαι τὴν ἑαυτῆς κυρίαν, ὑποσχομένη d) αὐτῇ χρυσίνους ν̄. ἡ δὲ συνέθετο τῇ παιδίσκῃ, εἰποῦσα, ὅτι ὀψίας ποιήσω αὐτὸν εἰσελθεῖν λάθρα, καὶ κοιμηθήσομαι μετ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ φιλόσοφος ἔχων τὰς ἐπαγγελίας παρὰ τῆς παιδίσκης ἔπεμψεν αὐτὰς e) πρὸς δεῖπνον. καὶ δὴ τούτων ἀποδειπνησάντων f) ὡς ἦλθον g) πρὸς τὸν ὕπνον, αὐτὴ μὲν προσδοκοῦσα σαρκικῶς αὐτῷ συμμιγῆναι, αὐτὸς δὲ ὡς ἰδίαν μητέρα περιλαμβάνων καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς περιλάμπων, οὓς ἐθήλασε h) μαστοὺς i) ἐκοιμήθη ἕως πρωΐ. Περὶ δὲ τὸ διαύγασμα k), ἀναστὰς Σεκοῦνδος ἐβουλεύετο ἐξελθεῖν. Ἡ δὲ ἐκράτησεν αὐτὸν λέγουσα, καταγνῶναί μου θέλων τοῦτο ἐποίησας. Ὁ δὲ εἶπεν· οὐχί, κυρία μήτηρ. οὐ γάρ δίκαιόν ἐστιν, οὗπερ ἐξῆλθον, μιᾶναι. μὴ γένοιτο. Ἡ δὲ ἐπυνθάνετο παρ' αὐτοῦ, τίς ἂν εἴη. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ· ἐγώ εἰμι Σεκοῦνδος ὁ υἱός σου. Ἡ δὲ καταγνοῦσα ἑαυτῆς l), καὶ μὴ φέρουσα τὴν αἰσχύνην, ἀγχόνῃ ἐχρήσατο. Ὁ δὲ Σεκοῦνδος γνοὺς, ὅτι διὰ τῆς αὐτοῦ γλώττης ὁ θάνατος τῆς μητρὸς ἐγένετο, ἀπόφασιν καθ' ἑαυτοῦ ἔδωκεν, τοῦ μὴ λαλῆσαι τοῦ λοιποῦ, καὶ μέχρι θανάτου τὴν σιωπὴν ἤσκησεν. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον Ἀδριανὸς ὁ καῖσαρ, παραγενόμενος ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, ἤκουσε περὶ αὐτοῦ, οὔτε γάρ τι τῶν καλῶν αὐτῷ ἐλάνθανεν, καὶ

a) Cod. MS. *falso* ὑπέσχατο.

b) Cod. MS. χρυσήνους.

c) *Vitiose* Cod. MS. μητέραν.

d) MS. ὑποκρινομένη.

e) MS. *corrupte habet* ἔπεμψεν αὐτά. *Sed nec sic locus persanatus est.*

f) MS. *mendose* ἀπὸ δειπνησάντων.

g) MS. ἔλθον.

h) MS. ὡς.

i) MS. μασθοὺς *minus recte.*

k) MS. διάφασμα.

l) MS. ἑαυτοῦ *minus Grammatice.*

τοῦτον μετεπέμψατο ἐλθεῖν a), ἐλθόντα δὲ τὸν Σεκοῦνδον, ὁ Ἀδριανὸς δοκιμάσαι θέλων, εἰ ἀληθῶς ἄρα τὴν σιωπὴν ἀσκεῖ, ἐπαναστὰς πρῶτος ἠσπάσατο αὐτόν· καὶ ὁ μὲν Σεκοῦνδος τὸ σύνηθες τηρεῖ τῆς σιωπῆς, ὁ δὲ Ἀδριανὸς ἔφη αὐτῷ· λάλησον, φιλόσοφε, ἵνα μάθωμέν b) σε, οὐ γάρ ἐστι δυνατὸν, σιωπῶντος τὴν ἐνοῦσαν σοὶ σοφίαν ἐπιγνῶναι. Ὁ δὲ Σεκοῦνδος ὁμοίως ἐσιώπα. Ὁ δὲ Ἀδριανὸς ἔφη αὐτῷ· Σεκοῦνδε, πρίν με ἐλθεῖν καλῶς ἐσιώπας, οὐ γὰρ εἶχες ὄντως ἐνδοξότερόν σου ἀκροατὴν, καὶ παραστῆναι τοῖς ῥήμασί σου δυνάμενον. Νῦν δὲ ἐγὼ πάρειμι, καὶ ἀξιῶ, λάλησον, ἐπᾶρόν σου τὸν λόγον εἰς ἀρετήν. Ὁ δὲ Σεκοῦνδος οὔτε ᾐδέσθη, οὔτ' ὡς βασιλεὺς c) ἐφοβήθη. Ἀγανακτήσας δὲ ὁ Ἀδριανὸς ἔφη, Τύρπωνί τινι d) λέγων, ποίησον τὸν φιλόσοφον, ἵνα φθέγξηται ἡμῖν λόγον· καὶ ὁ μὲν τύρπων, ὥσπερ ἐστὶν, εἶπεν· Λέοντές τε καὶ παρδάλεις καὶ ἄλλα θηρία ἔπειθεν ἀνθρωπίνῳ στόματι λαλῆσαι, τὴν δὲ τοῦ φιλοσόφου ἀπειθίαν οὔ. Μετεκαλέσατο δέ τινα σπεκουλάτωρα Ἕλληνα, καὶ ἔφη τὸν μὴ βουλόμενον λαλῆσαι βασιλεῖ Ἀδριανῷ ζῆν οὐ βούλομαι· ἄπαγε, κόλασον αὐτόν. Ὁ δὲ Ἀδριανὸς λάθρα τὸν σπεκουλάτωρα καλέσας, ἔφη αὐτῷ· ἡνίκα τὸν φιλόσοφον μέλλεις ἀπάγειν e), κατὰ τὴν ὁδὸν λάλησον αὐτῷ καὶ παραμύθησαι τοῦ λαλῆσαι, καὶ ἐὰν μὲν ἀποκριθῆναι αὐτὸν πείσῃς, ἀποκεφάλισον αὐτόν· ἐὰν δὲ οὐκ ἀποκριθῇ, σῶον πάλιν αὐτὸν ἐνταῦθα ἄγαγε. Ἀπηνέχθη δὲ σιωπῶν ὁ Σεκοῦνδος. Καὶ ὁ μὲν σπεκουλάτωρ κατέβαινεν ἔχων αὐτὸν εἰς τὴν πεῖραν, ἦν γὰρ ὁ τόπος ἐκεῖνος τῶν κολαζομένων, καὶ ἔλεγεν αὐτῷ· Ὦ Σεκοῦνδε, τί σιωπῶν ἀποθνήσκεις; λάλησον, καὶ ζήσῃ· χάρισαι ἑαυτῷ ζωὴν δι' αὐτοῦ λόγου· καὶ γὰρ ὁ κύκνος πρὸς τὸ

---

a) *Hoc verbum delendum videtur, quanquam tales pleonasmi non absunt.*

b) *In Codice MS. legitur* μάθωμεν. *Sed nostram lectionem Grammatica desiderat.*

c) *Lege* ὡς βασιλέα.

d) *Cod. MS. vitiose habet* τυρπωνὶ τῷ.

e) *MS. habet* ἐπάγειν.

τέρμα τοῦ βίου, καὶ ὅσα δὲ ἄλλα πετεινὰ τῇ δεδομένῃ αὐτοῖς φωνῇ κελαδεῖ a), καὶ οὐδέν ἐστιν ἄφωνον ἐν τῷ βίῳ· μετανόησον οὖν, ἱκανὸς γὰρ πρός σε σιωπῆς γενόμενος χρόνος. b) Καὶ ἄλλοις δὲ πλείοσι λόγοις παρεμυθεῖτο, καὶ ἐδελέαζε τὸν Σεκοῦνδον. Ὁ δὲ Σεκοῦνδος καὶ τοῦ ζῆν καταφρονήσας, σιωπῶν τὸν θάνατον ἐξεδέχετο, τοῖς λόγοις μὴ ἐπιστραφείς. ὁ δὲ σπεκουλάτωρ, ἀπαγαγὼν τὸν ἄνδρα ἐπὶ τὸν συνήθη τόπον, ἔφη, Σεκοῦνδε, πρότεινον σοῦ τὸν αὐχένα, καὶ δέξαι δι' αὐτοῦ τὸ ξίφος. Ὁ δὲ Σεκοῦνδος τείνας τὸν αὐχένα δι' αὐτῆς σιωπῆς τοῦ βίου ἀπετάσσετο. Γυμνὸν δὲ τὸ ξίφος ἐνδεικνύμενος ὁ σπεκουλάτωρ ἔφη· ὦ Σεκοῦνδε, ἀγόρασον φωνῇ σου τὸν θάνατον. Ὁ δὲ Σεκοῦνδος οὐκ ἐλάλησεν. Παραλαβὼν δὲ ὁ σπεκουλάτωρ αὐτὸν, ἦλθε πρὸς Ἀδριανὸν, καὶ ἔφη· Δέσποτα καῖσαρ, τὸν Σεκοῦνδον, ὁποῖον μοι παρέδωκας, τοιοῦτόν σοι αὐτὸν ἤγαγον μέχρι θανάτου σιωπήσαντα. Ἀδριανὸς δὲ θαυμάσας τὴν τοῦ φιλοσόφου ἐγκράτειαν ἀναστὰς, ἔφη· Σεκοῦνδε, τὴν σιωπὴν ἀσκήσας, ὥσπερ τινα νόμον σεαυτῷ προσθεὶς, τὸν νόμον σου παραλῦσαι οὐκ ἠδυνήθην· λαβὼν τοίνυν ταύτην τὴν δέλτον, γράψον καὶ ὁμίλησόν μοι διὰ τῶν χειρῶν σου. Δεξάμενος δὲ ὁ Σεκοῦνδος ἔγραψε τάδε· Ἐγὼ μὲν, ὦ Ἀδριανὲ, οὐ φοβηθήσομαί σε τοῦ ἀποθανεῖν, ἄρχων γὰρ τοῦ καιροῦ τούτου εὑρέθης, τὸ γὰρ ἀποκτεῖναί με ἐν σοί ἐστι, τῆς δ' ἐμῆς φωνῆς, καὶ τοῦ ἐμοῦ προφορικοῦ λόγου, οὐδεμία σοί ἐστιν ἐξουσία. Ἀδριανὸς δὲ ἀναγνοὺς, ἔφη, καλῶς ἀπελογήσω· ἀλλὰ καὶ ἐν ἑτέροις πλείοσιν· καὶ γὰρ εἴκοσί σοι προβλήματα προτίθημι, ὧν πρῶτον, τί ἐστι κόσμος; ἀπόκριναί μοι πρὸς ταῦτα. Πάλιν ὁ Σεκοῦνδος ἀντέγραψε· Κόσμος ἐστὶν, ὦ Ἀδριανὲ, τὸ σύστημα τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς πάντων, ὧν ἐροῦμαι μικρὸν ὕστερον, ἐὰν τοῖς λεγομένοις προσχῇς· καὶ σὺ γὰρ ἄνθρωπος εἶ, ὦ Ἀδριανὲ, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς πάντες, παντὸς πάθους μέτοχος c), σποδὸς σαπρίας. Καὶ ἡ d) ἀλόγων

a) Cod. MS. κελαδῆ.
b) MS. ἱκανὸν γὰρ πρός σε σιωπῆς γενόμενον χρόνον.
c) MS. μέτοχοι.
d) MS. ὁ ἡ.

ζωὴ ἐστὶ τοιαύτη· τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν πεφολίδωται, τὰ δὲ τετρίχωται, τὰ δὲ πεπτέρωται, τὰ δὲ κεκόσμηται, αὐτένδυτα καὶ αὐτοβοήθητά ἐστιν, ὑπὸ τῆς δωρηθείσης αὐτοῖς φύσεως. Τυγχάνεις a) δὲ σὺ, ὦ Ἀδριανὲ, φόβου πλήρεις πνεύματι βαρηχῷ λιδανει μοι ἐνοχῇ, λίαινε, ἀέρει συνάγεις, θέρους δὲ ἀέρος, ἔθερμες καὶ λίμναις, οἱ δαίνων ὁμοίως εἶ· καὶ γὰρ ἔχεις ζῶα, ἕρμιγγας, ἐν ᾧ καὶ φθηρῶν ἀγέλαι, ἐν σοι καθέλκουσι σκώληκας, ἐνέγκεισε οὐχὶ βάρος, πυρὶ τῶν ἐγκαυτήρων πέλεις. Προνοεῖ μὲν τεμνόμενον καὶ διαιρούμενον ὀλιγοχρόνιον καὶ πολυμαθὲς ζῶον, ἡλίου φρυγώμενον, βοῤῥεοψυχόμενον, γλώττεις (leg. γλώττης) δὲ ἔχεις προοίμιον, πένθους δάκρυα τὴν μεταβολὴν ἔχων. Πόσερόν ἐστιν ἡμῖν. Ὁ τῆς μοίρης καὶ τοῦ δαίμονος ἀνάγκη. Τὴν μὲν γὰρ οὐκ οἴδαμεν, πόθεν ἐστὶν, ἡ δὲ σήμερον παρέρχεται ἡμᾶς, τὴν δὲ ἐπιοῦσαν οὐκ ἴσμεν. Μὴ οὖν τῶν λεγομένων καταφρόνει, ὦ Ἀδριανέ. Μὴ λέγε, ὅτι τὸν κόσμον ἐγύρευσας μόνος, ἥλιος γάρ ἐστι καὶ σελήνη σὺν ἄστροις, οἱ τὸν κόσμον διοδεύοντες· μὴ δὲ δόκει καλὸς εἶναι, καὶ μέγας, καὶ πλούσιος, καὶ ἄρχων τῆς οἰκουμένης. Οὐκ οἶδάς δὲ, ὡς ἄνθρωπος βίου πέφυκας παίγνιον, ὑπὸ τύχης καὶ μοίρας κρατούμενος, ποτὲ μὲν ὢν ὑψηλὸς, ποτὲ δὲ ταπεινότερος ᾅδου· μαθεῖν οὐ δυνήσῃ τὸν βίον, ὦ Ἀδριανὲ, ἐκ τῶν πολλῶν ὑποδειγμάτων; πῶς πλούσιος μὲν χρυσικοῖς ὀβολοῖς τῶν Λυδίων βασιλεὺς Γύγης, στρατηλάτης δὲ μέγας ὁ Δαναῶν βασιλεὺς Ἀγαμέμνων, τολμηρὸς δὲ καὶ ἀνδρεῖος Μακεδόνων βασιλεὺς Ἀλέξανδρος, θρασὺς ὁ Ἡρακλῆς, ἄγριος ὁ Κύκλωψ, συνετὸς Ὀδυσσεὺς, καὶ καλὸς ὁ Ἀχιλλεύς; εἰ τοίνυν τούτους ἰδίους, ἃ εἶχον, ἡ τύχη ἀφείλατο, πολλῷ μᾶλλον ἢ b) σοί· οὐχ οὕτως γὰρ εἶ καλὸς, ὡς ὁ

a) *Hanc et sequentem periodum capere non possum. Quare nihil mutavi, sed verba ita descripsi, uti in MSto ea reperi.* [Schier.] *Nos locum conclamatum, in quo quot verba tot ulcera, literis diductis imprimendum curavimus.* [O.]

b) *Forte* καί.

Ἀχιλλεὺς, οὐδὲ συνετὸς, ὡς Ὀδυσσεὺς, οὐδὲ ἄγριος, ὡς ὁ Κύκλωψ, οὐδὲ θρασὺς, ὡς Ἡρακλῆς, οὐδὲ ἀνδρεῖος καὶ τολμηρὸς, ὡς ὁ Ἀλέξανδρος, οὐδὲ στρατηλάτης, ὡς ὁ Ἀγαμέμνων, οὐδὲ πλούσιος, ὡς ὁ Γύγης, ὁ τῶν Λυδῶν βασιλεύς. Ταῦτα μὲν, ὦ Ἀδριανὲ, ἐν μέρει προοιμίου ἡμῖν ἀνεγράφη. Ἴωμεν δὲ, καθὼς ἐπηρώτησας. Τότε Ἀδριανὸς ἀναγνοὺς, καὶ μαθὼν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν τὴν σιωπὴν ἐφιλοσόφησεν, ἐκέλευσεν αὐτοῦ τὰς βίβλους ἐν τῇ ἱερατικῇ βιβλιοθήκῃ a) ἐντεθῆναι Σεκούνδου τοῦ φιλοσόφου.

Τέλος τοῦ βίου Σεκούνδου.

TESTIMONIA VETERUM
DE SECUNDO.
PHILOSTRATI.

In Vit. Sophist. Lib. I. pag. 544. (ed. Olearii.)

Μηδὲ Σεκούνδου τοῦ Ἀθηναίου ἀμνημονῶμεν, ὃν ἐκάλουν ἐπίθυρόν b) τινες, ὡς τέκτονος παῖδα. Σεκοῦνδος τοίνυν ὁ σοφιστὴς, γνῶμαι μὲν περιττὸς, ἑρμηνεῦσαι δὲ ἀπέριττος. Ἡρώδην δ' ἐκπαιδεύσας ἐς διαφορὰν αὐτῷ ἀφίκετο παιδεύοντι ἤδη· ὅθεν Ἡρώδης διετώθαζεν αὐτὸν, ἐκεῖνο λέγων·

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων.

Ἀλλ' ἀποθανόντι καὶ λόγον ἐπεφθέγξατο, καὶ δάκρυα ἐπέδωκε, καί τοι γηραιῷ τελευτήσαντι. Μνήμης δὲ ἄξια τοῦ ἀνδρὸς τούτου καὶ πλείω μὲν, μάλιστα δὲ ἥδε ἡ ὑπόθεσις.

Ὁ ἄρξας στάσεως ἀποθνησκέτω, καὶ ὁ παύσας στάσιν ἐχέτω δωρεάν· ὁ αὐτὸς καὶ ἄρξας καὶ παύσας αἰτεῖ τὴν δω-

---

a) MS. βιβλῳ.

b) Ex Suida legendum ἐπίουρον, clavum ligneum, de qua voce Maussacus Dissert. Critic. p. 401.

ρεάν. Τὴν δὲ ὑπόθεσιν ᾧδε ἐβραχυλόγησεν. Οὐκοῦν, ἔφη, τί πρότερον; τὸ κινῆσαι στάσιν. Τί δεύτερον; τὸ παῦσαι. δοὺς οὖν, ἐφ' οἷς ἠδίκεις, τιμωρίαν, τὴν ἐφ' οἷς εὖ πεποίηκας, εἰ δύνασαι a), λάβε. Τοιόςδε ὁ ἀνὴρ οὗτος. Τέθαπται δὲ πρὸς τῇ Ἐλευσῖνι τῆς Μεγαράδε ὁδοῦ.

Anonymi Florilegium MStum in Bibliotheca Barberina.

Ὁ Σεκοῦνδος ἔφη· τριῶν κακῶν τέτευγμαι, γραμματικῆς, πενίης, καὶ οὐλομένης γυναικός· τῶν δύο ἐξέφυγον, οὐλομένης γυναικὸς ἐκφυγεῖν οὐκ ἴσχυσα.

Ex Suida.

Σεκοῦνδος Ἀθηναῖος σοφιστὴς, ὃς ἐχρημάτισε Πλίνιος, ἐπωνομάζετο δὲ Ἐπίουρος, ὡς υἱὸς τέκτονος, καθηγητὴς δὲ γέγονε καὶ Ἡροδότου (leg. Ἡρώδου) τοῦ σοφιστοῦ· ἔγραψε μελέτας ῥητορικάς.

Vincentius Bellovacensis Spec. Hist. Lib. III. Cap. 70.

Temporibus Adriani floruit Secundus Philosophus, qui philosophatus est omni tempore silentium servans et Pythagoricam vitam ducens.

LUCAS HOLSTENIUS
AD LECTOREM.

De Secundo omnia nobis certiora faciunt Philostratus, Suidas, et sequioris aevi scriptor Vincentius Bellovacensis meliores hac in re auctores secutus. Suidas autem plane absurdo et puerili errore Atheniensem hunc Sophistam cum C. Plinio Secundo, clarissimo scriptore Romano, confundit: eum porro errorem alio

a) *Interponendum hic puto δωρεὰν, aut ejusmodi vocem.* [Holsten.]

haud leviori oscitantes librarii cumularunt, dum pro Herode *a*) nobili item Sophista nobis substituerunt Herodotum. Atque ut Suidam ex Philostrato emendare in promtu est, ita vicissim apud hunc ex Suida Secundi cognomen restituendum, et pro ἐπίθυρος, ἐπίουρος *b*) legendum existimo, ea enim vox clavum ligneum seu paxillum significans, fabri filio haud male joculari appellatione tribui videtur. Addam et hoc, brevem illam et argutam Secundi declamatiunculam, male acceptam a Philostrati interprete *c*), ita distingui debere, ut a nobis editur. Ex ea liquide apparet, Gnomas hasce, vel potius aenigmata, verum et genuinum Sophistae illius arguti et βραχυλόγου foetum esse: de quo post Antonii *d*) et Vincentii *e*) testimonia dubitare non licet. Ineptissimam vero narrationem, quam adtexit Vincentius de pertinaci silentio, quod Secundus sibi indixerat, cum nugacis et inficeti seculi genium redoleat, huic Opusculo inserere religio mihi fuit, potest enim vel apud ipsum vel apud Casparem Barthium legi, qui ex vetustis membranis in magnum Adversariorum opus Lib. XV. Cap. 17. retulit. Quod superest, Secundum Regiae Parisiensi Bibliothecae debes.

---

a) *Notatum hoc etiam Meursio VI, 9. Lectionum Atticarum.* [*Schier.*]

b) *Ita etiam Meursius VI, 9. Lect. Attic. et in Critico Arnobiano p. 109. Bochartus in Chanaan L. I. Cap. 38. p. 718. seq. et Kusterus in Suidam.* [*Idem.*]

c) *Antonio Bonfinio. Sed hoc in Olearii editione recte emendatum.* [*Idem.*]

d) *Antonii Melissae Serm. 122. (ed. Gesner. Francof. cum Stobaeo). Nos Antonii locum, cum non sit testimonium de Secundo, sed variatio tantum sententiae vel quaestionis 8. τί ἐστι γυνή, infra exhibuimus.* [*O.*]

e) *Haec et ipsa Graece obvia in Codice Graeco Gudiano. Refert et Jo. Ravisius Textor in officina, auctorem laudans Diogenianum.* [*Schier.*]

ΣΕΚΟΥΝΔΟΥ

ΤΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΣΟΦΟΥ

ΓΝΩΜΑΙ.

(Cum varietate lectionis Codicis Gudiani.)

1. *Τί ἐστι Κόσμος;*

Ἀκατάληπτος περιοχὴ a), θεωρητικὸν κατασκεύασμα b), ἀσύνοπτον c) ὕψωμα, αὐτογέννητον θεώρημα, πολυχάρακτον μόρφωμα, αἰώνιον διακράτημα, αἰθὴρ θρεπτικὸς d), πολυδιοίκητον πνεῦμα e), ἐπταπλανὲς f) κύκλωμα g), ἥλιος, φῶς h), ἡμέρα, σελήνη i), ἄστρα, σκότος, νὺξ, γῆ, πῦρ k), ὕδωρ, ἀήρ l).

2. *Τί ἐστιν Ὠκεανός;*

Κόσμου ἐναγκάλισμα, θαλάσσιον m) στεφάνωμα, ἁλμυρὸς δεσμὸς, ἀτλαντικὸς ζωστὴρ n), πάσης φύσεως περίδρομος o), οἰκουμένης κάτοχος.

3. *Τί ἐστι Θεός;*

Ἰδεόπλαστον ἀγαθὸν p), πολύμορφον εἴκασμα q), ἀσύνοπτον ὕψωμα, πολυχάρακτον μόρφωμα, δυσνοούμενον ζή-

---

a) Veteris versionis auctor legit ἀκατάληπτος περίοδος: vertit enim incessabilis circuitus.

b) MS. Gud. minus recte κατασκευασμένον.

c) MS. Gud. εὐσύνοπτον. Infra deus ἀσύνοπτον ὕψωμα appellatur.

d) MS. Gud. θρεπτηκός.

e) πολυδιοίκητον πνεῦμα. Haec in MSto Gudiano non leguntur.

f) MS. Gud. ἀπλανές. Versio vetus ap. Vincentium: circuitus sine errore.

g) MS. Gud. κύκλευμα.

SECUNDI ATHENIENSIS PHILOSOPHI SENTENTIAE.

(Ex versione latina Lucae Holstenii.)

1. Quid est Mundus?

Incomprehensibilis complexio, structura mente contemplanda, altitudo oculis inaccessa, ex se natum spectaculum, multiformis figuratio, aeternus tenor, almus aether, multipartitus spiritus, septivagus circuitus, sol, lumen, dies, luna, stellae, tenebrae, nox, terra, ignis, aqua, aër.

2. Quid est Oceanus?

Mundi amplexus, corona maritima, salsum vinculum, cingulum Atlanticum, totius naturae ambitus, orbis fascia.

3. Quid est Deus?

Bonum nativum, multiformis imago, altitudo invisibilis, varie effigiata forma, quaestio intellectu difficilis,

---

h) *MS. Gud.* ἡλίου φῶς.

i) *abest in MS. Gud.*

k) *MS. Gud. non agnoscit v.* πῦρ.

l) *MS. Gud.* ἀὴρ, ὕδωρ.

m) *MS. Gud.* στεφανωμένον ὅριον, περίαμμα ἁλμυραῖον, δεσμὸς ἀτλαντικός.

n) ζωστὴρ *non habet MS. Gud.*

o) *Addit MS. Gud.* ἡλιακὸς λαμπτήρ.

p) *Verbum* ἰδιόπλαστον *exulat a MS. Gud.*

q) *Mendose MS. Gud.* ἴκασμα.

τημα, ἀθάνατος νοῦς, πολυδιοίκητον πνεῦμα, ἀκοίμητος ὀφθαλμὸς, ἰδία πάντων οὐσία a), πολυώνυμος δύναμις, παγκρατὴς χεὶρ b), φῶς, νοῦς, δύναμις.

4. Τί ἐστιν Ἡμέρα;

Στάδιον κακοπαθείας, δωδεκάωρος c) διαδρομὴ, ἀρχὴ καθημερινὴ, ὑπόμνησις βιωτικὴ d), δειλινὴ ἀπότασις e), αἰώνιον ἀρίθμημα, φυσικὸν ἐσόπτρισμα f), ἀερίζουσα μέριμνα g).

5. Τί ἐστιν Ἥλιος;

Οὐράνιος ὀφθαλμὸς, νυκτὸς ἀνταγωνιστὴς, αἰθέριον κύκλωμα h), κοσμικὸς ἔλεγχος, ἀκήρατος φλὸξ, καρπῶν περιβόλαιον i), ἄσβεστος ἀκτὶς, κεχορηγημένη λαμπὰς, οὐράνιος ὁδοιπόρος, ἀδιάλειπτον φέγγος, ἡμέρας κόσμιον.

6. Τί ἐστι Σελήνη;

Οὐρανοῦ πορφύρα, νυκτερινὴ παραμυθία, πλεόντων παννύχισμα, ὁδευόντων παρηγορία, ἡλίου διαδοχὴ, οὐράνιος ὁδοιπορία k), κακούργων ἔχθρα, σημεῖον ἑορτῶν l), μηνιαῖον ἀνακύκλωμα m), παλίνδρομος ἀνάμνησις n).

7. Τί ἐστι Ἄνθρωπος;

Νοῦς σεσαρκωμένος, πνευματικὸν ἀγγεῖον, αἰσθητικὸν οἴκημα o), οἰκητήριον ὀλιγοχρόνιον, ἐπίπονος ψυχὴ, τύχης παίγνιον, φρόντισμα χρόνου p), ὠστεωμένον ὄργανον q), κατάσκοπος βίου, φωτὸς ἀποστάτης, γῆς ἀπαίτημα r).

---

a) *Verba* ἰδία πάντων οὐσία *absunt a Cod. Gud.*

b) *MS. Gud.* παγκρατὲς φῶς.

c) *MS.* δωδεκάμαρος *nullo plane sensu.*

d) *Romana editio* βιωτικὴ, *vitiose.*

e) *Codex Gud.* ἀπότεξις *et addit* ζωοτικὴ ἔντευξις.

f) *Cod. Gud.* ἐσώπτρησμα *vitiose.*

g) *Haec verba desunt in Cod. Gud. sed addita legimus* παλίνδρομος ἀνάμνησις.

h) *MS. Gud. vitiose* θερινὸν κύκλωμα.

i) *Non habet Cod. Gud. uti nec sequentia,* ἄσβεστος ἀκτίς. *Pro his autem habet* ἀδιάπτωτον φέγγος.

mens immortalis, spiritus cuncta pervadens, pervigil oculus, propria omnium essentia, multinominis potestas, manus omnipotens, lumen, mens, potestas.

4. Quid est Dies?

Studium laboris, duodecim horarum decursus, quotidianum principium, admonitio victitandi, vespertina dilatio, perpetua supputatio, speculum naturale, sollicitudo aëria.

5. Quid est Sol?

Oculus coelestis, noctis adversarius, aethereus circuitus, mundi index, flamma sincera, frugum fomentum, radius inextinguibilis, fax semper suppetens, viator coelestis, indeficiens lumen, ornamentum diei.

6. Quid est Luna?

Coeli purpura, solamen nocturnum, navigantium pervigilium, peregrinantium consolatio, solis vicaria, iter coeleste, facinorosorum inimica, signum festorum, menstrua revolutio, reciprocum memoraculum.

7. Quid est Homo?

Mens induta carne, vas spirituale, sensile domicilium, breve habitaculum, anima ad labores nata, fortunae ludibrium, temporis cura, instrumentum osseum, vitae explorator, lucis desertor, terrae creditum.

---

k) *Haec desunt in MS. Gud.*

l) *Cod. Gud.* ἑόρτιον.

m) *Cod. Gud.* μηνῶν ἀνακύκλευμα.

n) *Haec omittit MS. Gud.*

o) *MS. Gud.* χορήγημα.

p) *Cod. Gud.* φάντασμα χρόνου.

q) *Has duas voces non habet MS. Gud.*

r) *Haec bina verba non deprehendimus in Cod. Gud. Sed pro his leguntur* ἀπαράμονον ἀγαθὸν, ζωῆς δαπάνημα, φυγὰς βίου, αἰώνιος νεκρός.

8. Τί ἐστι Γυνή;

Ἀνδρὸς ἐπιθύμιαν a), συνεστιώμενον b) θηρίον c), συγκοιμωμένη λέαινα, συντηρουμένη δράκαινα d), ἱματισμένη e) ἔχιδνα, αὐθαίρετος f) μάχη, πολυτελὴς πόλεμος, καθημερινὴ ζημία, ἀνθρωποποιὸν ὑπούργημα g), ζῶον πονηρὸν, ἀναγκαῖον κακόν h).

Ἄλλως i).

(*Ex Antonii Melissae Serm.* περὶ γυναικῶν *pag.* 605. *ed. Conr. Gesneri Francof. cum Stobaeo.*)

Σεκοῦνδος ὁ σοφὸς ἐρωτηθεὶς, τί ἐστι γυνή; εἶπεν· ἀνδρὸς ναυάγιον, οἴκου ζάλη, ἀμεριμνίας ἐμπόδιον, βίου ἅλωσις, καθημερινὴ ζημία, αὐθαίρετος μάχη, πολυτελὴς πόλεμος, συνεσθιώμενον θηρίον, συγκαθημένη μέριμνα, συμπλεκομένη λέαινα, κεκοσμημένη Σκύλλα, ζῶον πονηρὸν, ἀναγκαῖον κακόν.

9. Τί ἐστι Πλοῦτος;

Χρυσοῦν φορτίον k), ἡδονῶν ὑπηρέτης, ἐπιβουλευόμενον πρᾶγμα, ἀπόλαυσις ἀνέκφραστος l), φθόνος συνεστιώμενος, φόβος ἐλπιζόμενος m), καθημερινὴ μελέτη n), εὐμετάπτωτον πρᾶγμα, φιλούμενον ἀτύχημα, περιπόθητον ταλαιπώρημα, ὑψηλὸν πῶμα o), ἀργυρικὸν σύνθεμα, περιερχόμενον εὐτύχημα.

10. Τί ἐστι Πενία;

Μισούμενον ἀγαθὸν, ὑγιείας μήτηρ, ἡδονῶν ἐμποδισμὸς p), ἀμέριμνος διατριβὴ q), δυσαπόσπαστου κτῆμα, ἐπινοιῶν διδά-

---

a) *MS. Gud.* ἀθυμία.

b) *MS. Gud. vitiose* συνεστιόμενον.

c) *Post haec in MS. Gudiano legimus* συνεγειρομένη μέριμνα, συμπλεκομένη ἀσέλγεια.

d) *Haec omissa in Cod. Gud.*

e) *MS. Gud.* αἱματισμένη.

f) *Cod. Gud.* αὐθέρετος.

g) *MS. Gud. haec verba non habet.*

h) *In MS. Gudiano praeterea mulier dicitur* ἐννεαπνεύμονος ζάλη, ἰοβόλος ἀσπὶς, συγκοιμωμένη ἀκρασία, οἰκίας χειμὼν, ἀνδρὸς ἀκρατοῦς ναυάγιον, μοιχῶν κατασκευὴ, ἱκανὸν φορτίον.

8. Quid est Mulier?

Viri desiderium, fera contubernalis, leaena lecti socia, dracaena custodita, vipera vestita, pugna voluntaria, bellum sumptuosum, dispendium quotidianum, hominum procreandorum officina, animal malitiosum, malum necessarium.

Aliter.

(Ex Anton. Meliss. Serm. de mulieribus.)

Secundus ille sapiens, quid esset mulier, interrogatus, respondit: Viri naufragium, domus tempestas, quietis impedimentum, vitae captivitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, sumptuosum bellum, bellua conviva, sollicitudo considens, leaena complectens, exornata Scylla, animal malitiosum, malum necessarium.

9. Quid sunt Divitiae?

Sarcina aurea, voluptatum ministrae, res insidiis exposita, voluptas ineffabilis, invidia domestica, speratus timor, studium quotidianum, res lubrica, amabile infortunium, desiderata aerumna, summus rerum apex, tessera argentea, erratica felicitas.

10. Quid est Paupertas?

Odiosum bonum, mater sanitatis, impedimentum voluptatum, vita sine curis, tuta possessio, magistra

---

i) *Sic etiam ex vetere (eoque meliore) Cod. Lambecius in Codd. MSS. Bibl. Vindobon. VII. p. 270.*

k) *MS. Gud.* χρυσοῦ φορτίον.

l) *Cod. Gud.* ἀνεύφραντος.

m) *Desunt haec in MS. Gud.*

n) *Haec verba, ut et sequentia usque ad finem sententiae, in MS. Gudiano non habentur. Adduntur autem pro his* φίλος ἐλπιζόμενος, ἀπλήρωτος ἐπιθυμία, ἀόρατος ἐπιθυμία.

o) *Cod. Gud.* στόμα.

p) *MS. Gud.* ἐμπόδιον.

q) *Vitiose MS. Gud.* διατριβή.

σκαλος, σοφίας ἀνεύρησις a), ἄφθονον πρᾶγμα, ἀσκόπευτος οὐσία, ἀζημίωτος ἐμπορία, ἀψήφιστος οὐσία.

11. Τί ἐστι Φίλος;

Ζητούμενον ὄνομα, ἄνθρωπος ἀφανὴς, δυσεύρητον κτῆμα, καταφυγὴ δυστυχίας, ἀπορίας παραμύθιον b), ἄκος c) ταλαιπωρίας, κατάσκοπος βίου d), ἄνθρωπος ἀκατάληπτος, ἀνυπόστατον κειμήλιον e), ἀκατάληκτος εὐτυχία f).

12. Τί ἐστι Γῆρας;

Πλήρωσις ἡμερῶν g), ὑγιαίνουσα νόσος, ζῶν θάνατος, προσδοκωμένη μέριμνα, φόβος ἐλπιζόμενος h), πολυχρόνιον γέλασμα, ἄτονος φρόνησις, ἔμπνους νεκρὸς, Ἀφροδίτης ἀλλότριον i), θάνατος προσδοκώμενος k), νεκρὸς κινούμενος.

13. Τί ἐστι Ὕπνος;

Καμάτων ἀνάπαυσις, ἰατρῶν κατόρθωμα, δεδεμένων λύσις, ἀγρυπνούντων σοφία, νοσούντων εὐχὴ, θανάτου εἰκὼν, ταλαιπωρούντων παραμυθία l), πάσης ψυχῆς ἡσυχία, πλουσίων ἐπιτήδευμα, πενήτων ἀδολεσχία, καθημερινὴ μελέτη.

14. Τί ἐστι Κάλλος;

Φυσικὴ ζωγραφία, ἰδιόπλαστον ἀγαθὸν, ὀλιγοχρόνιον εὐτύχημα, εὐπαράλλακτον κτῆμα m), ἔμπνους πόρνευσις n), ἀνδρὸς ἀσελγοῦς o) ναυάγιον, ἀπαράμενον ἀγαθὸν p), σεσαρ-

---

a) MS. Gud. σοφίας εὑρετής. Reliqua: ἄφθονον πρᾶγμα, ἀσκόπευτος οὐσία, ἀζημίωτος ἐμπορία, in hoc MS. desiderantur. Pro his autem leguntur: φθόνου ἐμπορία, ἀζήμιος πραγματία, ἀσυκοφάντητον κτῆμα, ἄδηλος ἀτυχία, ἀμέριμνος εὐτυχία.

b) MS. Gud. ἀπορία τῶν παραμυθίων vitiosissime.

c) MS. Gud. κατάσκοπος.

d) Haec desunt in Cod. Gudiano, ut et quae immediate sequuntur, ἄνθρωπος ἀκατάληπτος.

e) MS. Gud. ἀνυπόκτατον κειμήλιον.

f) MS. ἀκατάληπτος ἐπιτυχία.

cogitationum, sapientiae repertrix, res absque invidia, opes ab exploratoribus securae, mercatura indemnis, divitiae non supputandae calculis.

11. Quid est Amicus?

Nomen inane, homo nusquam comparens, res inventu difficilis, infelicitatis refugium, angustiarum solatium, miseriarum medela, vitae inspector, homo incomprehensibilis, thesaurus nusquam existens, indesinens felicitas.

12. Quid est Senectus?

Plenitudo dierum, sanus morbus, viva mors, cura expectata, speratus timor, annosum deridiculum, enervis prudentia, cadaver spirans, Veneris odium, mors expectata, mobile cadaver.

13. Quid est Somnus?

Laborum requies, desideratus medicorum effectus, vinctorum solutio, insomniosorum sapientia, aegrotantium votum, mortis imago, afflictorum solamen, universi spiritus quies, divitum studium, pauperum oblectamentum, quotidiana occupatio.

14. Quid est Pulchritudo?

Nativa pictura, inaffectatum bonum, momentanea felicitas, mutabilis possessio, spirans lenocinium, hominis incontinentis naufragium, bonum instabile, carnea

---

g) Desunt in MS. Gud. legit autem εὐεκτὲς κακόν.

h) Desunt in MS. Gud.

i) MS. Gud. ἀλλότριας *vitiose.*

k) MS. Gud. προσδοκούμενος *a* προσδοκέω *Ion. pro* προσδοκάω.

l) MS. Gud. ἐπιθυμία.

m) MS. Gud. ἀπαράμονον κτῆμα.

n) Haec omissa sunt in Cod. Gud.

o) MS. Gud. εὐρεβοῦς.

p) Desiderantur haec in MS. Gud.

κωμένη εὐτυχία a), ἡδονῶν ὑπηρεσία, ἄνθος μαραινόμενον, ἀσύγκτητον πρᾶγμα b), ἀνθρώπων παραμυθία c).

15. Τί ἐστι Γῆ;

Οὐρανοῦ βάσις d), ἀπύθμενον θεώρημα e), ἀεροφυὲς ῥίζωμα f), γυμνάσιον ζωῆς, σελήνης παννύχισμα, ἀσύνοπτον θεώρημα, ὄμβρων τιθήνη, καρπῶν μήτηρ g), ᾅδου καλυπτὴρ, αἰώνιον φύλαγμα, πολυδιοίκητον χώρημα h), γέννα καὶ ἀποδοχὴ πάντων i).

16. Τί ἐστι Γεωργός;

Καρπῶν k) ὑπηρέτης, ὄμβρων διαιτητὴς, ἐρημίας συνήθης, ἀθαλασσίας ἔμπορος l), ὕλης ἀνταγωνιστὴς, τροφῆς m) ὑπουργὸς, πεδίων ἀριστευτὴς n), γῆς ἰατρὸς, δένδρων φυτουργὸς, ὀρνέων o) παιδαγωγὸς, κακοπαθείας συνήθεια p).

q) 17. Τί ἐστι Πλοῖον;

Ἐπίσαλον πρᾶγμα r), ἀθεμελίωτος οἰκία s), ἡρμοσμένος t) τάφος, κυβικὴ σανὶς u), ἀνέμων ὁδοιπορία x), ἀνιπταμένη y) φυλακὴ, ἐπιπλέων z) μόρος, πελάγιος ἵππος aa), ἠνεῳγμένη γαλεάγρα bb), ἐγκύματος ὁδοιπορία cc).

---

a) Cod. Gud. ἐπιτυχία.
b) MS. Gud. ἀσύνθετος πραγματεία.
c) MS. Gud. melius ἐπιθυμία.
d) MS. Gud. Οὐράνιος.
e) Desiderantur in Cod. Gud.
f) Desunt in MS. Gud.
g) Cod. Gud. φύλαγμα καὶ μήτηρ.
h) MS. Gud. χορήγημα.
i) In MS. Gud. adduntur: κόσμου μεσότης, ἀκατάληπτος περιοχὴ, σύστημα θεόκτιστον.
k) MS. Gud. κόπων.
l) Desunt haec in Cod. Gud.
m) MS. Gud. vitiose τρυφῆς.
n) Desiderantur haec in Cod. Gud.
o) MS. Gud. ὀρέων.
p) Desunt haec in MS. Gud. Sed pro iis leguntur ἐρημίας σύνοικος.

felicitas, voluptatum ministra, flos marcidus, res non parabilis, hominum solatium.

15. Quid est Terra?

Coeli basis, speculatio sine fundo, radicatio aërea, gymnasium vitae, lunae pervigilium, spectaculum visu incomprehensibile, imbrium nutrix, frugum mater, inferorum operculum, custodia aeterna, spatium multarum ditionum, generatio et receptaculum omnium rerum.

16. Quid est Agricola?

Frugum minister, imbrium arbiter, solitudinis amicus, mercator maris expers, silvae adversarius, victus operarius, corrector camporum, terrae medicus, plantator arborum, avium magister, aerumnae consuetudo.

17. Quid est Navigium?

Res fluctuans, domus sine fundamento, sepulcrum paratum, tabula quadrata, ventorum peregrinatio, volitans carcer, mors natitans, equus marinus, muscipula aperta, fluctivagum iter.

---

q) *Hoc loco sequitur in Codice MS. Gudiano, quod recentius additum non dubitamus.*

Τί ἐστι Μόναχός;

Θάνατος πωλούμενος, ἀγωνοθέτου θυμὸς, γαστριμαργίας ἐπιθυμία, τύχης παράπτωμα, ὀξὺς θάνατος, περισαλπιζομένη μοῖρα, παραμένων μόρος, κακὴ νίκη.

r) *MS. Gud.* ἐπίσαλος πράξις.

s) *MS. Gud.* ἀθεμελίωτον οἴκημα.

t) *MS. Gud.* εἱρμωσμένος.

u) *Desunt in MS. Gud.*

x) *MS. Gud.* παίγνιον.

y) *MS. Gud.* περιΐπταμένη.

z) *MS. Gud.* ἐπιπλεόντων. *Minus bene.*

aa) *Desunt in MS.*

bb) *Itidem desunt.*

cc) *Desunt in MS. Pro his autem additur:* συνδεδεμένη μοῖρα, ὄρνεον ξύλινον, ἄδηλος σωτηρία.

18. *Τί ἐστι Ναύτης;*

Κυμάτων ὁδοίπορος, θαλάσσης βερηδάριος a), ἀνέμων σύνοδος b), οἰκουμένης ξένος, γῆς ἀποστάτης, χειμῶνος ἀνταγωνιστής, διαπόντιος μονόμαχος c), ἀνέμων ἰχνευτής, ἄδηλος ἐπὶ σωτηρίᾳ, θανάτου γείτων, θαλάσσης ἐραστής.

19. *Τί ἐστι Θάνατος;*

Αἰώνιος ὕπνος, ἀνάλυσις σώματος d), ταλαιπωρούντων ἐπιθυμία, πνεύματος ἀπόστασις e), φυγὴ καὶ ἀπόκτησις βίου f), πλουσίων φόβος, πενήτων παραλαλία g), ἀνάλυσις h) μελῶν, ὕπνου πατὴρ, ἀληθινὴ προθεσμία, ἀπόλυσις πάντων.

18. Quid est Nauta?

Fluctuum viator, veredarius maris, ventorum comes, orbis hospes, terrae desertor, tempestatum adversarius, maritimus gladiator, pervestigator ventorum, salutis incertus, mortis vicinus, maris amator.

19. Quid est Mors?

Somnus aeternus, resolutio corporis, afflictorum desiderium, recessus spiritus, fuga et abdicatio vitae, divitum timor, pauperum solamen, resolutio membrorum, pater somni, verus terminus fixus, dissolutio omnium.

---

a) *MS. Gud.* θαλάσσιος βεριδάρης (*Vide Not. o.*)
b) *MS.* ἄμμων ἰχνευτής.
c) *MS.* ἀπόντιος μάναχος *inepte.*
d) *MS. Gud.* διάλυσις σωμάτων.
e) *MS. Gud.* ἀποστάτης.
f) *Cod. Gud.* φυγὴ ἀκτησία βίου.
g) *Cod. MS. Gud.* ἐπιθυμία.
h) *MS. Gud.* λύσις.

SECUNDI PHILOSOPHI *)

RESPONSA AD INTERROGATA ADRIANI.

(Ex Vincentio Bellovacensi Speculo hist. Lib. X. Cap. LXXI.)

Quid est Mundus? Incessabilis circuitus, spectabilis supellex, multiformis formatio, aeternus tenor, circuitus sine errore.

Quid est Oceanus? Mundi amplexus, terminus coronatus (*al.* coarctatus), hospitium fluviorum, fons imbrium.

Quid est Deus? Immortalis mens, incontemplabilis celsitudo, forma multiformis, incogitabilis inquisitio, insopitus oculus, omnia continens, lux, bonum, et quod est hujusmodi.

Quid est Sol? Coeli oculus, caloris circuitus, splendor sine occasu, diei ornatus, horarum distributor.

Quid est Luna? Coeli purpura, Solis aemula, malefactorum inimica, solamen iter agentium, directio navigantium, signum solemnitatum, larga roris, praesagium tempestatum.

Quid est Terra? Basis coeli, meditullium mundi, fructuum custos et mater, operculum inferni, mater nascentium, nutrix viventium, devoratrix omnium, cellarium vitae.

Quid est Homo? Mens incarnata, phantasma temporis, speculator vitae, mancipium mortis, transiens viator, loci hospes, anima laboriosa, parvi temporis habitaculum.

---

*) *Hoc opusculum omisit Sohier in Collectione sua, subjecit autem Gale ad calcem Sententiarum Secundi Opusc. Myth. p.* 640. *seq. ed. Amst. Nos illius et Jo. Alb. Fabricii in Bibliotheca Graeca Tom. XIII. pag.* 573. *editionem secuti, non negligendum putavimus, cum haud minimi momenti sit ad emendandas, si alicui hoc volupe erit, Graecas Secundi sententias.* [O.]

Quid est Pulchritudo? Flos marcidus, carnalis felicitas, humana concupiscentia.

Quid est Mulier? Hominis confusio, insaturabilis bestia, continua sollicitudo, indesinens pugna, viri incontinentis naufragium, humanum mancipium.

Quid est Amicus? Desiderabile nomen, homo vix apparens, infelicitatis refugium, indesinens felicitas.

Quid Divitiae? Auri pondus, curarum ministri, delectatio injucunda, insatiabilis invidia, desiderium inexplebile, os excelsum, invisa concupiscentia.

Quid est Paupertas? Odibile bonum, sanitatis mater, curarum remotio, sapientiae repertrix, negotium sine damno, possessio absque calumnia, sine sollicitudine felicitas.

Quid Senectus? Optatum malum, mors viventium, incolumis languor, spirans mors.

Quid Somnus? Mortis imago, laborum quies, infirmantium votum, miserorum desiderium.

Quid est Vita? Beatorum laetitia, miserorum moestitia, exspectatio mortis.

Quid est Mors? Aeternus somnus, divitum pavor, pauperum desiderium, inevitabilis eventus, latro hominis, fuga vitae, resolutio omnium.

Quid est Verbum? Proditor animi.

Quid est Corpus? Domicilium animae.

Quid est Barba? Sexus discretio.

Quid est Cerebrum? Custos memoriae.

Quid est Frons? Imago animi.

Quid Oculi? Duces corporis, vasa luminis.

Quid est Cor? Receptaculum vitae.

Quid Iecur? Custodia caloris.

Quid Fel? Suscitatio iracundiae.

Quid Splen? Risus et laetitiae capax.

Quid est Stomachus? Ciborum coquus.

Quid Ossa? Robur corporis.

Quid Pedes? Mobile fundamentum.

Quid est Ventus? Aëris perturbatio, mobilitas aquarum, siccitas terrae.

Quid sunt Flumina? Cursus indeficiens, refectio solis, irrigatio terrae.

Quid Amicitia? Aequalitas animorum.

Quid fides? Ignotae rei mira certitudo.*)

Quid est, quod hominem lassum fieri non sinit? Lucrum.

SECUNDI PHILOSOPHI
SENTENTIAE.

EX MEMBRANIS VETUSTIS.

(Ex Gasp. Barthii Adversar. Lib. XV. Cap. XVII. p. 816. seq.)

Mundus, est incessabilis circulus, cunctorum via et transitus.

Mare, mater aquarum, terrae amplexus.

Deus, mens immortalis, incomprehensibilis certitudo, forma omniformis.

Coelum, sphaera volubilis, campus intelligentiae, hortus aeternitatis, theatrum vitale omnium.

Sol, oculus dei, coeli et naturae sensus, temperator vitarum, horarum aeternus distributor.

Luna, Solis famula, tenebrarum arbitra, index malefactorum, directio aestuum, tempestatum et ventorum indicium.

Homo, mens incarnata, anima subjecta tempori, lusus astrorum, speculator vitae, motus et mortis principium.

Terra, basis mundi, mater corporum.

Dies, stadium laborum, viventium respectus, mortis calculatio.

Aër, custodia vitarum, animarum fundus.

---

*) *Fides scil. Christiano sensu. Vid. Paul. Epist. ad Hebr. XI*, 1. [O.]

Lux, rerum facies, colorum index.

Pluvia, terrae exsudatio, nutrix fructuum.

Nebula, tenuis nox.

Ventus, aëris turbatio, mobilitas aquarum, siccitas terrae.

Aqua, subsidium vitae, fons fructuum, scatebra agilitatis, macularum ablutio.

Flumen, imago temporis, cursus indeficiens, refectio solis, irrigatio terrae.

Gelu, fluminum exsiccatio, pons aquarum naturalis.

Hyems, caloris exsilium.

Ver, parturitio terrae.

Aestas, rerum voluptas, naturae praegnatio, venustas laborum.

Mulier, sollicitudo perpetua, humana furia, quotidianum damnum, perpetua iracundia, pondus immobile, necessarium malum.

Pulchritudo, naturalis captio, parvi temporis flos, error humanus, omnium cupiditas, dulcis morbus, amabile tormentum.

ALTERCATIO
HADRIANI AUG.
ET
EPICTETI PHILOSOPHI.

(Ex Fr. Lindenbrogii editione.) *)

Hadr. *Primum est, quid sit mundus.* Epict. Mundus est, o Hadriane, constitutio coeli et terrae, et

*) *Hoc etiam Opusculum nihil aliud continet quam ipsas Secundi sententias e Graeco conversas, sed multo auctiores, ex quibus extremae profectae videntur a meliori manu. Editum illud est a Fabricio in Bibl. Graec. Tom. XIII. pag. 557. et seqq. et in Berkelii, Schroederi aliorumque editionibus Epicteti, cujus ingenium ab hujuscemodi nugis fuerat alienissimum.* [O.]

omnium quae in eis sunt, de quibus paulo plus disseram, si iis, quae dicentur, diligenter intenderis. Mundus est spectabilis suppellex, ineffabilis circuitus, per se genitum theorema, multiformis formatio, aeternus tenor, circuitus sine errore, Solis lumen, dies, nox, astra, tenebrae, terra, aër, aqua.

Hadr. *Quid est Oceanus?* Epict. Oceanus est terminus coronatus, mundi amplexus, vinculum ancliticum*), universae naturae circumcursus, orbis sustentaculum, audaciae via, limes terrae, divisio regnorum, hospitium fluviorum, fons imbrium, refugium in periculis, gratia in voluptatibus.

Hadr. *Quid est Deus?* Epict. Deus est summum bonum, mens immortalis, incontemplabilis celsitudo, forma multiformis, multiplex spiritus, incogitabilis inquisitio, insopitus oculus, omnia continens lux.

Hadr. *Quid est Dies?* Epict. Stadium laboris, principium quotidianum, aeterna computatio.

Hadr. *Quid est Sol?* Epict. Mundi oculus, noctis concertatio, caloris circuitus, indeficiens cauma, splendor sine occasu, coelestis viator, diei ornatus, coeli pulchritudo, naturae gratia, horarum distributor.

Hadr. *Quid est Luna?* Epict. Coeli purpura, Solis aemula, malefactorum revelatrix, itinerantium solamen, navigantium directio, signum solennitatum, recalculatio mensium, oculus noctis, roris larga infusio, tempestatum praesaga.

Hadr. *Quid est Terra?* Epict. Coeli basis, mundi meditullium, custos et mater omnium, operculum miserorum, devoratrix omnium, ant**) nascentium, cellarium vitae.

Hadr. *Quid est Homo?* Epict. Mens incarnata, la-

---

*) Fortasse *cingulum atlanticum*, Graece ἀτλαντικὸς ζωστήρ. [*Fabric.*]

**) *Lege mater.* [*Idem.*]

boriosa anima, parvi temporis habitaculum, spiritus receptaculum, phantasma temporis, speculator vitae, lucis desertor, vitae consumtio, mancipium mortis, transiens viator, loci hospes.

Hadr. *Quid est Coelum?* Epict. Sphaera volubilis, culmen immensum.

Hadr. *Quid est Pulchritudo?* Epict. Naturalis captio, parvi temporis fortuna, flos marcidus, incompositum negotium, humana concupiscentia.

Hadr. *Quid est Mulier?* Epict. Hominis confusio, insatiabilis bestia, sollicitudo continua, indesinens pugna, quotidianum damnum, tempestas domus, sollicitudinis impedimentum, viri incontinentis naufragium, adulterii vas, inconcisum praelium, animal proximum, pondus gravissimum, aspis insatiabilis, humanum mancipium.

Hadr. *Quid est Amicus?* Epict. Homo vix apparens, desiderabile nomen, non invenienda possessio, refugium infelicitatis, miseriae respectio, indeficiens quies, indesinens sollicitas.

Hadr. *Quid Agricola?* Epict. Laborum minister, operator multorum, terrae medicus, arbustorum plantátor, montium complanator.

Hadr. *Quid est Navis?* Epict. Domus absque fundamento, avis lignea, incerta salus.

Hadr. *Quid Nauta?* Epict. Fluviorum viator, marinus equitator, orbis hospes, terrae desertor, tempestatis concertator.

Hadr. *Quid sunt Divitiae?* Epict. Auri pondus, curarum ministratio, injucunda delectatio, insatiabilis invidia, res desiderata, desiderium inexplebile, invisa concupiscentia.

Hadr. *Quid Paupertas?* Epict. Bonum odibile, sanitatis mater, curarum remotio, sapientiae repertrix, possessio absque calumnia, negotium sine damno, sine sollicitudine felicitas.

Hadr. *Quid est Senectus?* Epict. Optatum malum, viventium mors, Veneris expers, mors exspectata.

Hadr. *Quid est Somnus?* Epict. Mortis imago, laborum quies, vigilantium sapientia, vinctorum solutio, infirmantium votum, miserorum desiderium, universi spiritus requies.

Hadr. *Quid Vita?* Epict. Beatorum laetitia, miserorum moestitia, exspectatio mortis.

Hadr. *Quid est Mors?* Epict. Aeternus somnus, dissolutio corporum, divitum pavor, pauperum desiderium, inevitabilis eventus, incerta peregrinatio, fuga vitae, resolutio omnium.

Hadr. *Quid est Litera?* Epict. Historiae custos.

Hadr. *Quid Verbum?* Epict. Animi proditor.

Hadr. *Quid est Lingua?* Epict. Aëris flagellatio.

Hadr. *Quid est Aër?* Epict. Custodia vitae.

Hadr. *Quid est Libertas?* Epict. Hominis innocentia.

Hadr. *Quid est Caput?* Epict. Hominis culmen.

Hadr. *Quid est Corpus?* Epict. Animae domicilium.

Hadr. *Quid Comae?* Epict. Vestes capitis.

Hadr. *Quid Barba?* Epict. Sexus discretio.

Hadr. *Quid est Cerebrum?* Epict. Custos memoriae.

Hadr. *Quid Oculi?* Epict. Duces corporis, indices animi.

Hadr. *Quid Nares?* Epict. Odorum attrectatio.

Hadr. *Quid Aures?* Epict. Sonorum contrectatores.

Hadr. *Quid Os?* Epict. Nutritor corporis.

Hadr. *Quid Dentes?* Epict. Molae mordentes.

Hadr. *Quid Labia?* Epict. Valvae corporis.

Hadr. *Quid Manus?* Epict. Corporis operarii.

Hadr. *Quid Digiti?* Epict. Cordarum (*sic*) plectrum.

Hadr. *Quid Pulmo?* Epict. Servator aëris.

Hadr. *Quid est Cor?* Epict. Receptaculum vitae.

Hadr. *Quid Jecur?* Epict. Custodia caloris.

Hadr. *Quid Fel?* Epict. Iracundiae susceptaculum.

Hadr. *Quid Splen?* Epict. Risus et laetitiae capax.

Hadr. *Quid Stomachus?* Epict. Ciborum coquus.

Hadr. *Quid Ossa?* Epict. Robur corporis.

Hadr. *Quid Coxae?* Epict. Epistylia columnarum.

Hadr. *Quid Pedes?* Epict. Mobile fundamentum.

Hadr. *Quid Crura?* Epict. Columnae corporis.

Hadr. *Quid Sanguis?* Epict. Humor venarum vitae.

Hadr. *Quid est Lux?* Epict. Facies omnium rerum.

Hadr. *Quid Stellae?* Epict. Pictura culminis, naturarum gubernatores, noctis decus.

Hadr. *Quid Pluvia?* Epict. Conceptio terrae, frugum genetrix.

Hadr. *Quid est Nebula?* Epict. Nox in die, labor oculorum.

Hadr. *Quid est Ventus?* Epict. Aëris perturbatio, mobilitas agrorum *), siccitas terrae.

Hadr. *Quid sunt Flumina?* Epict. Cursus indeficiens, refectio solis, siccitas terrae.

Hadr. *Quid est Aqua?* Epict. Subsidium vitae, ablutio sordium.

Hadr. *Quid est Gelu?* Epict. Herbarum persecutio, vinculum terrae, fons agrorum **).

Hadr. *Quid est Nix?* Epict. Aqua sicca.

Hadr. *Quid est Hyems?* Epict. Aestatis exsul.

Hadr. *Quid est Ver?* Epict. Pictor terrae, maturatio fructuum.

Hadr. *Quid est, quod amarum dulce facit?* Epict. Fames.

Hadr. *Quid est, quod hominem lassum fieri non sinit?* Epict. Lucrum.

---

*) *Leg. aquarum.* [*Fabr.*]

**) *Annon legendum pons aquarum?* [*O.*]

Hadr. *) *Quid est Spes?* Epict. Vigilanti somnium.

Hadr. *Quid est Spes?* Epict. Refrigerium laboris, dubius eventus.

Hadr. *Quid est Amicitia?* Epict. Refrigerium laboris, dubius eventus.

Hadr. *Quid Fides?* Epict. Ignotae rei miranda celsitudo **).

Hadr. *Quid erit nobis, si cinctum solvas, neque nudaberis ipse? Respice corpus, quo et doceri possis.* Epict. Epistola est.

Hadr. *Quid est Epistola?* Epict. Tacitus nuntius.

Hadr. *Quid est Pictura?* Epict. Veritas falsa.

Hadr. *Quare hoc dixisti?* Epict. Videmus enim poma picta, flores, animalia, aurum, argentum, et non est verum.

Hadr. *Quid est Aurum?* Epict. Mancipium mortis.

Hadr. *Quid est Argentum?* Epict. Invidiae locus.

Hadr. *Quid est Ferrum?* Epict. Omnis artis instrumentum.

Hadr. *Quid est Gladius?* Epict. Regimen castrorum.

Hadr. *Quid est Gladiator?* Epict. Sine crimine homicida.

Hadr. *Qui sunt, qui sani aegrotant?* Epict. Qui aliena negotia curant.

Hadr. *Qua ratione homo lassus non fit?* Epict. Lucrum faciendo.

Hadr. *Quid est Amicitia?* Epict. Concordia.

Hadr. *Quid est longissimum?* Epict. Spes.

Hadr. *Quid est Spes?* Epict. Vigilanti somnus, exspectanti dubius eventus.

---

*) *Sequuntur jam Quaestiones bis vel ter repetitae, sed diversimode explicatae, quod indicium est, ex diversis scriptoribus hausisse scriptorem hujus opusculi.*

**) *Leg. certitudo.* [*Fabr.*]

Hadr. *Quid est, quod homo videre non potest?* Epict. Alterius animam.

Hadr. *Qua re peccant homines?* Epict. Cupiditate.

Hadr. *Quid est Libertas?* Epict. Innocentia.

Hadr. *Quid regi et misero commune est?* Epict. Nasci et mori.

Hadr. *Quid est optimum et pessimum?* Epict. Verbum.

Hadr. *Quid est, quod alii placet et alii displicet?* Epict. Vita.

Hadr. *Quid est optima vita?* Epict. Brevissima.

Hadr. *Quid est certissimum?* Epict. Mors.

Hadr. *Quid est Mors?* Epict. Perpetua securitas.

Hadr. *Quid est Mors?* Epict. Timenda nulli, si sapiens degat: inimica vitae, numen amantium, metus parentum, liberorum praeda, testamenti gratia, post obitum sermo, supremae lachrymae, post memoriam oblivio, fax rogi, titulus monumenti, mors omnium malorum finis.

Hadr. *Quare mortuus coronatur?* Epict. Agonem se vitae transegisse testatur.

Hadr. *Quare mortuo pollices ligantur?* Epict. Ut parem post obitum esse se nesciat *).

Hadr. *Quid est Vespillo?* Epict. Quem multi devitant, et nemo effugit.

Hadr. *Quid est Rogus?* Epict. Contentio crediti, persolutio debiti.

Hadr. *Quid est Tuba?* Epict. Belli incitamen, castri signum, arenae admonitio, scenae commissio, funeris deploratio.

Hadr. *Quid est Monumentum?* Epict. Saxa stigmosa, otiosi viatoris spectatio.

Hadr. *Quid est Homo pauper?* Epict. Quem ut

*) *Al. parem post mortem obitum esse nesciat.* [*Fabr.*] *Legendum videtur esse se sciat.* [*O.*]

puteum desertum omnes adspiciunt, et suo loco illum relinquunt.

Hadr. *Quid est Homo?* Epict. Balneo similis. Prima cella tepidaria, uncturaria: infans natus perungitur. Secunda cella sudatoria pueritia est. Tertia cella assa, perferentaria, juventus. Quarta cella frigidaria senectus, omnibus aequat sententiam.

Hadr. *Quid est Homo?* Epict. Pomo similis. Poma ut in arboribus pendent, sic sunt et corpora nostra: aut matura cadunt, aut cito acerba ruunt.

Hadr. *Quid est Homo?* Epict. Sicut lucerna in vento posita.

Hadr. *Quid est Homo?* Epict. Loci hospes, legis imago, calamitatis fabula, mancipium mortis, vitae mora: quo Fortuna saepe suos ludos facit.

Hadr. *Quid est Fortuna?* Epict. Ut matrona nobilis, quae in servos se impingit.

Hadr. *Quid est Fortuna?* Epict. Sine judicio proxima meta, alienorum bonorum casus. Ad quem venit, splendorem ostendit; a quo recedit, umbram facit.

Hadr. *Quot sunt autem Fortunae?* Epict. Tres; una caeca, quae ubilibet se impingit; et alia insana, quae concedit, cito aufert; tertia surda, quae miserorum preces non exaudit.

Hadr. *Quid sunt Dii?* Epict. Oculorum signa, mentis numina: si metuis, timor est, si contines, religio est.

Hadr. *Quid est Sol?* Epict. Splendor orbis, qui tollit et ponit diem, per quem scire nobis cursum horarum datur.

Hadr. *Quid est Coelum?* Epict. Culmen immensum.

Hadr. *Quid est Coelum?* Epict. Aër mundus.

Hadr. *Quid sunt Stellae?* Epict. Fata hominum.

Hadr. *Quid sunt Stellae?* Epict. Littora *) gubernatorum.

---

*) *Leg. Litterae.* [*Fabric.*]

Hadr. *Quid est Terra?* Epict. Horreum Cereris.

Hadr. *Quid est Terra?* Epict. Cellarium vitae.

Hadr. *Quid est Mare?* Epict. Iter incertum.

Hadr. *Quid est Navis?* Epict. Domus erratica.

Hadr. *Quid est Navis?* Epict. Ubilibet hospitium.

Hadr. *Quid est Navis?* Epict. Numina *) Neptuni, anni cursuum tabellarium.

Hadr. *Quid Nauta?* Epict. Amator pelagi, firmi desertor, contemtor vitae mortisque, undae cliens.

Hadr. *Quid est Somnus?* Epict. Mortis imago.

Hadr. *Quid est Nox?* Epict. Laboranti requies, grassanti lucrum.

Hadr. *Quid est Culcitra?* Epict. In somnis volutatorium.

Hadr. *Quare Venus nuda pingitur?* Epict. **)

Nuda Venus picta, nudi pinguntur Amores.
Quibus nuda placet, nudos dimittat oportet.

Hadr. *Quare Venus Vulcano nupta est?* Epict. Ostendit amorem ardore incendi.

Hadr. *Quare Venus straba est?* Epict. Quia pravus est amor.

Hadr. *Quid est Amor?* Epict. Otiosi pectoris molestia, in puero pudor, in virgine rubor, in foemina furor, in juvene ardor, in sene risus, in derisore delicti nequities est.

Hadr. *Quid est Deus?* Epict. Qui omnia tenet.

Hadr. *Quid est Sacrificium?* Epict. Delibatio.

Hadr. *Quid est sine societate?* Epict. Regnum.

Hadr. *Quid est Regnum?* Epict. Pars Deorum.

Hadr. *Quid est Caesar?* Epict. Publicae lucis caput.

Hadr. *Quid est Senatus?* Epict. Ornamentum urbis, splendor civium.

---

*) *Leg. Nuncia.* [*Idem.*]

**) *Sic edidi, ut appareret, hexametros esse.*

Hadr. *Quid est Miles?* Epict. Murus imperii, defensor patriae, gloriosa servitus, potestatis indicium.

Hadr. *Quid est Roma?* Epict. Fons imperii orbis terrarum, mater gentium, rei possessor, Romanorum contubernium, Pacis aeternae consecratio.

Hadr. *Quid est Victoria?* Epict. Belli discordia, pacis amor.

Hadr. *Quid est Pax?* Epict. Tranquilla libertas.

Hadr. *Quid est Forum?* Epict. Templum libertatis, arena litigantium.

Hadr. *Quid sunt Amici?* Epict. Statuae aureae sunt.

Hadr. *Quid est Amicus?* Epict. Pomo citreo similis, foris beatus:

Nam intra pectus acidum occultat malum.

Hadr. *Quid sunt Parasiti?* Epict. Qui tanquam pisces adescantur *).

Secundo ob argumenti similitudinem Joannis Pediasmi Carmen de muliere bona et mala, quod Lucas Holstenius ex Regia Bibliotheca descripsit, primusque cum Demophilo, Democrate et Secundo Romae 1638. edidit, subjunximus. Floruit autem hic Pediasmus seculo post Christum natum decimo quarto. Scripta ejus recensuit J. A. Fabricius Bibl. Graec. Vol. X. p. 520., quibus adhuc addi potest liber *de Nuptiis*, qui MS. servatur in Bibliotheca Vaticana.

Jo. Ad. Schier.

---

*) *Al. inescantur.* [*Fabric.*]

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΠΕΔΙΑΣΜΟΥ

ΤΟΥ

ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ ΧΑΡΤΟΦΥΛΑΚΟΣ

ΠΟΘΩΣ.

1. Περὶ γυναικὸς κακῆς.

Γυνὴ πονηρὰ ναυάγιον ἀῤῥένων·
Ἀῤῥωστία σύνοικος οὐκ ἰωμένη·
Καθημερινὴ τῷ συνοίκῳ ζημία·
Γῆρας ἄωρον εὐνέτῃ τρισαθλίῳ·
Στερκτὸν κακὸν, μέριμνα συγκαθημένη·
Νὺξ ἀσέληνος, χειμερινὴ πικρία·
Ὕπουλον ἕλκος, ἐνδυμαχοῦσα φθόη·
Πονηρὰ φύσις, ἀκατάλλακτος μάχη·
Βίου σκεδασμὸς, ὑπόκολπος σκορπίος·
Ἀνήμερος λέαινα συμπεπληγμένη·
Πυρίπνοος χίμαιρα μὴ νικωμένη·
Ὕδρα πολυκέφαλος, ἄμαχον τέρας·
Μαινὰς, σοβὰς, ἄντικρυς ἀκολασία·
Ῥίζα πονηρὰ χειρόνων βλαστημάτων·
Γαστὴρ ἀκρατὴς, ἠκονημένον στόμα·
Πάντολμον ὄμμα, θρύψις ἐξησκημένη·
Ὑποψίας θάλασσα συγκυκωμένη·
Κακουργίας θύελλα συστροβουμένη·
Συμπληγὰς ἄλλη, Σκύλλα, Χάρυβδις φάγος·
Εὔριπος, ἄλλη Στὺξ γέμουσα δακρύων·
Ἀφ' ἑστίας πῦρ, κατακλυσμὸς οἰκίας·
Ἐτώσιον γῆς καὶ δυσάγκαλον βάρος·
Κρημνὸς κοράκων, Ταινάρου χάσμα μέγα·
Τὸ προστυχὸν πᾶν Ἀχέρων παρασύρων·

IO. PEDIASMI
CHARTOPHYLACIS BULGARIAE
DESIDERIUM.

1. De muliere mala.

Mulier mala virorum naufragium;
Morbus domesticus insanabilis;
Quotidianum conjugis damnum;
Senectus praematura mariti infelicissimi;
Amabile malum, cura assidua;
Nox illunis, brumalis amarities;
Dolosum ulcus, occulte grassans tabes;
Maligna natura, internecinum praelium;
Vitae exitium, scorpius tectus sinu;
Immitis leaena complexu juncta;
Ignivoma Chimaera insuperabilis;
Hydra multiceps, invincibile monstrum;
Furiosa, procax, publica lascivia;
Radix mala pejorum propaginum;
Venter incontinens, os exacutum;
Protervus oculus, luxuria exercitata;
Suspicionum pelagus turbatum;
Improbitatis procella concitata;
Altera Symplegas, Scylla, Charybdis vorax;
Euripus, altera Styx abundans lacrimis;
Incendium domesticorum, diluvium domus;
Inane terrae et insupportabile pondus;
Praecipitium exitiosum, Taenari vorago ingens;
Obvia quaeque absorbens Acheron;

Ἐριννὺς ὑπόπικρος, ᾅδης πάμφαγος·
Οἰωνὸς ἀπαίσιος ἀνδρὶ συζύγῳ.
Ὦ τίς γυναῖκα τηλικαύτην ἐκφύγοι;

2. Περὶ γυναικὸς ἀγαθῆς.

Ἀνδρεία γυνὴ πλοῦς ἀκύμων συζύγῳ·
Εὐρωστία σύμφυλος οὐ συλωμένη·
Καθημερινὸν κέρδος ἐξ ἐργασίας·
Γῆρας λιπαρὸν εὐνέτῃ μακαρίῳ·
Δῶρον θεοῦ, σύνεδρος ἀμεριμνία·
Εὐήλιον φῶς, ἦρος ἡδυθυμία·
Πρόδηλον ἄκος, συμφανὴς σωτηρία·
Φύσις ἀγαθὴ, φίλτρον ἐκ τῆς καρδίας·
Βίου πλατυσμὸς, ἀγαθῶν μυρμηκία·
Ἐργατικὸς βοῦς ἀρότης ἐζευγμένος·
Παροιμιακὸν τῆς Ἀμαλθείας κέρας·
Νέφος μυθικὸν βλύζον ἀθρὸν χρυσίον·
Εὐσχημοσύνης ἀπραγμάτευτος τύπος·
Βλαστῶν ἀγαθῶν ῥίζα κοσμιωτέρα·
Μέτρον κατειδὼς λαιμὸς, εὔφημον στόμα·
Κάτω νενευκὸς ὄμμα, σεμνότης τρόπου·
Κῦμα γαληνὸν, ἁπλότης τῆς καρδίας·
Αὔρα πνέουσα πραέως εὐποιΐαν·
Ἐν νυκτὶ φρυκτὸς, ὅρμος ἐν κλυδωνίῳ·
Ἄσειστος ἰσθμὸς, ἐν παραδείσῳ πίδαξ·
Ποδηγετοῦν φῶς, αἰθρία τῆς οἰκίας·
Γῆς εὔλογον γέννημα, γῆς ἰσαξία·
Σώτειρα προβλῆς, ἀσφαλὴς βίου κλίμαξ·
Ὀλβιόδωρος Νεῖλος ἀργυρορρόας·
Σίμβλον μελισσῶν, ἠλύσιον μακάρων·
Αἴσιον οἰώνισμα τῷ συνευνέτῃ.
Ὦ τίς γυναῖκα τηλικαύτην εἴλαχε;

Τέλος.

Erinnys acerba, infernus vorax;
Omen male auspicatum conjugi.
O quis mulierem talem effugiat?

2. De muliere bona.

Mulier proba placidus viri cursus,
Sanitas familiaris nescia eripi,
Quotidianum lucrum ex laboribus,
Senectus jucunda mariti felicissimi,
Donum dei, communis securitas,
Lumen serenum, verna voluptas,
Manifesta medela, evidens salus,
Natura benigna, amor ex praecordiis,
Vitae dilatatio, bonorum acervus,
Bos operosus, aratri jugum trahens,
Proverbiale Amaltheae cornu,
Nubes fabulosa auro copioso manans,
Modestiae inaffectata imago,
Germinum bonorum radix praestantior,
Gula mensuram servans, os benedicum,
Oculus demissus, morum gravitas,
Fluctus tranquillus, cordis simplicitas,
Aura benignitatem clementer spirans,
Specula nocturna, tranquilla statio,
Immotus isthmus, fons hortum irrigans,
Lumen viam dirigens, domus serenitas,
Terrae nobile germen, terrae comparanda pretio,
Salutare refugium, tuta vitae scala,
Nilus opum largitor argento fluens,
Alveare apum, beatorum Elysium,
Omen auspicatum thori socio.
O quis mulierem telem inveniat?

Finis.

SEXTI PYTHAGOREI

SENTENTIAE.

ΣΕΞΣΤΟΥ ΓΝΩΜΑΙ.

Quae praeter eas, quas nobis servaverunt Demophilus et Porphyrius, reperiri potuerunt graecae.

1. Οὔτε ἐν ἰχθύσι φωνὴν, οὔτε ἐν ἀπαιδεύτοις ἀρετὴν δεῖ ἐπιζητεῖν. [*Anton. et Maxim. Serm.* περὶ ἀφροσύνης *p.* 109. *ed. C. Gesneri Francof.*]

2. Ὁ διαβαλὼν φίλον μὴ εὐδοκιμείτω, κἂν ἀληθῆ λέγῃ. [*Anton. Serm.* περὶ ψόγου καὶ διαβολῆς *p.* 259.]

3. Μὴ ὀνειδίσῃς τῷ φίλῳ σου χάριτας· ἔσῃ γὰρ ὡς οὐ δεδωκώς. [*Anton. Serm.* περὶ εὐεργεσίας *pag.* 278.]

4. Σοφὸς ἀνὴρ καὶ σιγῶν τὸν θεὸν τιμᾷ, εἰδὼς καὶ διὰ τί σιγᾷ. [*Anton. et Max. Serm.* περὶ σιωπῆς *pag.* 388.]

5. Φίλον ἕνεκα χρείας μὴ ἀγάπα· ἡ γὰρ τοιαύτη φιλία πρόσκαιρος καὶ ἀβέβαιος. [*Anton. et Maxim. Serm.* περὶ φίλων καὶ φιλίας *pag.* 721.]

6. Μὴ κτήσει φίλον, ᾧ μὴ πάντα πιστεύεις. [*Iid. ibid.*]

7. Πενίαν φέρειν οὐ παντὸς, ἀλλ' ἀνδρὸς σοφοῦ. [*Anton. Meliss. Serm.* περὶ πτωχῶν *pag.* 706.]

8. Ἐμψύχων χρῆσις μὲν ἀδιάφορον· ἀποχὴ δὲ λογικώτερον. [*Origenes contra Cels. Lib. VIII. pag.* 397. *ed. Spenser. Cantabrig.*]

9. Ἁμαρτήματα γυναικῶν, ἀνδρῶν ἀπαιδευσία. [*Joannes Damascen. in Sacr. Parallel. Tit. XI.* περὶ γυναικῶν πονηρῶν *pag.* 411. *Tom. II. ed. Lequien.*]

10. Θυσία τῷ θεῷ, γνώμη ἀγαθή. [*Idem Litt.* π. *Tit. IX.* περὶ προαιρέσεως καὶ διαθέσεως *p.* 640.

SEXTI SENTENTIAE.

1. Neque vox in piscibus, neque virtus in hominibus imperitis quaerenda. [*Anton. et Maxim. Serm. de imprudentia.*]

2. Criminans amicum ne approbetur, etiamsi vera dicat. [*Anton. Meliss. Serm. de vituperatione et calumnia.*]

3. Ne exprobres amico tuo beneficia, secus enim eris, tanquam non dederis. [*Anton. Serm. de beneficentia.*]

4. Vir sapiens et silens deum colit, et causam scit, cur sileat. [*Ant. et Maxim. Serm. de silentio.*]

5. Amicum ne diligas utilitatis gratia. Nam talis amicitia brevis et instabilis est. [*Anton. et Max. Serm. de amicis et amicitia.*]

6. Amicum ne parato, cui non credis omnia. [*Idem ibid.*]

7. Paupertatem ferre non cujusvis est, sed viri sapientis. [*Anton. Serm. de egenis et pauperibus.*]

8. Esus animatorum est quidem indifferens; abstinere tamen praestat videturque rationi magis consentaneum.

9. Peccata mulierum imperitia virorum contrahuntur. [*Joann. Damascen. Parallel. Sacr. Tit. XIII. de mulieribus malis.*]

10. Victima deo (grata) est bona voluntas. [*Idem Tit. de voluntate et affectione animi.*]

11. *Οὐκ ἔστι κατὰ θεὸν ζῆν ἄνευ τοῦ σωφρόνως καὶ δικαίως πάντα πράττειν.* [*Idem Tit. XVII.* περὶ πολιτείας σεμνῆς *pag.* 656.]

12. *Ἐπὶ γυναικὶ πονηρᾷ καλὸν σφραγίς.* [*Anton. Meliss. Serm.* περὶ γυναικῶν πονηρῶν *pag.* 608.]

13. *Γυνὴ μεγαλόφωνος καὶ γλωσσώδης ὥσπερ σάλπιγξ πολεμίων εἰς τροπὴν θεωρηθήσεται.* [*Ibid.*]

14. *Ἄδηλον ἀποδέδωκε τὸ ἐξ ἀδήλου ἐμπεσόν.* [*Porphyr. Quaest. Homer.* 28.]

11. Fieri non potest, ut quis secundum deum vivat, nisi sapienter et juste cuncta fecerit. [*Idem tit. de vita honesta et moribus probis.*]

12. In muliere improba bonum est sigillum. [*Ant. Serm. de mulieribus malis.*]

13. Mulier clamosa et linguax quasi tuba hostium ad fugam spectabitur. [*Idem ibid.*]

Praeter paucissimas hasce Sexti, quas graece scriptas reperire poteramus, eidem a Rufino, Latino Sexti Sententiarum interprete vel potius interpolatore, Antonio et Maximo attribuuntur Sententiarum Demophili Pythagoricarum No. 1, 4, 6, 7, 23, 25, 28, 36, 37, 39, 42, 45. Similitud. Pythag. No. 104. et Sentent. Pythagoricarum, quas supra edidimus post Demophilum, 9, 23. nec non Democriti Fragmentum No. 127. Plures autem, ut infra videbimus, ab interitu servavit Porphyrius in Epistola ad uxorem Marcellam.

SEXTI
SIVE XYSTI SIVE SIXTI
ENCHIRIDION
LATINE EDITUM

A

RUFINO.

RUFINUS APRONIANO SUO
S. D.

Scio, quia sicut grex ad vocem proprii pastoris libenter accurrit, ita et religiosus auditor vernaculi doctoris admonitionibus gaudet. Quia ergo, charissime fili Aproniane, religiosa filia mea, soror jam in Christo tua, poposcerat a me, ut ei aliquid, quod legeret, tale componerem, ubi neque laboraret in intelligendo, aperto et satis plano sermone; Sixtum in Latinum verti, quem Sixtum ipsum esse tradunt, qui apud vos idem in urbe Romana Sixtus vocatur, episcopi et martyris gloria decoratus. Hunc ergo cum legerit, inveniet tam brevem, ut videat singulis versibus ingentes explicari sensus, tam vehementem, ut versus sententia ad totius possit perfectionem vitae sufficere, tam manifestum, ut nec assistens quidem legenti puellae expertem se intellectus esse causetur. Omne autem opus ita breve, ut de manu ejus nunquam possit recedere, totus hic liber ibi pristini alicujus pretiosi obtinens annuli locum. Et revera aequum videtur, ut, cui pro verbo dei terrena ornamenta sorduerunt, nunc a nobis ad vicem verbi et sapientiae monilibus adornetur. Nunc ergo interim habeatur in manibus pro annulo liber, paulo post vero in thesaurum proficiens totus servetur in corde, sermones disciplinae et bonorum actuum communionis de intimo suggesturus arcano. Addidi et electa quaedam religiosi parentis ad filium, sed breve totum, ut merito omne opusculum vel enchiridion, si Graece, vel Latine annulus appelletur. Vale.

SEXTI SIVE XYSTI
ENCHIRIDION
LATINE VERSUM
A
RUFINO.

1. Fidelis homo, electus homo est.

2. Electus homo, homo dei est.

3. Homo dei est, qui deo dignus est.

4. Deo dignus est, qui nihil indigne agit.

5. Dubius in fide, infidelis est.

6. Infidelis homo mortuus est corpore vivente.

7. Vere fidelis est, qui non peccat, atque etiam in minimis caute agit.

8. Non est minimum in humana vita negligere minima.

9. Omne peccatum impietatem puta. Non enim manus vel oculus peccat, vel aliquod hujusmodi membrum: sed male uti manu vel oculo, peccatum est.

10. Omne membrum corporis, quod invitat te contra pudicitiam agere, abjiciendum est. Melius est uno enim cum membro vivere, quam cum duobus puniri.

11. Immortales crede te manere in judicio honores et poenas.

12. Si, quaecunque in hoc mundo habes, aliquis auferat tibi, ne indigneris.

13. Inculpatus esto.

14. Omnia auferenti a te cede, praeter libertatem.

15. Sapiens vir et pecuniae contemptor similis est deo.

16. Rebus mundanis in causis tantum necessariis utere.

17. Quae mundi sunt, mundo: et quae dei sunt, reddantur deo.

18. Certus esto, quod animam tuam fidele depositum acceperis a deo.

19. Cum loqueris de deo, scito, quod judiceris a deo.

20. Optimam purificationem putato nocere nemini.

21. Anima purificatur dei verbo per sapientiam.

22. Non putes dei sapientiam insensibilem esse.

23. Deus sicut mens est, quae movetur sponte, secundum haec et subsistit.

24. Magnitudinem dei non invenies, etiamsi pennis volare possis.

25. Nomen dei ne quaeras, quia non invenies: nam omne, quod nomine appellatur, a digniore nomen accipit, ut alius quidem vocet, alius autem audiat. Quis ergo est, qui nomen imposuit deo? Deus autem non nomen est deo, sed indicium, quod sentimus de deo.

26. Nihil ergo de deo, quod non licet, quaeras.

27. Deus sapiens lux est, non capax contrarii.

28. Quaecunque fecit deus, pro hominibus ea fecit.

29. Angelus minister est dei ad hominem.

30. Tam pretiosus est homo apud deum, quam angelus.

31. Primus beneficus est deus; secundus est is, qui beneficii ejus fit particeps homo. Vive igitur ita, tanquam qui sis secundus post deum et electus ab eo.

32. Habes (inquam) in te aliquid simile dei, et ideo utere te ipso, velut templo dei, propter illud, quod in te simile est dei.

33. Revereatur vitam tuam mundus. Nihil admittas, quod tibi invehat notam.

34. Male viventes, cum ex corpore excesserint,

cruciabit malus daemon, usque quo etiam novissimum quadrantem exigat ab eis.

35. Beatus vir, cujus animam nemo reprehendit ad deum euntem.

36. Deum ergo honora super omnia, ut ipse dominetur tibi.

37. Quicquid super omnia honoraveris, hoc tibi dominabitur. Si autem dominatum tui gerit deus, ita tu demum dominaberis omnibus.

38. Honor summus deo scire eum et imitari.

39. Simile quidem deo per omnia nihil est, grata tamen ei est inferioris, quantum possibile est, imitatio.

40. Templum sanctum est deo mens pii, et altare est optimum ei cor mundum et sine peccato.

41. Hostia soli deo acceptabilis, benefacere hominibus pro deo.

42. Deo gratiam praestat homo, qui, quantum possibile est, vivit secundum deum.

43. Deus quidem nullius eget, fidelis autem dei solius; aemulatur ergo illum, qui nullius eget, is, qui paucis in rebus necessariis indiget.

44. Satage magnus quidem esse apud deum, apud homines vero invidiam fuge.

45. Si benignus sis erga indigentes, magnus eris apud deum.

46. Sapiens vir, cujus viventis quidem parva est apud homines opinio, defuncti vero gloria praedicatur.

47. Omne tempus, quo de deo non cogitas, hoc puta te perdidisse.

48. Corpus quidem tuum incedat in terra; anima autem semper sit apud deum.

49. Intellige, quae sint bona, ut bene agas.

50. Bona cogitatio hominis deum non latet, et ideo cogitatio tua pura sit ab omni malo.

51. Dignus esto eo, qui te dignatus est filium dicere, et age omnia ut filius dei.

52. Quod deum patrem vocas, hujus in actionibus tuis memor esto.

53. Vir castus et sine peccato potestatem accepit a deo esse filius dei.

54. Bona mens chorus est dei.

55. Mala mens chorus est daemonum malorum.

56. Injustum si inhibeas agere injuste, hoc est secundum deum punire.

57. Satage non videri, sed esse justus. Certum est enim non esse eum, qui videri vult esse.

58. Honora quod justum est, propter hoc ipsum quod justum est.

59. Nequaquam latebis deum agens injuste, sed nec cogitans quidem.

60. Vir sapiens castus erit deo.

61. Omnem spurcitiem fuge.

62. Semper de bonis loqui stude.

63. Libidinem vince, continens corpus in omnibus, quia ex deliciis et voluptatibus non effugies spurcitiem.

64. Voluptuosum deus non exaudit.

65. Deliciarum finis corruptio.

66. Non verbum sed ratio praecedat actus tuos.

67. Perniciosum est servire vitiis, quia, quot vitia habet anima, tot et dominos.

68. Amor pecuniae amorem carnalium indicat.

69. Acquire possessionem animae firmam, virtutem. Quid est firma possessio, nisi virtus aut vis animae?

70. Renuntia rebus corporis, dum adhuc potes, et quantum potes.

71. Hoc solum tuum ducito, quod bonum est.

72. Qualis vis esse, dum deum oras, talis semper esto.

73. Dum optima quaeque abjeceris praedia, tunc purificatus pete quod vis a deo.

74. Lingua maliloqua indicium est mentis malae.

75. Insuesce linguam tuam bene proloqui, et maxime, cum de deo fit sermo.

76. Nocere deo nemo potest.

77. Impius in deum maledicus et infestus et contumeliosus est.

78. Fundamentum pietatis est continentia: culmen autem pietatis amor dei.

79. Pium hominem habeto tanquam te ipsum.

80. Opta tibi evenire, non quod vis, sed quod expedit.

81. Qualem vis esse proximum tuum tibi, talis esto et tu tuis proximis.

82. Quae culpas, facere noli.

83. Nulli suadenti acquiescas petere quod non est bonum.

84. Quod deus tibi dat, nullus auferre potest.

85. Delibera priusquam agas, et antequam agas provide, quale sit, quod facturus es.

86. Si quid non vis scire deum, istud nec agas, nec cogites.

87. Priusquam agas, quodcunque agis, cogita deum, ut lux ejus praecedat actus tuos.

88. Grandis impietas in deum affligere hominem.

89. Anima illustratur recordatione dei.

90. Contentus esse mediocribus stude.

91. Noli omnia concupiscere.

92. Occasiones bonorum perquire, etiam cum labore.

93. Noli diligere ea, quae corporis sunt.

94. Immundum hominem facit actus turpis.

95. Purgatur anima insipientis, cum arguitur intrinsecus latens sensus ejus.

96. Deus in bonis actibus hominibus dux est.

97. Neminem inimicum deputes.

98. Dilige omne, quod ejusdem tecum naturae est: Deum vero plus quam animam tuam dilige.

99. Pessimum est peccatoribus in unum convenire, cum peccant.

100. Multi cibi impediunt castitatem et incontinentia ciborum immundum facit hominem.

101. Animantium omnium usus quidem in cibis indifferens, abstinere vero rationabilius est.

102. Non cibi, qui per os inferuntur, polluunt hominem, sed ea, quae ex malis actibus proferuntur.

103. Quicquid cupiditate victus acceperis, polluit te.

104. Multitudini placere ne satagas.

105. In omni, quod bene agis, auctorem esse deputa deum.

106. Mali nullius auctor est deus.

107. Non amplius possideas, quam usus corporis poscit.

108. Aurum non eripit animam e malis.

109. In deliciis corporis positus certum est quod ignores illa, quae praeparata tibi sunt a deo.

110. Ea posside, quae nullus possit auferre a te.

111. Fer quod necesse est, sicut necesse est.

112. Magnanimus esse stude.

113. Ea quae contemnes, si recte laudaris, ne retineas. In quibus probabiliter magnificus eris, haec obtine.

114. Haec posce a deo, quae dignum est praestare deum.

115. Ratio, quae in te est, vitae tuae lux esto.

116. Ea pete a deo, quae accipere ab homine non potes.

117. In quibus praecedere debet labor, haec tibi opta evenire post laborem.

118. Oratio vel vota pigri sermo vanus.

119. Non oportet contemnere ea, quibus etiam post depositionem corporis egemus.

120. Non petas a deo id, quod cum habueris, non perpetuo obtinebis.

121. Insuesce animam tuam aliquid magnum de se sentire post deum.

122. Nil pretiosum ducas, quod auferre a te possit homo malus.

123. Hoc solum bonum putato, quod deo dignum est.

124. Quod deo dignum est, hoc et viro bono.

125. Quicquid non convenit ad beatitudinem dei, non conveniat homini dei.

126. Ea debes velle, quae et deus vult.

127. Filius dei est, qui haec sola pretiosa ducit, quae et deus.

128. Donec in desideriis est caro, anima ignorat deum.

129. Cupiditas possidendi origo avaritiae est.

130. Ex sui ipsius amore injustitia nascitur.

131. Corpus animae molestum non natura, sed peccatum fecit.

132. Omne quod homini plus est, quam necesse est, inimicum est ei.

133. Qui amat, quod non expedit, non amabit, quod expedit.

134. Sapiens verbis innotescit paucis.

135. Qui studet his, quae non sunt bona, latebunt quae sunt bona.

136. Semper apud deum mens est sapientis.

137. Sapientis mentem deus inhabitat.

138. Inexplebilis est omnis cupiditas, propterea et semper indiget.

139. Sapiens semper similis est sibi.

140. Sufficit ad beatitudinem agnitio dei solius et imitatio.

141. Malis qui adulatur, pejores eos facit.

142. Intolerabilis fit malitia, cum laudatur.

143. Lingua tua sensum tuum sequatur.

144. Melius est lapidem frustra jacere, quam verbum. Delibera, antequam dicas, ne, quae non expedit, dicas. Verba sine sensu opprobria.

145. Verbositas non effugiet peccatum.

146. Brevis est in sermonibus sapiens.

147. Indicium imperitiae longa narratio.

148. Veritatem dilige.

149. Mendacio tanquam veneno utere.

150. Ante omnia tempus verbis tuis requirito.

151. Tum loquere, quando tacere non expedit.

152. De quibus ignoras tace, de quibus autem certus es, loquere opportune.

153. Sermo extra tempus indicium malitiosae mentis est.

154. In conventu ne satagas primum dicere.

155. Melius est vinci vera dicentem, quam vincere mentientem.

156. Fides actus tuos omnes praecedat.

157. Sapientia animam perducit ad deum.

158. Nihil tam vernaculum sapientiae quam veritas.

159. Nunquam potest anima bona mendacium diligere.

160. Pravo et pessimo ingenio fides aliena est.

161. Fidelis homo audire quae oportet amat magis, quam dicere quae non oportet.

162. Vir libidinosus ad omnia inutilis est.

163. Irreprehensibilis in verbis, utitur deo.

164. Peccata discentium opprobria sunt doctorum.

165. Mortui sunt apud deum, per quos nomen dei maledicitur.

166. Sapiens homo beneficus post deum.

167. Sermones tui vitam tuam commendent auditoribus.

168. Quod fieri non decet, neque in suspicionem veniat, quasi id feceris.

169. Quod pati non vis ab alio, neque id facias.

170. Quae tibi facere est turpe, haec et aliis imperare facienda turpissimum est.

171. Etiam in cogitationibus tuis mundus esto a peccato.

172. Cum praees hominibus, memento, quod et tibi praeest deus.

173. Vindictam exercens scito, quia et judiceris a deo.

174. Majus est periculum judicantis, quam ejus qui judicatur.

175. Levius est omne vulnus quam verbum.

176. Possibile est verbo fallere homines, non autem deum.

177. Non putes malum, si tum, cum veritatem scias, culparis in verbo.

178. Male sentire de fide amor jactantiae facit.

179. Fidelis esse magis quam videris stude.

180. Cole sapientem virum tanquam imaginem dei viventis.

181. Sapiens vir, etiamsi nudus sit, sapiens apud te habeatur.

182. Neminem propterea magni aestimes, quod pecunia divitiisque abundet.

183. Difficile est divitem salvari.

184. Derogare viro sapienti ac deo aequale ducito peccatum.

185. Verbum de deo loquens depositum te putato accepisse animas auditorum.

186. Quod bonum est, hoc solum te decere puta.

187. Age magna, non magna pollicens.

188. Non eris sapiens, si te reputaveris sapientem.

189. Non potest bene vivere, qui non integre credit.

190. In tribulationibus, quis sit fidelis, agnoscitur.

191. Finem vitae existima vivere secundum deum.

192. Nihil putes malum, quod non sit turpe.

193. Mali finis injuria, injuriae autem perditio.

194. Non dominatur mala affectio in mente fidelis.

195. Omnis mala affectio animi rationi est inimica.

196. Quicquid feceris animo male affecto, poenitebis.

197. Affectiones pravae aegritudinum initia.

198. Malitia est aegritudo animae.

199. Animae autem mors injustitia et impietas.

200. Tunc te puta fidelem, cum passionibus animae carueris.

201. Omnibus hominibus ita utere, quasi communis omnium post deum curator.

202. Qui hominibus male utitur, se ipso male utitur.

203. Qui nihil mali vult, fidelis est.

204. Opta, ut bene possis facere inimicis.

205. Sine deo non poteris vivere deo.

206. Malis ineptus videtur vir sapiens.

207. Omnia sufferto pro deo, ut secundum deum vivas.

208. Orationem deus non exaudit hominis, qui egenum non exaudit.

209. Sapientia sapienti donum a deo.

210. Honorans sapientem te ipsum honorabis.

211. Fidelem te esse nosce.

212. Cum filium te quis dei dicit, memento, cujus te filium dicat.

213. Deum patrem invocans in actibus hoc recordare.

214. Verba tua pietate semper plena sint.

215. In actibus tuis ante oculos pone deum.

216. Nefas est, deum patrem invocare et aliquid inhonestum agere.

217. Qui non diligit sapientem, nec se ipsum diligit.

218. Nulla propria possessio putetur sapientis.

219. Quorum communis est deus idemque pater,

hi, nisi auxilia et opem in commune conferunt, impii sunt.

220. Deo ingratus est, qui non magni ducit sapientiam.

221. Conjugium tibi refutare concessum est, idcirco ut vivas indesinenter adhaerens deo. Si autem tanquam praelium sciens tamen pugnare vis, et uxorem duc et filios procrea.

222. Adulter est in suam uxorem omnis impudicus amator ardentior.

223. Nihil propter solam libidinem facias.

224. Scito, te adulterum esse etiam, si cogites de adulterio. Sed et de omni peccato eadem sit tibi ratio.

225. Fidelem te esse professus spopondisti pariter non peccare deo.

226. Fideli mulieri ornatui ducatur pudicitia.

227. Vir, qui uxorem dimittit, profitetur se nec mulierem gerere.

228. Mulier pudica gloria viri est.

229. Reverentiam habens uxori habet eam reverentem.

230. Fidelium conjugium certamen habet continentiae.

231. Ut continueris ventrem, ita et venereos motus.

232. Devita infidelium laudes.

233. Quae gratis accipis a deo, praesta gratis.

234. Multitudinem fidelium non invenies: rarum est enim, quod bonum est.

235. Sapientem honora post deum.

236. Cum argueris sapientem, diliget te.

237. Qui sapienti non obtemperaverit, nec deo obtemperabit.

238. Fidelis volens esse praecipue quidem hoc nitere, ne pecces; quod etiam si forte acciderit, saltem cave, ne iteretur id ipsum.

239. Doctrinam, quae non est deo digna, ne dicas.

240. Multa velle scire curiositas animi putanda est.

241. Qui cognoscit quae deo digna sunt, ille sapiens est.

242. Doctrinam, ex qua proficere potes in amore dei, illam necessario expete.

243. Sapiens vir parcit, ne perdat tempus.

244. Fiduciam cum verecundia habeto.

245. Excrucient te liberi male viventes magis quam morientes.

246. Filii infideles nec filii.

247. Fidelis vir non aegre fert abjectionem liberorum.

248. Vivere quidem non est in nobis, recte autem vivere in nobis est.

249. Non judices esse sapientiae studiosum, cui non de omnibus credis.

250. Stude communiter omnibus benefacere.

251. Criminationes adversus sapientiae studiosum noli admittere.

252. Execrabile tibi sit etiam juste aliquid punire.

253. Si vis cum laetitia animi vivere, noli multa agere. In multis enim actionibus minor eris.

254. Quod non posuisti, ne tollas, sed sufficiant tibi quae tua sunt.

255. Relinquens quae possides sequere verbum dei, liber enim eris ab omnibus, cum deo servieris.

256. Cessa a cibo.

257. Ede citra satietatem.

258. Omni homini impartito.

259. Pro reficiendo paupere etiam jejunare bonum est.

260. Omne poculum tibi suave sit, quod sitim extinguit.

261. Ebrietatem quasi insaniam fuge.

262. Homo, qui a ventre vincitur, belluae similis est.

263. Ex carne nihil oritur bonum.

264. Turpissimae libidinis ea quidem quae suavia sunt, cito transeunt, probra vero perpetuo manent.

265. Solent homines abscindere aliqua membrorum suorum pro sanitate reliquorum. Quanto id praestantius pro pudicitia fiet!

266. Grandem poenam putato, cum in desideriis obtinueris, nunquam enim sedat desiderium adeptio desideratorum.

267. Non est sapienter factum, in quo libertas aufertur.

268. Bona habere omnes optant, obtinent autem, qui semet ipsos integre verbo dei manciparunt.

269. Sapientiae amator, et honestus esto, et non obtrectator.

270. Rara sit objurgatio tua et opportuna.

271. Nimius risus indicium est animi negligentis: ne ergo tantum tibi indulgeas, ut risu diffluas.

272. Castorum vita sit tibi honestatis exemplum.

273. Optimum quidem est non peccare, peccantem vero agnoscere, quam ignorare, melius est.

274. Jactans non est sapiens.

275. Magnam scito esse sapientiam, per quam ferre potes ineruditorum insipientiam.

276. Turpe ducito proprio ore laudari.

277. Sapientum animae insatiabiles sunt in amore dei.

278. Exordium in agendo a deo sume, quae agis.

279. Ore autem prius deum habeto et mente, quam respires.

280. Ea quae oportet discere et ita facere, ne coneris facere, antequam discas.

281. Carnem noli amare.

282. Animam bonam post deum dilige.

283. Domesticorum indignationes ferre sapientis est.

284. Sapientum divitiae continentia.

285. Si quid proprium alii tradideris, at ipse non habebis, non judices bonum.

286. Justa communio servanda.

287. Non dicas aliquod alio peccato levius.

288. Sicut in benefactis laudari vis, ita in delictis patienter accipe, si culperis.

289. Quorum laudes contemnis, eorum neque derogationes magni pendas.

290. Thesaurum quidem defodere inhumanum est, inventum auferre non est sapientis.

291. Quantum laboras pro corpore, si tantum labores pro anima, sapiens eris.

292. Sapiens non est, qui nocet.

293. Ad omnia, quae agis, deum invoca testem.

294. Deus bonos actus hominum confirmat.

295. Malorum actuum malus daemon dux est.

296. Sapiens vir deum hominibus commendat.

297. Deus super omnia opera sua, plus super sapientem gloriatur.

298. Nihil tale post deum verum, sicut sapiens.

299. Quaecunque deus possidet, haec et sapiens.

300. Malus vir non putat esse providentiam.

301. Anima mala deum fugit.

302. Omne quod malum est, deo inimicum est.

303. Qui sapit in te, hunc dicito esse hominem.

304. Particeps dei est vir sapiens.

305. Ubi est quod sapit in te, ibi est bonum tuum.

306. Bonum in carne non quaeras.

307. Quod animae non nocet, nec homini.

308. Sapientem hominem, tanquam dei ministrum, honora post deum.

309. Tabernaculum quidem corporis graviter ferre superbum est; deponere autem posse, cum oportuerit, in pace beatum est.

310. Mortis quidem ipse tibi causa non fias; si quis autem vult te corpore exuere, ne indigneris.

311. Sapientem si quis de corpore extrudat injuste, in iniquitate sua beneficium ei praestat, absolvitur enim tanquam e vinculis.

312. Hominem metus mortis contristat pro imperitia animae.

313. Ferrum, quo homines interimuntur, optimum fuerat non fieri, factum tamen apud te non sit.

314. Nulla simulatio multo tempore latebit, maxime in fine.

315. Ut sunt mores tui, talis et vita tua: mors enim religiosi facit vitam beatam.

316. Qui cogitat adversus alium mala, ipsa praeveniens ipse praefert mala.

317. Ne te impediat a benefaciendo homo ingratus.

318. Optime facultatibus utitur is, qui indigentibus libenter tribuit.

319. Fratrem volentem a fide recedere hortare, ne faciat, et si insanabilis sit, magis observa.

320. In fide conare omnes homines vincere.

321. Intellectum non prius habebis, quam intellexeris, te habere.

322. Stude tua sorte contentus esse.

323. Membra corporis sarcina sunt iis, qui eis non utuntur.

324. Ministrare aliis melius est, quam ab aliis ministrari.

325. Quem deus non emittit e corpore, ne graviter ferat.

326. Sententiam, quae misericordiam vetat, non solum non tenere, sed audire refuge.

327. Qui dat aliquid et imputat, contumeliam magis quam beneficium dedit.

328. Qui tuetur pupillos, erit multorum filiorum secundum deum pater.

329. Quicquid egeris causa gloriae, merces facti tui erit.

330. Si quid dederis, ut hominibus innotescas, non homini, sed propriae libidini praestitisti.

331. Iracundiam multitudinis ne provoces in te.

332. Disce, quod oportet fieri, ut beatus fias.

333. Melius est fame mori, quam per incontinentiam ventris maculare animam.

334. Vestimentum esse putato animae corpus tuum: mundum igitur id conserva.

335. Qualia studia gesserit anima corpus inhabitans, tales habebit testes in judicio.

336. Immundam animam sibi daemones immundi vendicant.

337. Fidelem animam et bonam in via dei mali daemones non impediunt.

338. Verbum de deo non omni homini committas.

339. Non est tutum audire de deo homines vanae gloriae jactantia corruptos.

340. De deo etiam quae vera sunt loqui periculum est et non parvum.

341. De deo nihil dicas, quod non didiceris a deo: vel ei qui non credit, de deo nihil loquaris.

342. Verbum verum ut deum honora.

343. Si immunis non es a flagitiosis operibus, de deo nihil disceptes.

344. Sermo verus de deo sermo dei est.

345. Si scis, quod acceptum habent de te, quod diligis deum, hi qui te audiunt, tunc eis loquere de deo.

346. Opera charitatis dei procedant abs te, et tunc sermonem facito de deo.

347. In multitudine dicere de deo non audeas.

348. Verbum de deo parcius proferto, quam de anima. Melius est animam perdere quam verbum vanum de deo proferre.

349. Viri amantis deum corporis potestatem habet leo et tyrannus similiter.

350. Cum tibi minatur tyrannus, cujus sis, tunc memor maxime esto.

351. Verbum de deo reticere praestat magis, quam temere proferre.

352. Qui dicit de deo, quae non sunt, contra eum falsum loquitur.

353. Deum non cognovit, qui non colit.

354. Non est verum, quod deum colat, qui hominem laedit.

355. Fundamentum et initium est cultus dei amare dei homines.

356. Qui hominum curam gerit et orat deum pro eis, iste vere a deo esse putandus est.

357. Dei proprium est salvare, quos dignos judicat.

358. Cultoris autem dei est orare deum pro salute hominum.

359. Cum oranti tibi praestitum fuerit, quod poposcisti a deo, tunc tibi potestatem permissam a deo intellige.

360. Dignus deo homo deus est et in hominibus.

361. Melius est nihil habere, quam multa habentem nemini impertiri.

362. Si non das egenti, cum poscit, non accipies a deo, cum poposceris.

363. Qui ex animo dat cibum indigenti, parum quidem est, quod dat, sed magna fiet ei bonae voluntatis retributio.

364. Deum qui putat esse et nihil ab eo curari, nihil differt ab eo, qui non credit esse deum.

365. Optime honorat deum ille, qui mentem suam, quantum fieri potest, similem deo facit.

366. Deus quidem nequaquam eget, laetatur tamen super his, qui indigentibus tribuunt.

367. Fidelium pauca sunt verba, opera autem multa.

368. Fidelis, qui libenter vult doceri, operarius efficietur veritatis.

369. Praepara et apta te ad tribulationes, et laetus eris.

370. Neminem laedens nullum timebis.

371. Tyrannus beatitudinem non aufert.

372. Quod fieri necesse est, voluntarie sacrificato.

373. Quod non oportet fieri, nullo modo facias.

374. Omnem magis causam refer ad deum.

375. Nemo sapiens est, qui deorsum respicit in terram.

376. Immensa amatoris sapientiae libertas non sit in homine, sed in anima.

377. Mentiri, in vita decipere est et decipi.

378. Quid sit deus, agnosce, et quid in te, quod agnoscit deum.

379. Dei opus bonum homo bonus.

380. Sine deo sunt hi, pro quibus verbum dei maledicitur.

381. Animam mors non perdit, sed mala vita.

382. Si scis, a quo factus es, te ipsum cognoscis.

383. Non est secundum deum vivere, nisi pudice, et bene, et juste quis agat.

384. Hominum infidelium vita opprobrium est.

385. Animam de terra fides elevat ad deum.

386. Animae sapientis magnitudinem non invenies, sicut nec dei quidem.

387. Quaecunque dat mundus, nemo firmiter tenet.

388. Quaecunque dat deus, nemo auferre potest.

389. Divina sapientia vera est scientia.

390. Immundae animae ne audeas loqui de deo.

391. Viri periculum in operibus primo sicut in verbis facito.

392. Aures tuas non omnibus committas.

393. Operari quidem deo omnibus facile est, dicere autem de deo soli justo est permittendum.

394. Non cruciet anima tua corpus tuum, neque animam tuam libido corporis.

395. Insuesce te ipsum quidem corpori praebere, quae sua sunt, caste, et animae, quae sua sunt, pie.

396. Pasce animam tuam verbo dei, et corpus simplicibus cibis.

397. Illis insuesce animam tuam gaudens, in quibus recte gaudeat. Anima, quae iniquis rebus gaudet, indigna est apud deum.

398. Sapientis anima audit deum, sapientis anima aptatur a deo, sapientis anima semper est cum deo.

399. Cor diligentis deum in manu dei stabilitum est.

400. Animae ascensus ad deum per dei verbum est.

401. Sapiens sequitur deum et deus animam sapientis.

402. Gaudet rex super his, quos regit, gaudet ergo deus super sapiente. Inseparabilis est et ab his quos regit ille qui regit, ita ergo et deus ab anima sapientis, quam tuetur et regit.

403. Regitur a deo vir sapiens et idcirco beatus est.

404. Anima sapientis ac mens deo probatur.

405. Sapiens vir, et cum tacet, honorat deum.

406. Venerem et ea quae sub alvo sunt non continens, nec fidelis. Homo incontinens polluit deum.

407. Hominem scientia dei paucis verbis uti facit.

408. Multis verbis uti de deo ignorantia dei facit.

409. Homo, qui dei cognitionem habet, non multa ambitione utitur.

410. Qui electus dei est, facit quidem omnia secundum deum, esse autem se ipsum non jactat electum.

411. Fidelis homo semper in metu est, usque quo eat ad deum.

412. Homo, qui secundo satiatur cibo, non dormit noctu, nec concubitum effugit, sed nec dignus est apud deum.

413. Alioquin et deus graviter fert libidines corporis.

414. Fidelis vir continentia pascitur.

415. Sapientem fatum non facit, gratia enim dei fato non subjacet.

416. Agnosce qui sunt filii dei in creaturis ejus, et honora unumquemque pro merito post deum.

417. Nil proprium dei dicas, quod malum est.

418. Fidelis anima et casta et sapiens propheta veritatis dei est.

419. Non amabis dominum deum, nisi habueris in te aliquid simile dei.

420. Amicum deputa similem simili tantummodo.

421. Si non diligis deum, non ibis ad deum.

422. Consuesce te ipse semper respicere ad deum.

423. Intuendo deum videbis deum.

424. Videns deum facies mentem tuam, qualis est deus.

425. Excole quod intra te est, nec ei ex libidine corporis contumeliam facias.

426. Incontaminatum custodi corpus tuum, tanquam si indumentum acceperis a deo, et sicut vestimentum corporis immaculatum servare stude.

427. Sapiens mens speculum est dei.

INCERTI SCRIPTORIS CHRISTIANI

LIBELLUS

DE

M O R I B U S

L. ANNAEO SENECAE FALSO ATTRIBUTUS. *)

1. Omne peccatum actio est. Actio autem omnis voluntaria est tam honesta quam turpis: ergo voluntarium est omne peccatum. Tolle excusationem, nemo peccat invitus.

2. Educatio et disciplina mores faciunt, et id unusquisque sapit, quod didicit. Itaque bona consuetudo excutere debet, quod mala instruxit.

3. Nihil interest, quo animo facias, quod fecisse vitiosum est, quia facta cernuntur, animus vero non videtur.

*) *Hocce Christiani Scriptoris Opusculum Sexti Enchiridio tanquam corollarium adjungere placuit, quod in eo cum Pythagoreorum tum VII Sapientum aliorumque veterum Sententiae contineri videbantur. Erasmus, qui id Opusculum Senecae suo ad calcem addidit, hoc adnotat: „Gnomologia et haec est, „non ex Seneca tantum. Insunt Mimi et Pythagorae quae„dam. Postremo fit mentio diaboli. Videntur quaedam de„cerpta ex proverbiis Salomonis." Fabricius in Biblioth. Lat. Lib. II. Cap. IX. (Tom. II. p.* 119. *ed. Ernesti) auctorem putat Martinum Abbatem Dumiensem et Episcopum Bracarensem, qui floruit circa annum Christi 560 et auctor est etiam Libelli de IV virtutibus cardinalibus Senecae suppositi.* [O.]

4. Nulla autem laus est non facere, quod facere non possis.

5. Quid homini est inimicissimum? Homo.

6. Libenter feras, quod necesse est: dolor patientia vincitur.

7. Exspecta, quo nunquam poeniteas.

8. Non quam multis placeas, sed qualibus, stude.

9. In hoc tantum incumbe, ut libentius audias, quam loquaris.

10. Multos vitam differentes mors juncta praevenit: itaque omnis dies velut ultimus judicetur.

11. Tristitiam, si potes, ne admiseris: sin minus, ne ostenderis.

12. Amicos secreto admone, palam autem lauda.

13. Verba rebus, non personis aestimanda sunt.

14. Oratorem te puta, si tibi ante omnes, quod oportet, persuaseris.

15. Ut licentiosa mancipia animi imperio coerce linguam, ventrem et libidinem.

16. Quod tacitum esse velis, nemini dixeris: si tibi non imperasti, quomodo ab alio silentium speres?

17. Ridiculum est aliquem odio nocentis innocentiam perdere.

18. Monstro similis est avaritia senilis. Quid enim stultius est, quam via deficiente viaticum augere?

19. Omnes infantes terra nudos excipit. Non pudet te fortius nasci quam vivere?

20. Quid dulcius, quam habere amicum, cum quo audeas, ut tecum, omnia loqui?

21. Magnarum virium est negligere laedentem.

22. Quid sis, interest, non, quid habeas.

23. Nondum es felix, si te turba non deriserit.

24. Si vis beatus esse, cogita hoc primum, contemnere et contemni.

25. Priusquam promittas, deliberes, et cum promiseris, facias.

26. Id agas, ne quis merito te oderit, et si nullos inimicos tibi facies injuria, multos facit invidia.

27. Solitudinem quaerat, qui vult cum innocentibus vivere.

28. Optimus ergo animus et pulcherrimus dei cultor est.

29. Abstinebis ab alieno matrimonio.

30. Praestabis parentibus pietatem, cognatis indulgentiam, omnibus aequitatem.

31. Devitabis crudelitatem, et ministram crudelitatis iram.

32. Non aliter vivas in solitudine, aliter in foro.

33. Nihil petas, quod negaturus fuisti: nihil negabis, quod petiturus fuisti.

34. Pacem cum hominibus habebis, cum vitiis bellum.

35. Hoc habet omnis affectus, ut, in quod ipse insanit, in id putet etiam ceteros furere.

36. Maximum in eo vitium est, qui non melioribus vult placere, sed pluribus.

37. Vis omnibus esse notus? prius effice, ut neminem noveris.

38. Bonum est non laudari et esse laudabilem.

39. Stultum est timere, quod vitari non potest.

40. Male opinentur de te homines, sed mali.

41. Malis displicere est laudari.

42. Male de te loquuntur homines, bene autem loqui nesciunt, non quod merearis, sed quod solent ipsi.

43. Homines de me male loquuntur: si merito, non quod loquuntur molestum est, sed quod non mentiuntur; si immerito, innocentia mea nunc maxime gaudeo. Apparet enim, illos vera objecturos, si possent.

44. Non es in patria tua? Patria tua est, ubicunque bene es: illud enim, per quod bene est, non est in loco, sed in homine.

45. Nihil magnum, nisi quod magno animo despicias.

46. Quae sunt maximae divitiae? non desiderare divitias.

47. Quis plurimum habet? is qui minimum cupit.

48. Quid est dare beneficium? deum imitari.

49. Honestius est, cum judicaveris, amare, quam, cum amaveris, judicare.

50. Dissensio ab alio incipiat, a te autem reconciliatio.

51. Succurre paupertati amicorum, imo occurre.

52. Amicos secundae res parant, adversae certissime probant.

53. Pejora sunt tecta odia, quam aperta. Itaque te minus loquax inimicus offendit, quam tacitus.

54. Mira ratio est, quae non vult praedicari, quod gaudet intelligi.

55. Ignosci amat, qui, quod odit, ostendit.

56. Eleemosyna non tam accipientibus quam dantibus prodest.

57. Spes praemii solatium fit laboris.

58. Quae est maxima egestas? avaritia.

59. Pecuniae imperare oportet, non servire.

60. Nullum conscium peccatorum tuorum magis timueris, quam temet ipsum. Alium potes effugere, te autem nunquam.

61. Quis est pauper? Qui sibi videtur.

62. Qui a multis timetur, multos timet.

63. Infelicem erige, submitte felicitatem.

64. Vera felicitas innocentia est.

65. Nequitia ipsa sui poena est.

66. Mala conscientia saepe tuta est, secura nunquam.

67. Libidinis initia continebit, qui exitum cogitabit.

68. Beneficii accepti nunquam oportet oblivisci, dati protinus.

69. Inhonesta victoria est suos vincere.

70. Satis est poenarum potuisse puniri.

71. Inimicitias tarde suscipe, amicitias exerce moderate.

72. Simultates depone.

73. Imago animi sermo est. Qualis vir, talis oratio.

74. Magna res est vocis et silentia temperamentum.

75. Qui aequo animo malis immiscetur, malus est.

76. Neminem laudaveris, neminem cito accusaris: semper puta te cum diis testimonium dicere.

77. Vitium est omnia credere, vitium nihil credere.

78. Utendum est divitiis, non abutendum.

79. Nullum putaveris locum sine teste.

80. Excusationem quaerere vitium.

81. Fortior est qui cupiditatem vincit, quam qui hostem subjicit.

82. Est difficillimum se ipsum vincere.

83. Inique irascitur, qui suis irascitur.

84. Amare sic incipe, tanquam non liceat desinere.

85. Magnarum rerum, etiamsi successus non fuerit, honestus est ipse conatus.

86. Nobilitas animi est generositas sensus.

87. Nobilitas corporis generosus animus.

88. Honestior est, quem senectus ad otium retulit, quam quem in otio invenit, et tunc incipiat laborare.

89. Turpe spectaculum praebet animus aeger.

90. Nunquam sit tristis facies tua in commodo alterius.

91. Homo sum, quomodo devitabo secundarum rerum invidiam.

92. Si felicitatem jactaveris, cum multis dives eris.

93. Quomodo optime potentiam tuebor? Impotentia occasionis.

94. Locum tenet innocentiae proximum confessio. Ubi confessio, ibi remissio.

95. Irae severitas in vitio est.

96. Boni judicis est dispensare non tantum quid damnandum sit, sed quatenus.

97. Proximus justitiae modus severitas.

98. Quietissimam vitam agerent homines in terris, si haec duo verba a natura omnium rerum tollerent: *Meum* et *Tuum*.

99. Qui paupertatem timet, timendus est.

100. Vires tuas amici magis sentiant beneficiis quam injuriis.

101. Pecunia non satiat avaritiam, sed irritat.

102. Homo semper indigens pecunia scit cum ejus moribus convenire.

103. Mihi crede: Non potes dives esse et felix.

104. Auribus frequentius quam lingua utere.

105. Quidquid dicturus es, antequam aliis dixeris, dicito tibi.

106. Nihil interest inter iratum et insanum nisi unus dies. Alter non semper irascitur, alter semper insanit.

107. Facillime bonis frueris, si ea vitaveris, quae vituperaveris.

108. Cum alienos timueris, te ipsum verere, nam saepe sine aliis esse potes, sine te nunquam.

109. Si bene te instruxeris, pudeat deteriora facere.

110. Quod persuaseris, erit diuturnum: quod coegeris, erit in occasione.

111. Alteri semper ignoscito, tibi ipsi nunquam.

112. Tantum ad virtutem adjicies, quantum ex voluptate abstraxeris.

113. Stultum est somno delectari, et quasi mortem moliri.

114. Bonis nocet, qui malis parcit.

115. Multi cum aliis maledicunt, sibi ipsis convicium faciunt.

116. Nihil turpius est, quam qui objicit alteri sibi objiciendum.

117. Ut licentiosa mancipia animi imperio rege linguam, libidinem, ventrem, cupiditatemque comprime; si non potes, paululum remitte.

118. Saepe ea, quae sanari ratione non poterant, sanata sunt tempore.

119. Qui propter pecuniae amorem et libidinum moritur, ostendit, se nunquam sui causa vixisse.

120. Turpia ne dixeris, paulatim enim pudor per verba discutitur.

121. Sic habita, ut potius laudetur dominus quam domus.

122. Consuetudinaria res est innocentia: non damnatio, sed causa hominem turpem facit.

123. Merito damnari poena est: damnatio immerita damnantis est calamitas.

124. Si aliquid cogitaveris, cito apparebit conversantibus.

125. Videri vis ab omnibus? nunquam bonae honestatis simulatio longa est.

126. Quod de alienis tractas, ex tuis judices.

127. Multi sunt obligandi, pauci offendendi, nam memoria beneficiorum facilis est, injuriarum tenax.

128. Objurgationi semper aliquid blandi admisce: facilius enim penetrant verba, quae molli vadunt via, quam aspera: nemo enim se mutat, qui mutari desperet.

129. Quotiens scribens aliquid dicturus es, scito, morum tuorum te hominibus chirographum dare.

130. Qui in servos irascitur et crudelis est, satis ostendit, potestatem adversus alienos sibi defuisse.

131. Qui nescit tacere, nescit loqui.

132. Facilius est pauperi contemptum effugere, quam diviti invidiam.

133. Bonus fruitur bona conscientia.

134. Malis hominibus tutissimum est cito fugere.

135. Nulla pusilla domus, quae multos amicos capit.

136. Scire uti paupertate maxima felicitas.

137. Acuit intentio, frangit animum remissio.

138. Nunquam scelus scelere vincendum est.

139. Bonus vir est, qui eo perduxit affectu animum, ut non tantum peccare non velit, sed etiam non possit.

140. Regnantibus pejus multo periculum, quam his qui judicantur: hi enim singulos timent, illi universos.

141. Numquid fortis fortem se gloriabitur, quem corporis aegritudo efficit infirmum?

142. Numquid dives in opibus suis gloriabitur, cujus spem fur vel tyrannus abrupit?

143. Numquid nobilitas gloriabitur affecta, nonnunquam indignis et miserabilibus serviens?

144. Diabolus aliquando se gloriabitur interfectorem tuae misericordiae, tunc intergemiscit socios tuae beatitudinis.

145. Fugienda sunt omnibus modis et abscindenda igni ac ferro, totoque artificio separanda languor a corpore, imperitia ab animo, luxuria a mente, a civitate seditio, a domo discordia, a cunctis rebus intemperantia.

146. Dixit quidam: amicorum omnia esse communia, et amicum se ipsum esse alterum: duorum temporum maxime habendam curam, et eorum quae acturi sumus, et eorum quae gessimus: post deum veritatem colendam, quae sola homines diis proximos facit.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΠΡΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΑΝ.

PORPHYRII PHILOSOPHI

EPISTOLA

AD MARCELLAM UXOREM

EX CODICE MSTO BIBLIOTH. AMBROS. MEDIOL.

EDITA AB

ANGELO MAIO

CUM EIUSDEM VERSIONE LATINA.

DE
NOVO PORPHYRII OPERE
AD MARCELLAM
ANGELI MAII PRAEFATIO.

I. Etsi in hac tanta temporum eruditione moralis philosophiae praeceptis satis abundamus, tamen quia Veterum scripta commendationem habent praecipuam vel aetatis causa vel singularis sapientiae, idcirco et Philonis de virtute scriptum incognitum superius edidi, et nunc Porphyrii de vita recte instituenda luculentam epistolam ad Marcellam conjugem evulgare constitui. Principio inter omnes constat, innumeros prope libros a Porphyrio philosopho Tyrio esse conscriptos, quorum plurimi communi antiquorum codicum exitio evanuerunt, multi, quia sacris christianis adversabantur, impietatis odio deleti sunt *), pauci denique barbarorum saeculorum voraginem praetervecti doctrinam uberem gravitatemque summam philosophi praeclare testantur. Quamquam vero praesertim libris qui supersunt de abstinentia ab esu animantium insignem morum magistrum se prodit Porphyrius, nusquam is tamen tam familiaria tamque multiplicia vitae bene agitandae documenta tradit, quam hoc ad uxorem volumine, quod ab Eunapio Alexandrinoque Cyrillo olim memoratum **), neque typis adhuc commissum erat, neque jam in co-

*) Vide Constantini M. epistol. apud Socr. Hist. eccl. I, 9.

**) Locos Eunapii et Cyrilli videsis infra laudatos ad operis capp. I. et III. pp. 2. et 6. in meis notis.

dicum apothecis superesse videbatur, donec a me in Ambrosianis pluteis cum Dionysio quem nuper edidi Halicarnasseo *) deprehensum est.

II. Quum Marcellam Porphyrius, amici sui conjugio nuper orbatam, sibi nuptiis copulavisset, nata est ei occasio post decimum connubii mensem nescio quod iter peregrinas in terras suscipiendi. Quod quum moleste ferri, uti par erat, ab uxore videret, scripsit has ad eam litteras, sive consolandi causa, sive ad virtutem cohortandi, sive denique de philosophia omnimoda disserendi. Ait igitur in primis, se nullius sui commodi gratia Marcellam sibi despondisse; immo vero ut amici conjugi patrocinaretur, ejusque liberos institutionibus optimis informaret magnas laborum atque insectationum molestias excepisse. Mox quod Marcellam philosophiae studio vehementer incensam cognoverat, ita moralem doctrinam tradit, ut omnes Pythagoreae Platonicaeque sapientiae thesauros plenis manibus ad hoc argumentum congerat. Et quia praeterea principi poëtarum Homero vehementissime studuit, quem nimirum et scholiis uberrimis et pluribus sive quaestionibus sive dissertationibus interpretatus est, idcirco nobiles ab eo sententias saepenumero mutuatur. Illam miror in primis sapientiam, qua docet, vitae potius molestiis et calamitatibus, quam rerum suavium beatitate ad deum iter muniri. Itaque monet uxorem, atque exemplis etiam clarissimorum heroum hortatur, ut patientiam in adversis, constantiam excelsitatemque animi diligenter conservet. Multa insuper virtutum genera sectanda proponit, castimoniam videlicet, simplicitatem, parsimoniam, frugalitatem, divitiarumque et deliciarum contemtum. Praecipuos autem eloquentiae nervos in eo contendit, ut corporis curam minimam, animi vero maximam gerendam suadeat: quo loco ejus-

*) Nempe in codice Q. 13. part. sup.

dem quoque animi immortalitatem, quod fuit nobilissimum Pythagorae dogma *), sapienter confirmat. Satis autem constat, pluribus olim scriptis egisse Porphyrium de theurgia, nempe de animi purgatione. **) Id vero hac etiam lucubratione magnopere urget philosophus, mentem scilicet omni labe mortalitatis eluendam, cupiditates ejiciendas, voluptatum vanaeque gloriae inlecebras gravi pede deprimendas. Jam in improbos atque insipientes, quorum omnis aetas colluvie redundat, magnopere Porphyrius invehitur, eorumque non solum dogmata aspernanda docet, verum etiam convictum devitandum, atque omne officium et usum mente auribusque respuendum. De natura dei ejusque providentia, bonitate, justitia egregie sentit, eumdemque et rebus omnibus interesse, et arcana quaeque scrutari, et impia facinora poena memori persequi constanter tuetur: tum etiam sacri cultus rationem plerumque optimam, paucis demptis erroribus, constituit: quippe qui mentem pectusque candidum boni viri et sapientis aedem et aram deo multo gratissimam dignissimamque pronunciat: sceleratorum contra stultorumve preces futiles, vota irrita, victimas pollutas, totam denique religionem sacrilegam esse opinatur. Quam est ejus praeclara doctrina de tribus legibus, divina, naturali atque civili! Denique ad domestica etiam et familiaria praecepta se demittit Porphyrius: sed enim eo loco codex nescio quo pacto mutilus quicquid supererat lucubrationis amisit.

Nunc ego si laudes Porphyrii notissimas recensere velim, ineptus sim. Satis est Augustinus, a quo dicitur ***) doctissimus philosophorum Porphyrius, quamvis Christianorum acerrimus inimicus. Satis est Eunapius, apud quem his verbis celebratur Porphyrius: παν-

*) Consule Porphyrium in vita Pythagorae sect. 19. et 45. nec non apud Stobaeum in eclogis physicis cap. de statu animarum post exitum. Tum Diodorum Sic. XVIII, 1. et locum Ciceronis a nobis infra laudatum in notis ad cap. VIII. p. 18.

**) Vide Suidam voc. Πορφύριος, qui ait, hunc scripsisse in Iuliani libros, quod fuit opus theurgicum: nec non D. Augustini locos a nobis infra laudatos in notis ad cap. VI. p. 15. et ad cap. XXI. p. 38. denique Holstenium in vita Porphyrii cap. IX.

***) De civ. d. XIX, 22.

τομιγές τι πρὸς ἅπασαν ἀρετὴν ὁ ἀνὴρ αὐτὸς χρῆμά τι γέγονε· καὶ τὸ κάλλος αὐτοῦ τῶν λόγων ἄν τις μᾶλλον, ἢ τὰ δόγματα πλέον εἰς αὐτὰ ἀπιδὼν, ἢ τὴν δύναμιν τοῦ λόγου: ex omni virtutum genere (Porphyrius) concretus fuit, ut nescias, quid laudes magis, an elocutionis elegantiam, an placita, an ipsam dicendi vim. Satis est denique testimonium Caesariensis Eusebii, a quo Porphyrius, licet adversarius *), insigni tamen cum nominum honorificentia appellatur **): ὁ γεννάιος Ἑλλήνων φιλόσοφος, ὁ θαυμαστὸς θεολόγος, ὁ τῶν ἀποῤῥήτων μύστης, nobilis Graecorum philosophus, mirus theologus, idemque reconditorum mysteriorum interpres. Ego autem festive facere mihi videor, qui duorum illustrium auctorum atque inter se olim adversariorum Eusebii et Porphyrii scripta inedita uno volumine comprehendo. Jam si qua in hoc scripto Porphyrii paulo obscuriora videntur, nonne et Timaeus Platonis Ciceroni obscurior visus est? ***) Nimirum Porphyrius cum de rebus sublimioribus dicit, ipsae res verba obscurant: ita fit cum durior, tum etiam abstrusior oratio. Quare et ego, dum interpretarer, non semel aestuare me memini. Ceterum Porphyrius adeo plerumque obscuritate non laborat, ut praeter reliquas stili laudes singulari etiam perspicuitate praeditus Eunapio visus sit: Ὁ Πορφύριος ὥσπερ ἑρμαϊκή τις σειρὰ καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἐπινεύουσα διὰ ποικίλης παιδείας, πάντα εἰς τὸ εὔγνωστον καὶ καθαρὸν ἐξήγγελλεν: Porphyrius tamquam mercurialis quaedam catena ad mortales demissa, omnigenae eruditionis beneficio, cuncta aperte, dilucide clareque explicabat. Cum bonis igitur ominibus prodeat Origenis, Longini Plotinique discipulus, magister Jamblichi, philosophus sui temporis praestantissimus: cujus scriptum nuper inventum qui leget, novum graecis litteris lumen, novum morali philosophiae cumulum accessisse sentiet.

---

*) Confer Eusebii Chronicon lib. I. cap. 29. in nostro specimine superius edito, nec non ejusdem praefationem ad librum secundum Chronici.

**) Praep. ev. V, 14. Confer etiam IV, 6.

***) De finib. II, 5.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΠΡΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΑΝ.

I. Ἐγώ σε, Μαρκέλλα, θυγατέρων μὲν πέντε, δυοῖν δὲ ἀῤῥένων οὖσαν μητέρα, τῶν μὲν καὶ ἔτι νηπίων, τῶν δὲ ἤδη εἰς γάμου ἡλικίαν ἥβῃ ἐφορμούντων, εἱλόμην ἔχειν σύνοικον· μὴ καταδείσας τὸ πλῆθος τῶν εἰς τὰς χρείας αὐτοῖς ἐσομένων ἀναγκαίων· οὔτε παιδοποιΐας χάριν τῆς ἀπὸ τοῦ σώματος· ἔχειν κεκρικὼς παῖδας τῆς ἀληθινῆς σοφίας ἐραστὰς τά τε σὰ τέκνα, εἰ φιλοσοφίας τῆς ὀρθῆς ἀντιλάβοιτό ποτε ὑφ' ἡμῶν ἀνατρεφόμενα· οὔτε μὴν διὰ χρημάτων περιουσίαν ἢ ὑμῖν ἢ ἐμοὶ προσοῦσαν· ἀγαπητὸν γὰρ καὶ τῶν ἀναγκαίων τὸ τυχὸν, οὖσιν ἀκτήμοσιν· οὔτε ἀπὸ τῆς ἄλλης διακονίας ῥαστώνην τινά μοι προσδοκήσας εἰς τὸ γῆρας ἀποκλίνοντι ἔσεσθαι· ἐπίνοσον γάρ σοι τὸ σῶμα, καὶ ἰατρείας μᾶλλον τῆς παρὰ τῶν ἄλλων δεόμενον, ἢ ἄλλοις ἐπικουρεῖν τι ἢ προστατεῖν ἐπιτήδειον· οὔτε δι' ἄλλην οἰκονομίαν ἢ θήραν δόξης καὶ ἐπαίνων παρὰ τῶν ἀνυποστάτων ἐθελοντὶ τὸ τοιοῦτον βαστάσαι ψιλῆς ἕνεκα τῆς εἰς τὸ εὐποιεῖν προθυμίας· τοὐναντίον γὰρ, ὑπ' ἀβελτηρίας τῶν πολιτῶν σου, καὶ τῷ πρὸς ἡμᾶς φθόνῳ, βλασφημίαις τε πολλαῖς περιπέπτωκα, καὶ παρὰ πᾶσαν προσδοκίαν εἰς θανάτου κίνδυνον ὑπ' αὐτῶν δι' ὑμᾶς περιέστην.

II. Τούτων οὖν χάριν οὐδένα κοινωνὸν ἕτερον τοῦ βίου πεποίηκα, διττῆς δὲ μᾶλλον ἕνεκα εὐλόγου αἰτίας· μιᾶς μὲν, καθ' ἣν ἀπομειλίξασθαι κρίνας τοὺς γενε-

PORPHYRII PHILOSOPHI
AD MARCELLAM.

I. Ego te, Marcella, filiarum quinque, marium vero duorum parentem, quorum alii parvuli sunt, alii ab nuptiali aetate prope absunt, conjugem optavi, nihil veritus graves impensas, quae in illorum victum insumendae sunt. Neque id feci liberorum causa ex te suscipiendorum: nam filiorum loco mihi habeo et verae sapientiae studiosos et liberos tuos, quos tu antea peperisti, siquidem hi vicissim nostra institutione usi rectam philosophiam amplectentur. Neque rursus id studui, quia vel vobis vel mihi abunde opum suppetat: contenti enim erimus, si necessaria ad vitam non desint, quandoquidem valde inopes sumus. Neque item putes me paravisse mihi ministerium aliquod commodum vitae jam in senium vergenti: nam corpus tibi esse sciebam valetudinarium, quodque ab aliis potius medicinam exspectaret, quam iisdem auxiliari aut curam impendere posset. Neque denique aliquid aliud mihi proposui, neque gloriam laudesve ab iis aucupatus sum, qui haud paterentur unico benefaciendi studio ducti tantum onus sponte subire: contra enim accidit, ut ob tuorum civium vesaniam in invidiam multasque vituperationes incurrerim, citraque omnem spem discrimen etiam vitae vestra causa adierim.

II. Verum ob ea quae dicam te omnino prae ceteris ad vitae meae societatem vocavi: duplicem scilicet in primis rationem, et quidem utramque laudabilem, sequutus. Primum quia me placaturum putavi na-

φιλίους θεούς, κατὰ τὸν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ Σωκράτην δημώδη μουσικὴν πρὸ τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ συνήθους ἐνεργείας διαθεῖναι ἑλόμενον, ἀσφαλείας ἕνεκα τῆς ἐκ τοῦ βίου ἀπαλλαγῆς. Οὑτωσὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἀπομειλιττόμενος τοὺς ἐν τῇ κωμῳδοτραγῳδίᾳ προστάτας δαίμονας, τὸν γαμικὸν ὕμνον ἀγωνίσασθαι οὐκ ὤκνησα ἀσμενέστατα· καὶ πλήθει τῶν σῶν τέκνων συντυχὼν καὶ τῇ προσούσῃ περισκελείᾳ τῶν ἀναγκαίων, τῇ τε πονηρίᾳ τῶν ἐνυβρισάντων. Οὐδὲν γὰρ παρεῖται τῶν εἰς τὸ δρᾶμα συμβαίνειν εἰωθότων, οὐ ζηλοτυπία, οὐ μῖσος, οὐ γέλως, οὐ διαπληκτισμός τε καὶ ὀργαί. Πλήν γε ὅτι οὐ περὶ ἡμᾶς, περὶ δὲ τοὺς ἄλλως ὑπουργοῦντας τοῖς δαίμοσι τουτὶ τὸ θέατρον, ἡμεῖς ὑπεκρίθημεν.

III. Ἑτέρας δὲ θειοτέρας καὶ οὐδέν τι δημῶδες ταύτῃ ἐοικυίας, καθ' ἣν ἀγασθεὶς σου τὴν πρὸς τὴν ὀρθὴν φιλοσοφίαν ἐπιτηδειότητα τῆς φύσεως, οὐκ ᾠήθην προσήκειν ἀνδρὸς φίλου μοι στερηθεῖσαν, συλλήπτορος ἔρημόν σε καταλιπεῖν καὶ προστάτου σώφρονος καὶ τῷ σῷ τρόπῳ ἐπιτηδείου. Ἀπροσοβήσας δὲ πάντας τοὺς ἐπηρεάζειν μέλλοντας ἐν προσποιήσει, ἤνεγκα μὲν τὰς παραλόγους ὕβρεις, ἐβάστασα δὲ τὰς ἐπιβουλὰς εὐσχημόνως· ἐλευθερῶν δὲ τὸ εἰς ἐμὲ περιῆκον παντὸς τοῦ δεσπόζειν ἐπιχειροῦντος, ἀνεκαλεσάμην εἰς τὸν ἑαυτῆς τρόπον, μεταδιδοὺς φιλοσοφίας, ἀκόλουθον τῷ βίῳ λόγον ἐπιδεικνύμενος. Καὶ τίς γὰρ ἂν ἄλλος μοι πρό γε σοῦ μάρτυς ἂν εἴη ἀκριβέστερος, ἣν αἰσχυνοίμην ἀφοσιούμενος, ἢ τὰ κατ' ἐμαυτὸν ἀποκρύπτων, ἀλλ' οὐχὶ πρὸς ἀλήθειαν ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος, τῇ μάλιστα τὴν ἀλήθειαν προτιμώσῃ καὶ διὰ ταύτην ἕρμαιον ἡγησαμένῃ τὴν συνοίκησιν, πάντα τὰ εἰς αὐτὴν καὶ δι' αὐτῆς πραχθέντα ὑπομνήσκων.

IV. Συγχωρούντων οὖν τῶν πραγμάτων ἐπιπλέον αὐτόθι διατρίβειν, ἐπ' ἐξουσίας ἐνῆν σοι, ὥσπερ ἐκ παρακειμένων πηγαίων ναμάτων, τὸ ποτὸν ἀπαρύεσθαι διαφυλάσσοντι ῥόν τε καὶ πρόσφατον· καὶ μὴ ἀγαπᾶν ὅσον αὐτῆς δόσεως συντείνοι πρὸς τὸ χρήσιμον, θαῤῥεῖν δὲ καὶ διαναπαυσαμένῃ παρέχεσθαι ἐκ τοῦ ῥᾴστου δι' ἐξουσίας τὴν ἀνάκτησιν. Καλούσης δὲ τῆς τῶν Ἑλλήνων χρείας, καὶ τῶν θεῶν συνε-

tales deos, veluti olim in vinculis Socrates, qui popularem musicam consuetis philosophiae exercitiis anteposuit, idque ut tutius ab hac vita discederet. Sic enim et ego ut placarem dramatum deos, nuptialem hymnum lubentissime concinere non recusavi: et multitudini tuorum liberorum ultro me objiciens, et victus difficultati, et maledicorum improbitati. Nihil enim eorum praetermissum est, quae ad drama adhiberi solent, non aemulatio, non odium, non risus, non altercatio, non irae. Quamquam nos quidem ejusmodi drama non tam nostri gratia agimus, quam eorum, qui multo aliter hoc theatrum diis instruunt.

III. Altera nobilior causa fuit atque ab hac vulgari prorsus abhorrens, quod ego nempe miratus tuum rectae philosophiae idoneum ingenium, haud aequum existimavi, te viro mihi caro spoliatam, nunc omni adjutore destitutam relinqui, et sine patrono modesto tuisque moribus accommodato. Quare rejectis omnibus, qui fallaci artificio negotium facessere studebant, toleravi absurdas contumelias, tuli aequo animo insidias: teque liberans, quantum in me fuit, a cujusvis impotenti arbitrio, ad tuos ipsius mores revocavi, philosophiae praeceptis tibi impertitis, atque consentaneam doctrinae vitam meam ostendens. Quis autem te luculentior testis mihi erit? quam ego quidem erubescere rejiciens, aut aliquid meorum celans, aut (quoniam tu veritatem in primis semper coluisti et eapropter lucrum putasti matrimonium) non omnia verissime, quae ipsius matrimonii causa vel in ipso facta sunt, edocens.

IV. Igitur cum per negotia licebat diutius istic commorari, liberum tibi erat tamquam ex obviis fontibus potum haurire abundantem et promptum: neque contentae esse, quod ea res ad utilitatem aliquam duceret, verum etiam laetari licebat atque tibimet interquiescenti exhibere facillime pro facultate praesente recreationem. Nunc vero urgentibus Graecorum negotiis, ipsisque una diis

πειγόντων αὐτοῖς, ὑπακούειν μέν σε, καίπερ οὖσαν προθυμοτάτην, μετὰ τοσαύτης ἀκολουθίας θυγατέρων, ἀδύνατον ἦν. Ἄνευ δέ σου ταύτας ῥίπτειν οὕτως ἐν σκαιοῖς ἀνθρώποις, ἀβουλίας εἶναι ὁμοῦ καὶ ἀδικίας ἔργον ὑπείληφα. Μένειν δὲ ἐνταυθοῖ βιαζόμενος, τήν τε τοῦ αὖθις ἐντυχεῖν ἐλπίδα προϊσχόμενος, εἰκότως σοι παραινέσαιμ' ἂν ἀντεχομένη τῶν δοθέντων ἐν τοῖς δέκα μησὶν οἷς μοι συνῴκησας, μὴ πόθῳ καὶ ἐπιθυμίᾳ τοῦ πλείονος, καὶ τὸ ὂν ἤδη ἐκβαλεῖν· σπεύδω μὲν γὰρ ὃν ἂν δύναμαι τρόπον τὴν ταχίστην πάλιν ἀναλαβεῖν.

V. Ἀδήλου δὲ ἐν ταῖς ἀποδημίαις τοῦ μέλλοντος ὄντος, ἀναγκαῖόν σοι παραμυθούμενον τῷ λόγῳ ἅμα ἐπισκέπτειν· οἰκειότερον δ' εἴποιμ' ἂν τοῦ σαυτῆς καὶ ἐν σεαυτῇ οἴκου κήδεσθαι, καὶ ἔμπεδα πάντα φυλάσσειν· καταλειπόμενος οὐδὲν ἀπεικότως τοῦ ἐν τραγῳδίαις Φιλοκτήτου ἕλκεϊ μοχθίζοντος· πλὴν ὅτι τῷ μὲν τὸ ἕλκος ὑπὸ ὀλοόφρονος ὕδρου· σοὶ δ' ἐπιγνούσῃ τὸ εἰς τὴν γένεσιν πτῶμα, ὅσον καὶ οἷον ἡμῖν τῆς ψυχῆς περιέστη· οὐ τῶν θεῶν ἡμᾶς ὑπεριδόντων, ὡς ἐκεῖνον οἱ Ἀτρεΐδαι, ἀλλὰ σωτήρων γενομένων καὶ οὐκ ἐπιλαθομένων. Πολλοῖς δή σε παλαίσμασι καὶ ἐπωδύνοις εἰς ἀγῶνα ἐμπεσοῦσαν, νῦν μάλιστα φιλοσοφίας τοῦ μόνου ἀσφαλοῦς πείσματος ἀντεχομένην παρακαλῶ μὴ ταῖς ἀμηχανίαις ταῖς ἐκ τῆς ἡμετέρας ἀπουσίας πλέον ἐνδοῦναι τοῦ προσήκοντος· μήτε πόθῳ τῆς παρ' ἡμῖν διδασκαλίας, καὶ τὸ δοθὲν ἤδη ἐκκροῦσαι· μηδὲ πρὸς τὸ πλῆθος τῶν περιεστώτων ἀλλοτρίων ἀπαυδήσασαν, ἔκδοτον σεαυτὸν τῷ σύροντι ποταμῷ τῶν πραγμάτων ἐᾶσαι· ἀλλὰ λογισαμένην, ὡς οὐ διὰ ῥαστώνης ἡ τῶν ὄντων ἀγαθῶν κτῆσις τοῖς ἀνθρώποις περιγίνεται, αὐτοῖς τούτοις συγκυρήσασιν εἰς ἄσκησιν τοῦ προσδοκωμένου χρήσασθαι βίου· ὅσα καὶ μόνα τῶν ἄλλων ἀντίπαλα τῆς σῆς καρτερίας εἰς τὸ παρατρέψαι σε καὶ βιάσαι εἶναι δύναται. Τὰ μὲν γὰρ τῶν ἐπιβουλῶν εὐκαταφρόνητα πάντῃ τοῖς ὧν οὐχ ἡμεῖς κύριοι ἐθίσασιν ἀτιμάζειν, καὶ μᾶλλον εἰς ἐκείνους κεκρικόσι τὴν ἀδικίαν ἀναστρέφειν, ἢ βλάπτειν γε

cogentibus, ut tu quidem obsecundares, quamvis paratissima, cum tanta filiarum sequela fieri non poterat. Sine te autem has projicere ad improbos homines, stultum, immo scelestum arbitrabar. Nunc ego longinqua in terra manere coactus, spem tamen te rursus videndi nutriens, merito te hortor, ut conservato bono, quo fruita es per eos decem menses, quibus una versati sumus, ne, desiderio ac cupiditate majoris emolumenti, etiam id quod habes amittas. Ego vero quam fieri potest celerrime te ad me recipere aveo.

V. Age vero, quum in peregrinationibus, quid eventurum sit, lateat, necesse est, ut virum tuum scripto te consolantem auscultes. Et quidem id dixerim gravius officium tuum, quam te tui tuaeque domus curam gerere, et incolumia cuncta servare. Quippe a me derelicta es, prorsus ut ille apud tragicos laborans ulcere Philocteta: nisi quod ille a pernicioso colubro ictus erat, tu autem, cui vitae fragilitas explorata est, cruciaris cogitans, quam brevi spiritus ab ortu vitae ad occasum in nobis supersit. Quamquam dii nos haud negligunt, ut Philoctetam Atridae, sed salutem adferunt, nedum oblivioni tradunt. Te vero, quae multis cruciantibusque luctis exercita es, uti nunc vehementius philosophiae, quod unum est tutum refugium, adhaereas, magnopere rogo, neque te plus aequo anxietati propter nostram absentiam des, neque propter magisterii nostri desiderium id quod jam didicisti abjicias, neque ob cumulum exterarum, quae instant, rerum defetiscens victam te impetu fluentis agminis trahi sinas: sed consideres, veri boni acquisitionem hominibus otiosis non contingere, tuisque hisce casibus ad futurae vitae praeparationem utaris. Reapse hi tantum casus ita constantiae tuae adversantur, ut permovere et cogere queant. Nam quae mala per insidias accidunt, facile contemnuntur ab illis, qui ea solent despicere, quibus ipsi non dominantur: atque in improbos iniquitatem potius detorquent quam

τούτους, οἷς τῶν μάλιστα παρ' ἑαυτοῖς δρωμένων ἐναντίων, οὐ μεγάλη τῆς ζημίας ἡ ἐλάττωσις εἶναι ὑπελήφθη.

VI. Τὴν δὲ τοῦ ἐπωφελοῦντος τὴν ψυχὴν ἀπουσίαν, πατρός τε ὁμοῦ καὶ ἀνδρὸς καὶ διδασκάλου, καὶ συγγενῶν, εἰ δὲ βούλει, καὶ τῆς πατρίδος τὴν εὔνοιαν εἰς αὐτὸν συνῃρηκότος, δοκοῦσαν περιέχειν εὔλογον τῆς δυσχερίας τὴν αἰτίαν παρηγοροίης ἄν, θεωρὸν προστησαμένη τὸν λόγον, οὐ τὸ πάθος· πρῶτον μὲν, ὡς οὐκ ἦν ἄλλως, ὅπερ ἔφην, πρὸς τῶν μελλόντων νόστου δὴ μιμνήκεσθαι ἐκ τῆς ἐνταυθοῖ ξένης καταγωγῆς τὸ δι' ἡδονῆς καθάπερ ἱππήλατόν τι χωρίον καὶ ῥᾳστώνης ποιεῖσθαι τὴν ἐπάνοδον. Αὐτὸ γὰρ τὸ πρᾶγμα ὡς οὐδὲν ἄλλο ἄλλῳ ἀντίκειται πράγματι, ἡδονή τε καὶ ῥαθυμία τῇ πρὸς θεοὺς ἀνόδῳ. Ἐπεὶ οὐδὲ τὰ ὑψηλότερα τῶν ὁρῶν ἀκινδύνως καὶ πόνων ἄνευ ἦν ἀναβαίνειν, οὐδ' ἀπὸ τῶν μυχῶν τοῦ σώματος διὰ τῶν εἰς τὸ σῶμα καταγωγῶν, ἡδονῆς τε καὶ ῥαθυμίας, ἀνακύπτειν. Διὰ γὰρ μερίμνης ἡ ὁδὸς καὶ τῆς ἀναμνήσεως τοῦ πτώματος. Κἂν ᾖ τὰ συμβαίνοντα δυσχερῆ, τὸ δύσκολον πρὸς ἀνάβασιν οἰκεῖον· ὅτι καὶ τὸ ῥεῖα ζώειν παρὰ θεοῖς· πεπτωκόσι δὲ, εἰς τὴν ἔγερσιν ἐναντιώτατον, ὡς ἂν εἰς λήθην ἄγον τῷ ἀλλοτρίῳ, καὶ τῷ ὕπνῳ συντελοῦν, ἂν καθεύδωμεν ὑπὸ τῶν ψυχαγωγούντων ἡμᾶς ἐνυπνίων βουκολούμενοι.

VII. Ἐπεὶ καὶ τῶν πεδῶν αἳ μὲν ἐκ χρυσοῦ βαρυτάτου ὄντος, διὰ τὴν εὐπρέπειαν, εἰς κόσμον μᾶλλον συντελεῖν καὶ φέρειν τὸν δεσμὸν δι' αὐτῶν ἐνήγαγον τῷ κούφῳ τὰς δι' ἀφροσύνην τοῦ βάρους ἀναισθήτους γυναῖκας. Αἱ δὲ τοῦ σιδήρου συνιέναι τῶν ἁμαρτημάτων ἠνάγκασαν, καὶ λυπήσασαι μεταγινώσκειν, καὶ ζητεῖν τοῦ βάρους ἀπαλλαγὴν πορίσασθαι· τοῦ χρυσοῦ δὲ διὰ τὴν τέρψιν εἰς ἀγανάκτησιν οὐ τὴν τυχοῦσαν πολλάκις συντελούσης τῆς ἀλύσεως. Ὅθεν καὶ ἔδοξε τοῖς σώφροσι τὰ ἐπίπονα τῶν ἡδέων μᾶλλον συντελεῖν εἰς ἀρετήν· καὶ τὸ μοχθεῖν ἄριστον εἶναι ἀνδρί τε ὁμοίως καὶ γυναικὶ, ἢ ἐξοιδαίνειν τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῆς ἡδονῆς χαλωμένην.

ultionem, qui quum se ipsos in primis laeserint, quamvis impunitos patiaris, poenae detractio non magna fit.

VI. Hominis autem utilis animo tuo, et patris et mariti et magistri atque cognatorum omnium, immo et ipsius patriae benevolentiam in se uno complectentis, absentiam (quae sine dubio est justa causa molestiae) satis lenies sapiente tibi proposita consideratione; cujus haec prima admonitio erit, quod aliter nimirum haud liceret, ut dixi, eos, qui reditum aliquando moliturí sunt, reapse redire ex hoc peregrino diversorio, si esset veluti voluptarius locus, campusque spatiosus et delicatus. Nihil enim adeo obstat, ut voluptas et ignavia, quominus ad deum accedamus. Reaspe ne montium quidem cacumina sine periculo et labore conscendere licet: neque item a recessibus corporis emergere per ea, quae deorsum ad corpus ferunt, per voluptatem videlicet et ignaviam. Via enim per aerumnas secta est perque reminiscentiam mortalitatis. Quodsi intercedunt molestiae, difficultas quidem maxime propria est adscensionis: tranquille siquidem vivere deorum est. In iis autem, qui ceciderunt in terram, tranquillitas in primis contraria est erectioni, quoniam per res extraneas oblivionem caeli invehit, somnumque conciliat, ita ut dormiamus, ab illudentibus somniorum imaginibus oblectati.

VII. Jam et catenae, quae sunt ex auro gravissimo, tamen, propter pulchritudinem, ut ornamento magis, quam vinculo tribuantur, suadent mulieribus, quae stultitiae suae causa pondus non sentiunt. Contra ferreae catenae peccata in memoriam revocant, suaque molestia poenitentiam creant, impelluntque, ut, quo pacto liberemur a pondere, vestigemus. Ceterum aurea quoque vincula post oblectationem ad non mediocres dolores saepe transferunt. Quamobrem sapientibus videntur aerumnae magis quam voluptates ad virtutem conferre; videtur item expedire, ut vir mulierque potius laborent, quam animo turgeant aura voluptatis inflati.

Παντὸς γὰρ καλοῦ κτήματος πόνους δεῖ πρηγεῖσθαι, καὶ πονεῖν ἀνάγκη τὸν τυχεῖν ἀρετῆς σπουδάζοντα. Ἀκούεις δὲ καὶ τὸν Ἡρακλέα, τούς τε Διοσκούρους, καὶ τὸν Ἀσκληπιόν, τούς τε ἄλλους, ὅσοι θεῶν παῖδες ἐγένοντο, ὡς διὰ τῶν πόνων καὶ τῆς καρτερίας τὴν μακαρίαν εἰς θεοὺς ὁδὸν ἐξετέλεσαν. Οὐ γὰρ ἐκ τῶν δι᾽ ἡδονῆς βεβιωκότων ἀνθρώπων αἱ εἰς θεὸν ἀναδρομαί, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν τὰ μέγιστα τῶν συμβαινόντων γενναίως διενεγκεῖν μεμαθηκότων.

VIII. Μέγιστος δὲ ἆθλος τοῦ νῦν σοι προκειμένου, εὖ οἶδα καὶ αὐτός, ὡς οὐκ ἂν γένοιτο ἄλλος, ἡγουμένη μετ᾽ ἐμοῦ καὶ τῆς σωτηρίας τὴν ὁδὸν καὶ τὸν ταύτης καθηγεμόνα καταλείψειν. Ἔχει δὲ οὐχ οὕτω παντάπασι δυςκαρτερήτως σοι τὰ παρόντα, εἰ παρεῖσα τὴν ἐκ τοῦ πάθους ἀλόγιστον ταραχήν, μὴ περὶ φαύλων ἡγήσῃ μεμνῆσθαι, ὧν εἰς φιλοσοφίαν τὴν ὀρθὴν παρὰ τῶν θείων ἐτελέσθης λόγων· ὧν τὴν βεβαίαν ἀκρόασιν αἱ πράξεις ἐλέγχειν εἰώθασι. Τὰ γὰρ ἔργα τῶν δογμάτων ἑκάστου φέρειν πέφυκε τὰς ἀποδείξεις· καὶ δεῖ οὕτως βιοῦν, ὅστις ἐπίστευσεν, ἵνα καὶ αὐτὸς πιστὸς ᾖ μάρτυς περὶ ὧν λέγει τοῖς ἀκροωμένοις. Τίνα οὖν ἦν ἄρα; ἃ παρὰ τῶν σαφέστατ᾽ εἰδότων τὰ κατ᾽ ἀνθρώπους μεμαθήκαμεν; Ἆρ᾽ οὐχ ὅτι μέν σοι ἐγὼ οὐχ ὁ αὐτὸς οὗτος καὶ τῇ αἰσθήσει ὑποστατός, ὁ δὲ ἐπὶ πλεῖστον ἀφεστηκὼς τοῦ σώματος, ὁ ἀχρώματος καὶ ἀσχημάτιστος, καὶ χερσὶ μὲν οὐδαμῶς ἐπαφητός, διανοίᾳ δὲ μόνῃ κρατητός. Λαμβάνομεν δὲ οὐ παρὰ τῶν ἔξωθεν τὰ εἰς τὰ παρ᾽ αὐτῶν ἡμῖν ἐντεθειμένα· τοὐνδόσιμον δὲ μόνον ὥσπερ ἐν χορῷ εἰς ἀνάμνησιν ἡμᾶς ἄγοντα, ὧν ἔχοντες παρὰ τοῦ δεδωκότος ἐπλανήθημεν.

IX. Πρὸς δὲ τούτοις, οὐχ ὅτι πᾶν πάθος ψυχῆς εἰς σωτηρίαν αὐτῆς πολεμιώτατον, καὶ ἀπαιδευσία μὲν τῶν παθῶν πάντων μήτηρ. Τὸ δὲ πεπαιδεῦσθαι οὐκ ἐν πολυμαθείας ἀναλήψει . . . . ἀπαλλάξει δὲ τῶν ψυχικῶν παθῶν ἐθεωρεῖτο. Πάθη δὲ νοσημάτων ἀρχαί· ψυχῆς δὲ νόσημα κακία· κακία δὲ πᾶσα αἰσχρόν· τὸ δὲ αἰσχρὸν τῷ καλῷ ἐναντίον· καλοῦ δὲ ὄντος τοῦ θείου, ἀμήχανον αὐ-

Certe cujusvis rei pulchrae labor dux esse debet, atque eum, qui virtuti studet, laborare necesse est. Et quidem satis nosti, Herculem quoque et Dioscuros et Aesculapium, aliosque deorum filios per labores atque patientiam viam ad superûm beatitudinem adfectasse. Neque enim ab hominibus voluptariis ad deum curritur, sed ab iis, qui gravissimos casus fortiter tolerare didicerunt.

VIII. Graviorem porro praesente laborem, plane mihi persuadeo, tibi haud posse proponi, quae arbitraris, me procul abeunte, a via omni salutis ejusque duce excidere. Atqui res tuae non tam deterrimo loco sunt, si tamen, omissa insana doloris perturbatione, praeclaras opiniones in memoriam revocabis, quibus cum recta philosophiae institutione divini sermonis ope initiata es: quasque utrum firmiter didicerimus, facta ipsa solent coarguere. Namque natura comparatum est, ut cujusque opera certae dogmatum demonstrationes sint: atque oportet ita unumquemque vivere, ut credit, ut sit ipse apud audientes fidelis eorum, quae dicit, testis. Quaenam igitur didicimus ab iis, qui certissime res humanas noverunt? Scilicet me tibi non esse hunc palpabilem virum sensibusque subjectum, sed illud nescio quid potius, quod a corpore plurimum differt, sine colore, sine figura, et manibus quidem non contrectandum, mente vero tantummodo comprehendendum. Neque porro ab externis sumimus, quae in nobis ipsis insita sunt: verum, ut in choro, numerum tantum auscultamus, a quo ea nobis in mentem revocantur, quae postquam accepimus a donante deo, peregrinamur in orbe.

IX. Praeterea cum quaevis animi passio inimicissima est salutis, tum inscitia parens omnium passionum est. Bonam autem institutionem numquam aestimem, quae cum eruditionis copia animalium quoque passionum contaminatione sordescat. Passiones morborum initia: improbitas est animae morbus: vitium omne turpe: turpe bono adversarium: bonus quum sit deus, fieri

τῷ σὺν κακίᾳ πελάζειν· καθαροῦ γὰρ μὴ καθαρὸν ἐφάπτεσθαι οὐδὲ ὁ Πλάτων φησὶ θεμιτὸν εἶναι. Διὸ καὶ μέχρι τοῦ νῦν καθαρεύειν δεῖ τῶν παθῶν τε καὶ τῶν διὰ τὸ πάθος ἁμαρτημάτων. Ἆρ᾽ οὖν οὐ τοιαῦτα ἦν, οἷς μάλιστα συνήνεις, ὡς γράμματα θεῖα ἐνόντα παρὰ σαυτῇ διὰ τῆς τῶν λόγων ἐνδείξεως ἀναγινώσκουσα; Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον τὴν πεπεισμένην ἐν σοὶ εἶναι καὶ τὸ σῶζον καὶ τὸ σωζόμενον, καὶ τό γε ἀπολλύον καὶ ἀπολλύμενον, τόν τε πλοῦτον καὶ τὴν πενίαν, τόν τε πατέρα καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τῶν ὄντως ἀγαθῶν καθηγεμόνα, κεχηνέναι πρὸς τὴν τοῦ ὑφηγητοῦ σκιὰν, ὡς δὴ τὸν ὄντως ὑφηγητὴν μὴ ἐντὸς ἔχουσαν, μηδὲ παρὰ σαυτῇ πάντα τὸν πλοῦτον; ὃν ἀνάγκη ἀπολλύναι καὶ διαφεύγειν, πρὸς τὴν σάρκα καταβαίνουσαν, ἀντὶ τοῦ σώζοντος καὶ σωζομένου.

X. Τῆς μὲν οὖν ἐμῆς σκιᾶς καὶ τοῦ φαινομένου εἰδώλου, οὔτε παρόντων ὀνήσω τι, οὔτ᾽ ἀπόντων ἐπώδυνος ἡ ἀπουσία τῇ μελετώσῃ φεύγειν ἀπὸ τοῦ σώματος. Ἐμοῦ δὲ καθαρῶς τύχοις ἂν μάλιστα καὶ παρόντος καὶ συνόντος νύκτωρ καὶ μεθ᾽ ἡμέραν, σὺν καθαρῷ καὶ τῷ καλλίστῳ τῆς συνουσίας καὶ μηδὲ χωρισθῆναι οἵου τε ὄντος, εἰ μελετῴης εἰς ἑαυτὴν ἀναβαίνειν, συλλέγουσα ἀπὸ τοῦ σώματος πάντα τὰ διασκεδασθέντα μέλη, καὶ εἰς πλῆθος κατακερματισθέντα, ἀπὸ τῆς τέως ἐν μεγέθει δυνάμεως ἰσχυούσης ἑνώσεως. Συνάγοις δ᾽ ἂν καὶ ἑνίζοις τὰς ἐμφύτους ἐννοίας καὶ διαρθροῦν συγκεχυμένας, καὶ εἰς φῶς ἕλκειν ἐσκοτισμένας πειρωμένη. Ἀφ᾽ ὧν ὁρμώμενος καὶ ὁ θεῖος Πλάτων, ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ νοητὰ τὰς ἀναμνήσεις πεποίηται. Ἔτι εἰ μνημονεύεις, διαρθροίης δ᾽ ἂν ἅ γε ἀκήκοας, διὰ τῆς μνήμης ἀναπεμπαζομένη, τοῖς τε τοιούτοις τῶν λόγων ὡς ἀγαθοῖς συμβούλοις ἀξιοῦσα προσέχειν καὶ λοιπὸν τὰ γνωσθέντα διὰ τῶν ἔργων ἀσκοῦσα, διὰ δ᾽ αὐτῶν πονεῖν συντηροῦσα.

XI. Λέγει δὲ ὁ λόγος πάντῃ μὲν καὶ πᾶσι παρεῖναι τὸ θεῖον· νεὼν δὲ τούτῳ παρ᾽ ἀνθρώποις καθιερῶσθαι τὴν διάνοιαν μάλιστα τοῦ σοφοῦ μόνην, τιμήν τε προσήκουσαν ἀπονέμεσθαι τῷ θεῷ ὑπὸ τοῦ μάλιστα τὸν θεὸν ἐγνωκότος· τοῦτον δὲ εἶναι εἰκότως μόνον τὸν σοφὸν, ᾧ τιμητέον διὰ σοφίας τὸ θεῖον, καὶ κατακοσμητέον αὐτῷ

nequit, ut cum vitio ad eum accedamus. Namque mundum immundo tangere ne Plato quidem fas esse ait. Quare hactenus purgare oportet passiones atque orientia ab his peccata. Jam vero nonne haec erant, quae tu maxime comprobabas, quaeque ut divina documenta apud te condita, sermone facem praeferente, legebas? Quomodo igitur non est absurdum, eam, cui persuasum est in se habere servans et servatum, perdens et perditum, opes et egestatem, parentem et virum verique boni magistrum, hiare ad suasoris umbram, quasi verum ducem intus non habeas, neque in te ipsa omnigenam opum vim? quas quidem opes perire et effluere necesse est, si, nulla ratione habita servantis et servati, ad carnem te demittas.

X. Mea igitur umbra atque conspicua imagine neque praesens juvabo, neque absens molestiam creabo, siquidem mentem avertere a corpore curabis. Me autem pure diu noctuque frueris tamquam praesente et conjuncto cum defaecata et pulcherrima copula et porro inseparabili, si dabis operam, ut in te ipsam adscendas, colligens in tuo corpore membra omnia disjuncta sparsimque diffusa, nimirum ut virtus hactenus extensa conjunctione roboretur. Colliges autem atque cumulabis innatas animae facultates articulatim hactenus confusas, si ad lucem revocare obscuras conaberis: unde exorsus etiam divinus Plato a sensilibus ad abstracta nos vocavit: praeterea, si memor eris, et nectes audita mente versans, atque his doctrinis tamquam bonis consiliariis uteris, et mox cognitas opere exercebis constanter ad laborem incumbens.

XI. Ait autem philosophia, deum cunctis et ubique esse praesentem: mentem vero sapientis templum esse inter homines ei consecratum potissimum, immo unicum: honoremque convenientem deo tribui ab eo, qui deum maxime novit. Ejusmodi sapientem solum esse, a quo numen sapientia adorandum est, adornandumque

διὰ σοφίας ἐν τῇ γνώμῃ τὸ ἱερὸν, ἐμψύχῳ ἀγάλματι τῷ νῷ ἐνεικονισαμένου ἀγάλλοντα . . . Θεὸς μὲν γὰρ δεῖται οὐδενός· σοφὸς δὲ μόνου θεοῦ· οὐ γὰρ ἂν ἄλλως καλὸς κἀγαθὸς γένοιτο, ἢ νοῶν τό τε ἀγαθὸν καὶ καλὸν, ὅπερ ἐξέχει τοῦ θείου. Οὐδ᾽ αὖ ἄλλος κακοδαίμων ἄνθρωπος, ἢ πονηρῶν δαιμόνων ἐνδιαίτημα τὴν ψυχὴν κατασκευάσας. Ἀνθρώπῳ δὲ σοφῷ θεὸς θεοῦ δίδωσιν ἐξουσίαν. Καὶ καθαίρεται μὲν ἄνθρωπος ἐννοίᾳ θεοῦ· δικαιοπραγίαν δὲ ἀπὸ θεοῦ ὁρμώμενος διώκει.

XII. Πάσης πράξεως καὶ παντὸς ἔργου καὶ λόγου θεὸς ἐπόπτης παρέστω καὶ ἔφορος· καὶ πάντων ὧν πράττομεν ἀγαθῶν τὸν θεὸν αἴτιον ἡγώμεθα· τῶν δὲ κακῶν αἴτιοι ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ ἑλόμενοι· θεὸς δὲ ἀναίτιος· ὅθεν καὶ εὐκταῖον τὰ ἄξια θεοῦ· καὶ αἰτώμεθα ἃ μὴ λάβοιμεν ἂν παρ᾽ ἑτέρου· καὶ ὧν ἡγεμόνες οἱ μετ᾽ ἀρετῆς πόνοι, ταῦτα εὐχόμεθα γενέσθαι μετὰ τοὺς πόνους. Εὐχὴ γὰρ ῥαθύμου μάταιος λόγος. Ἃ δὲ κτησάμενος οὐ καθέξεις, μὴ αἰτοῦ παρὰ θεοῦ· δῶρον γὰρ θεοῦ πᾶν ἀναφαίρετον· ὥστε οὐ δώσει ὃ μὴ καθέξεις. Ὧν δὲ τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσα οὐ δεηθήσῃ, ἐκείνων καταφρόνει· καὶ ὧν ἂν ἀπαλλαγεῖσα δέῃ, εἰς ταῦτα σὺ ἀσκουμένη τὸν θεὸν παρακάλει γενέσθαι συλλήπτορα. Οὐκοῦν δεήσῃ οὐδενὸς, ὧν καὶ ἡ τύχη δοῦσα πολλάκις πάλιν ἀφαιρεῖται. Οὐδὲ πρὸ καιροῦ τινὸς τὴν αἴτησιν ποιεῖσθαι, ἀλλ᾽ ὅταν σοι ὁ θεὸς ἐν σοὶ οὖσαν φύσει τὴν ὀρθὴν αἴτησιν ἐκφαίνειε.

XIII. Δι᾽ ὧν μάλιστα καὶ αὐτὸς ἐνοπτρίζεσθαι πέφυκεν, οὔτε διὰ σώματος ὁρατὸς ὢν οὔτε διὰ ψυχῆς αἰσχρᾶς καὶ ὑπὸ τῆς κακίας ἐσκοτισμένης. Κάλλος γὰρ ἐκείνου τὸ ἀκήρατον, καὶ φῶς, τὸ ζωτικὸν ἀληθείᾳ διαλάμπον· κακία δὲ πᾶσα ὑπ᾽ ἀγνοίας διέψευσται καὶ ὑπὸ αἴσχους διέστραπται. Ταῦτ᾽ οὖν θέλε καὶ αἰτοῦ τὸν θεὸν, ἃ θέλει τε καὶ ἔστιν αὐτός· εὖ ἐκεῖνο γινώσκουσα, ὡς, ἐφόσον τις τὸ σῶμα ποθεῖ καὶ τὰ τοῦ σώματος σύμφυλα, ἐπὶ τοσοῦτον ἀγνοεῖ

huic per eandem sapientiam in intellectu templum, decorandum scilicet animata statua mente ejus, qui semet spectat in deo tamquam imagine.... Deus nemine indiget: deo solo sapiens eget: neque is aliter bonus honestusque evadet, nisi cogitans bonum honestumque, quod effulget ex deo. Neque alius est calamitosus homo, nisi qui malorum geniorum habitaculum animam suam facit. Sapienti autem homini deus divinum jus tribuit: destruitur, quidquid hominis est, dei comprehensione: atque ipse justitiam sectatur a deo capiens exordium.

XII. Omnis actionis omnisque operis atque sermonis scrutator deus adsit et inspector. Quidquid boni facimus, causam ejus putemus deum: malorum nos sumus auctores, qui ea sponte eligimus: deus inculpabilis. Quare et digna deo rogandus est deus et quae ab alio accipere nequimus: atque ea bona, quibus praeit labor cum virtute, haec, inquam, post laborem adsequi postulemus. Ignavi hominis preces stulta sunt verba. Quae vero tu adsequuta non es retentura, haec a deo ne postules: donum enim dei est, quidquid auferri nequit. Quamobrem is ne dabit quidem id, quod in perpetuum non es habitura. Ea contemne, quorum libera a corpore non indigebis: quorum vero post fata indigebis, ad horum acquisitionem te exercens dei auxilium implora. Igitur nihil petes eorum, quae ipsa fortuna, postquam dedit, auferre solet. Neque ante suum tempus quidvis postules, verum ubi deus bonas tibi preces naturaliter insitas suggeret.

XIII. Namque in his ipsum deum, tamquam in speculo, licet contemplari, qui neque a corpore aliquo cernitur neque ab animo turpi et vitiis obtenebrato. Pulchritudo enim dei incorrupta, lux ejus vivificat, veritate coruscans. Vitium inscitia falsum fit et turpitudine distorquetur. Id igitur a deo pete, quod ipse vult et porro est. Illud tibi persuade, quo magis quis corpus et corpori agnata adpetit, eum vehementius deum ignorare

τὸν θεὸν, καὶ τῆς ἐκείνου ἐνοράσεως ἑαυτὸν ἀποσκότισε, καὶ ἂν παρὰ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις ὡς θεὸς δοξάζεται. Σοφὸς δὲ ἄνθρωπος ὀλίγοις γινωσκόμενος, εἰ δὲ βούλει, καὶ ὑπὸ πάντων ἀγνοούμενος, γινώσκεται ὑπὸ θεοῦ. Ἑπέσθω τοίνυν ὁ μὲν νοῦς τῷ θεῷ, ἐνοπτριζόμενος τῇ ὁμοιώσει θεοῦ· τῷ δὲ νῷ ἡ ψυχή· τῇ δ᾽ αὖ ψυχῇ ὑπηρετείτω τὸ σχῆμα, εἰς ὅσον οἷόν τε, καθαρᾷ καθαρόν. Ἀπὸ γὰρ τῶν παθῶν ταύτης μιαινόμενον, εἰς αὐτὴν πάλιν ἐπαναστρέφεται τὰ μιάσματα.

XIV. Τῇ δὲ ψυχῇ τῇ θεοφιλεῖ καὶ τῷ θεοφιλεῖ νῷ ἐν τῷ καθαρῷ σώματι ἔστωσαν καὶ πρᾶξις ἀκόλουθος καὶ λόγος· αἱρετωτέρου σοὶ ὄντος [λίθον] εἰκῇ βαλεῖν, ἢ λόγον· καὶ τὸ ἡττᾶσθαι τἀληθῆ λέγοντα, ἢ νικᾶν ἀπατῶντα· τὸ γὰρ νικῆσαν ἀπάτῃ ἐν τῷ ἤθει ἥττηται· μάρτυρες δὲ κακῶν ψευδεῖς λόγων. Ἀδύνατον τὸν αὐτὸν φιλόθεόν τε εἶναι καὶ φιλήδονον καὶ φιλοσώματον· ὁ γὰρ φιλήδονος καὶ φιλοσώματος πάντως καὶ φιλοχρήματος· ὁ δὲ φιλοχρήματος ἐξ ἀνάγκης ἄδικος· ὁ δὲ ἄδικος καὶ εἰς θεὸν καὶ εἰς πατέρας ἀνόσιος καὶ εἰς τοὺς ἄλλους παράνομος· ὥστε, κἂν ἑκατόμβας θύῃ, καὶ μυρίοις ἀναθήμασι τοὺς νεὼς ἀγάλλῃ, ἀσεβής ἐστι καὶ ἄθεος καὶ τῇ προαιρέσει ἱερόσυλος. Διὸ καὶ πάντα φιλοσώματον ὡς ἄθεον καὶ μιαρὸν ἐκτρέπεσθαι χρή.

XV. Καὶ οὗ ταῖς δόξαις οὐκ ἂν χρήσαιο, τούτῳ μήτε βίου μήτε λόγου τοῦ περὶ θεὸν κοινώνει. Λόγον γὰρ θεοῦ τοῖς ὑπὸ δόξης διεφθαρμένοις λέγειν οὐκ ἀσφαλές· καὶ γὰρ καὶ τἀληθῆ λέγειν ἐπὶ τούτων περὶ θεοῦ καὶ τὰ ψευδῆ κίνδυνον ἴσον φέρει. Οὔτε αὖ τινα προσήκει ἀνοσίων ἔργων μὴ καθαρεύοντα φθέγγεσθαι περὶ θεοῦ, οὔτε εἰς τοιούτων ἀκοὰς ἐμβάλλοντα τὸν περὶ θεοῦ λόγον οἴεσθαι μὴ μιαίνειν· ἀλλ᾽ ἀκροᾶσθαι καὶ λέγειν τὸν περὶ θεοῦ λόγον ὡς ἐπὶ θεοῦ. Προηγείσθω οὖν τοῦ περὶ θεοῦ λόγου τὰ θεοφιλῆ ἔργα, καὶ σιγάσθω ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος ἐπὶ πλήθους· ἀνοικειοτάτη γὰρ θεολογία κενοδοξίᾳ ψυχῆς. Νόμιζε αἱρετώτερον εἶναι σιγᾶν ἢ λόγον εἰκῇ προέσθαι περὶ θεοῦ. Ἀξίαν

atque illius notionem ipsum sibi praecludere, etiamsi a cunctis hominibus ceu numen observaretur. Contra sapiens homo paucis notus, immo, si lubet, omnibus ignotus, noscitur a deo. Sectetur igitur mens deum, eumque tamquam in imagine contempletur: mentem sectetur animus: animo vero ipsi subserviat corporea figura, quantum fieri potest, pura puro. Secus corpus ab illius passionibus inquinatum in ipsum animum piacula retorquebit.

XIV. Pio autem animo piaeque menti in puro corpore consentiant opera et sermo. Quippe tibi optabilius est lapidem temere projicere quam sermonem: vinci vera dicentem, quam vincere alios fallentem. Nam qui fraude vincit, moribus deterior fit. Falsus sermo testis rei malae. Fieri nequit, ut idem deum amet et voluptatem atque corpus. Nam voluptatis corporisque amator idem utique est pecuniae cupidus: hic autem necessario injustus: injustus vero et in deum et in parentes impius est, et in reliquos omnes peccat: adeo ut, etiamsi hecatombas immolet innumerisque donis templa exornet, impius nihilominus sit et irreligiosus et impurus et mente sacrilegus. Quare omnis homo voluptati corporis deditus ceu irreligiosus et impurus vitandus est.

XV. Jam quorum dogmatibus uti nolis, eos neque ad convictum adhibebis, neque sermone de divinis rebus imperties. De his enim rebus cum iis loqui, qui falsa opinione corrupti sunt, haud tutum est. Nam sive vera sive falsa de deo apud hos narres, aeque periculosum est. Neque rursus decet sceleribus inquinatum de deo loqui, neque non videtur pollui ejusmodi sermo in impiorum aures demissus: sed prorsus oportet sermonem de deo et dici et audiri digne deo. Praecedant igitur divinum sermonem pia opera, neque in publica concione de deo sermo sit. Nullum enim theologiae cum animae vanitate commercium. Existima, melius esse silere, quam temerarium sermonem de deo effutire. Digna

σε ποιήσει θεοῦ τὸ μηδὲν ἀνάξιον θεοῦ μήτε λέγειν μήτε πράττειν, μήτε πάντη εἰδέναι ἀξιοῦν. Ὁ δὲ ἄξιος ἄνθρωπος θεοῦ, θεὸς ἂν εἴη.

XVI. Καὶ τιμήσεις μὲν ἄριστα τὸν θεὸν, ὅταν τῷ θεῷ τὴν σαυτῆς διάνοιαν ὁμοιώσεις. Ἡ δὲ ὁμοίωσις ἔσται διὰ μόνης ἀρετῆς· μόνη γὰρ ἀρετὴ τὴν ψυχὴν ἄνω ἕλκει, καὶ πρὸς τὸ συγγενές. Καὶ μέγα οὐδὲν ἄλλο μετὰ θεὸν, ἢ ἀρετή. Μείζων ἀρετῆς θεός· θεὸς δὲ ἄνθρωπον βεβαιοῖ πράσσοντα καλά. Κακῶν δὲ πράξεων κακὸς δαίμων ἡγεμών. Ψυχὴ οὖν πονηρὰ φεύγει μὲν θεὸν, πρόνοιαν δὲ θεοῦ εἶναι οὐ βούλεται, νόμου τε τοῦ θείου πάντα φαῦλον κολάζοντος ἀποστατεῖ παντός. Ψυχὴ δὲ σοφοῦ ἁρμόζεται πρὸς θεὸν, ἀεὶ θεὸν ὁρᾷ, σύνεστιν ἀεὶ θεῷ. Εἰ δὲ χαίρει τῷ ἀρχομένῳ τὸ ἄρχον, καὶ θεὸς σοφοῦ κήδεται καὶ προνοεῖ. Καὶ διὰ τοῦτο μακάριος ὁ σοφὸς, ὅτι ἐπιτροπεύεται ὑπὸ θεοῦ. Οὐχ ἡ γλῶττα τοῦ σοφοῦ τίμιον παρὰ θεῷ, ἀλλὰ τὰ ἔργα. Σοφὸς γὰρ ἀνὴρ καὶ σιγῶν τὸν θεὸν τιμᾷ· ἄνθρωπος δὲ ἀμαθὴς καὶ εὐχόμενος καὶ θύων μιαίνει τὸ θεῖον. Μόνος οὖν ἱερεὺς ὁ σοφὸς, μόνος θεοφιλὴς, μόνος εἰδὼς εὔξασθαι.

XVII. Καὶ ὁ σοφίαν ἀσκῶν ἐπιστήμην ἀσκεῖ τὴν περὶ θεοῦ· οὐ λιτανεύων ἀεὶ καὶ θύων, διὰ δὲ τῶν ἔργων τὴν πρὸς θεὸν ἀσκῶν εὐσέβειαν. Θεῷ γὰρ εὐάρεστος οὔτε δόξαις ἀνθρώπων οὔτε σοφιστῶν κεναῖς φωναῖς γένοιτ' ἄν τις· αὐτὸς δὲ ἑαυτὸν καὶ εὐάρεστον ποιεῖ θεῷ καὶ ἐκθεοῖ τῇ τε ἰδίας διαθέσεως ὁμοιότητι τῷ μετὰ ἀφθαρσίας μακαρίῳ. Καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν εὐσεβῆ καὶ δυσάρεστον ποιεῖ τῷ θεῷ. Οὐχ ὑπὸ θεοῦ πάσχων κακῶς (ἀγαθοποιὸν γὰρ μόνον τὸ θεῖον) ἀλλ' ὑφ' ἑαυτοῦ διά τε ἄλλα καὶ τὴν περὶ θεοῦ κακὴν δόξαν. Ἀσεβὴς οὐχ οὕτως ὁ τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν μὴ περιέπων, ὡς ὁ τὰς τῶν πολλῶν δόξας τῷ θεῷ συνάπτων. Σὺ δὲ μηδὲν ἄξιόν ποτε ὑπολάβῃς περὶ θεοῦ μήτε τῆς μακαριότητος αὐτοῦ μήτε τῆς ἀφθαρσίας.

XVIII. Οὗτος γὰρ μέγιστος καρπὸς εὐσεβείας τιμᾷν τὸ

deo efficieris, si nihil deo indignum loquaris vel facias, vel omnino scire volueris. Dignus autem deo homo, deus ipse quodammodo est.

XVI. Certe deum vel maximo honore adficies, cum mentem tuam ad dei imaginem finges. Fit autem haec similitudo unius ope virtutis: sola enim virtus animam erigit ad cognatam sibi naturam. Nihil post deum grande est praeter virtutem. Major autem virtute deus. Corroborat deus hominem, qui rectis operibus studet: malorum autem operum malus genius dux. Malus animus deum fugit, providentiamque ejusdem esse nollet, divinam denique legem cujusvis improbitatis vindicem prorsus rejicit. Animus sapientis ad deum semet conformat, semperque deum spectat, cumque eodem versatur. Quod si subdito dominus gaudet, deus quoque sapientis curam gerit, eidemque consulit. Hinc sapiens beatus fit, quoniam in tutela dei est. Neque lingua sapientis accepta est deo, sed opera: sapiens enim homo, etiamsi sileat, deum honorat: stultus contra et precans et sacrificans deum inoestat. Solus ergo sapiens sacerdotio fungitur, solus pius est, solus precandi peritus.

XVII. Qui sapientiam profitetur, idem dei scientiam profitetur: non adsiduis precibus atque hostiis sed operibus veram in deum pietatem exercens. Deo quippe gratus nemo fiet propter vel hominum aestimationem vel sophistarum vanas voces. Ipse utique homo semet deo gratum reddit, immo se deum quodammodo facit, dum mores suos conformat ad incorruptibiliter beatum. Ipse, inquam, homo pium se itemque improbum adversus deum constituit. Neque is a deo aliquando vexatur (beneficus enim semper deus) sed ipse sibi nocet, praesertim ob falsas de deo opiniones. Neque tam impius est, qui deorum simulacra non colit, quam qui multorum commenta deo affingit. Tu vero nihil umquam deo satis dignum esse existimes neque ejus beatitate neque incorruptione.

XVIII. Fructus pietatis maximus deum observare

θεῖον καὶ τὰ πάτρια· οὐχ ὡς ἐκείνου προσδεομένου; ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἐκείνου εὐλαβεστάτης καὶ μακαρίας σεμνότητος εἰς τὸ σέβας αὐτοῦ ἐκκαλουμένου. Βωμοὶ δὲ θεοῦ ἱερουργούμενοι μὲν οὐδὲν βλάπτουσι, ἀμελούμενοι δὲ οὐδὲν ὠφελοῦσι. Ὅςτις δὲ τιμᾷ τὸν θεὸν ὡς προσδεόμενον, οὗτος λέληθεν ἑαυτὸν δοξάζων τοῦ θεοῦ κρείττονα εἶναι. Οὐ χολωθέντες οὖν οἱ θεοὶ βλάπτουσι, ἀλλ' ἀγνοηθέντες· ὀργὴ γὰρ θεῶν ἀλλοτρία· ὅτι ἐπ' ἀβουλήτοις μὲν ἡ ὀργὴ, θεῷ δὲ οὐδὲν ἀβούλητον. Μὴ τοίνυν μίαινε τὸ θεῖον ἀνθρωπίναις ψευδοδοξίαις· οὔτε γὰρ ἐκεῖνο βλάψεις τό γε μακάριον διὰ παντὸς, καὶ οὗ πᾶσα βλάβη τῆς ἀφθαρσίας ἐξελήλαται, σαυτὴν δὲ τυφλώσσεις πρὸς τὴν τῶν μεγίστων καὶ κυριωτάτων διάγνωσιν.

XIX. Οὐδὲ ταῦτα λέγειν με ἡγοῦ παραγγέλλοντα σέβειν θεόν· γελοῖος γὰρ ὁ τοῦτο παραγγέλλων, ὡς ἐπιδιστάζειν ἐνόντος περὶ τούτου. Καὶ οὐχ ὅτι τινὰ ποιοῦντες ἢ δοξάζοντες περὶ θεοῦ, καλῶς τοῦτον σέβομεν. Οὔτε δάκρυα καὶ ἱκετεῖαι θεὸν ἐπιστρέφουσι, οὔτε θυηπόλια θεὸν τιμῶσιν, οὔτε ἀναθημάτων πλῆθος κοσμοῦσι θεὸν, ἀλλὰ τὸ ἔνθεον φρόνημα καλῶς ἡδρασμένον συνάπτεται θεῷ. Χωρεῖν γὰρ ἀνάγκη τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον. Θυηπόλια δὲ ἀφρόνων πυρὸς τροφὴ, καὶ τὰ παρὰ τούτων ἀναθήματα ἱεροσύλοις χορηγία τῶν εἰκίλασιν. Σοὶ δὲ, ὥσπερ εἴρηται, νεὼς μὲν ἔστω τοῦ θεοῦ ὁ ἐν σοὶ νοῦς. Παρασκευαστέον δὲ αὐτὸν καὶ κοσμητέον εἰς καταδοχὴν τοῦ θεοῦ ἐπιτήδειον. Μηδὲ ἐφήμερος ὁ κόσμος ἔστω καὶ τὰ τῆς παραδοχῆς, καὶ πάλιν γέλωτες καὶ ἀφροσύναι καὶ τὸ χώρημα τοῦ πονηροῦ δαίμονος.

XX. Ἐὰν οὖν ἀεὶ μνημονεύῃς, ὅτι ὅπου ἂν ἡ ψυχή σου περιπατῇ, καὶ τὸ σῶμα ἐνεργὸν ἀποτελῇ, θεὸς παρέστη μὲν ἔφορος ἐν πάσαις σου ταῖς βουλαῖς καὶ ταῖς πράξεσιν, αἰδεσθήσῃ μὲν τοῦ θεωροῦ τὸ ἄληστον, ἕξεις δὲ τὸν θεὸν σύνοικον. Κἂν τὸ στόμα οὖν σου πρόφασίν τινα πράγματος ἄλλου του διαλέγεται, μετὰ τῆς γνώμης

et patria instituta. Deus re quidem nulla eget, verum ejus reverendissima et beata dignitas ad ejusdem cultum invitat. Arae porro dei, si iis operemur, non nocent; si negligantur, non prosunt. Qui igitur deum colit, quasi is cultu egeret, hic (etsi imprudens) videtur quodammodo existimare, deo se esse meliorem. Dii igitur non nocent irati, sed ignorati. Ira a deorum natura aliena est: ira enim in inconsideratum cadit; nihil autem inconsideratum deus habet. Ne itaque deum polluas hominum erroribus: neque enim deo nocebis, qui beatus est in perpetuum, cumque sit incorruptibilis, nulli injuriae obnoxius est: te ipsam vero excaecabis, quominus maximarum potissimarumque rerum notitiam consequaris.

XIX. Neque haec a me propterea dici putes, quia ad dei cultum cohortari velim: ridiculum enim facit, qui id monet, quasi in dubium revocari possit. Neque si certis ritibus utimur atque opinionibus erga deum, idcirco hunc bene colimus. Lacrymae ac supplicationes deum non commovent, victimae deum non honorant, donariorum cumulus deum non exornat: verum divinitus instincta mens et bene constituta cum deo conjungitur. Necesse enim est, ut similia inter se jungantur. Victimae insipientium ignis pabulum sunt, et horum donaria sacrilegorum praeda fiunt. Tibi ergo, ut diximus, dei templum tua mens esto, quae quidem ita instruenda atque adornanda est, ut dei idoneum sit receptaculum: neque ejusdem temporalis sit apparatus et tamquam hospitium, ita ut rursus ridicula et stulta sequantur et mali genii habitatio.

XX. Si igitur semper memineris, ubicumque animus tuus versabitur corpusque ipsum operosum reddet, ibi deum adesse praesentem cogitationibus omnibus atque actionibus tuis; revereberis sane scrutatorem, cujus oblivisci non est fas, deumque habebis familiarem. Quod si os tuum quavis de causa quidvis aliud loquatur,

τὸ φρόνημα τετράφθω πρὸς τὸν θεόν. Οὕτως γὰρ σου καὶ ὁ λόγος ἔνθεος ἔσται διὰ φωτὸς τοῦ θεοῦ τῆς ἀληθείας λαμπρυνόμενος καὶ ῥᾷον προχωρῶν. Θεοῦ γὰρ γνῶσις ποιεῖ βραχὺν λόγον.

XXI. Ὅπου δ᾽ ἂν λήθη παρεισέλθη θεοῦ, τὸν κακὸν δαίμονα ἀνάγκη ἐνοικεῖν. Χώρημα γὰρ ἡ ψυχή, ὥσπερ μεμάθηκας, ἢ θεῶν ἢ δαιμόνων· καὶ θεῶν μὲν συνόντων πράξῃ τὰ ἀγαθὰ καὶ διὰ τῶν λόγων καὶ διὰ τῶν ἔργων. Ὑποδεξαμένη δὲ ψυχὴ τὸν κακὸν σύνοικον, διὰ πονηρίας πάντα ἐνεργεῖ. Ὅταν οὖν ἴδῃς ἄνθρωπον τοῖς κακοῖς χαίροντα καὶ δρῶντα, γίνωσκε τοῦτον ἠρνεῖσθαι μὲν τὸν θεὸν ἐν τῇ γνώμῃ, πονηροῦ δὲ δαίμονος ὄντα ἐνδιαίτημα. Θεὸν οἱ μὲν εἶναι νομίζοντες καὶ διοικεῖν ἅπαντα, τοῦτο γέρας ἐκτήσαντο διὰ τῆς γνώσεως καὶ τῆς βεβαίας πίστεως, τὸ μεμαθηκέναι, ὅτι ὑπὸ θεοῦ προνοεῖται πάντα, καὶ εἰσὶν ἄγγελοι θεῖοί τε καὶ ἀγαθοὶ δαίμονες ἐπόπται τῶν πραττομένων, οὓς καὶ λαθεῖν ἀμήχανον. Καὶ δὴ τοῦτο οὕτως ἔχειν πεπεισμένοι, φυλάττονται μὲν μὴ διαπίπτειν τοῖς κατὰ τὸν βίον, πρὸ ὄψεως ἔχοντες τὴν τῶν θεῶν ἀναπόδραστον ἐφόρασιν. Εὐγνώμονα δὲ βίον κτησάμενοι μανθάνουσι θεούς, γινώσκονταί τε γινωσκομένοις θεοῖς.

XXII. Οἱ δὲ μήτε εἶναι θεοὺς πιστεύσαντες, μήτε προνοίᾳ θεοῦ διοικεῖσθαι τὰ ὅλα, δίκης κόλασιν πεπόνθασι τὸ μήτε ἑαυτοῖς πιστεύειν μήθ᾽ ἑτέροις, ὅτι θεοὶ καὶ εἰσὶ καὶ οὐκ ἀλόγῳ φορᾷ διοικεῖται τὰ πάντα. Εἰς κίνδυνον οὖν ἄφατον ἑαυτοὺς ἐμβαλόντες, ἀλόγῳ ὁρμῇ καὶ εὐδιαπτώτῳ τοῖς κατὰ τὸν βίον ἐπιτίθενται, καὶ πάντα δρῶσιν, ἃ μὴ θέμις, ἀναιρεῖν πειρώμενοι τὴν περὶ θεοὺς ὑπόληψιν. Καὶ δὴ τούτους μὲν ἀγνοίας ἕνεκα καὶ ἀπιστίας θεοὶ διαφεύγουσιν· αὐτοὺς δὲ θεοὺς καὶ τὴν ἀπαράδοτον τῶν θεῶν δίκην οὔτε φεύγειν οὔτε λαθεῖν δύνανται. Βίον δὲ κακοδαίμονα καὶ πλανήτην ἑλόμενοι, ἀγνοοῦντες θεοὺς γινώσκονται θεοῖς καὶ τῇ δίκῃ τῇ παρὰ θεῶν.

XXIII. Κἂν θεοὺς τιμᾶν οἴωνται καὶ πεπεῖσθαι εἶναι θεούς, ἀρετῆς δὲ ἀμελῶσι καὶ σοφίας, ἤρνηνται θεούς

cum mente ipsa cogitatio quoque ad deum convertatur. Sic enim tibi et sermo numine plenus erit, atque luce divinae veritatis coruscus fluidiorque manans. Dei quippe cognitio expeditum facit sermonem.

XXI. Quô dei oblivio irrepserit, illic malum daemonem habitare necesse est. Habitaculum quippe est anima, ut didicisti, deorum aut daemonum. Jam dii si inhabitent, bene utetur sermone et opere: sin eadem malum contubernalem exceperit, improbe omnia faciet. Quum igitur hominem videris malo gaudentem idemque facientem, hunc scias negasse deum mente, atque mali daemonis factum esse domicilium. Qui deum esse existimant atque omnia moderari, hoc praemium referunt cognitionis suae firmaeque fidei, quod videlicet sciunt et omnia a deo prospici, et esse angelos caelestes bonosque genios, eorum quae fiunt observatores, quos latere nequimus. Quae ita se habere credentes, cavent, ne in vita labantur, proposita sibi inevitabili deorum praesentia. Bonam autem vitam ingressi, deorum natura quae sit, discunt: noscunt ipsi deos, iidemque a cognitis diis cognoscuntur.

XXII. Qui autem neque deos esse credunt, neque dei providentia omnia gubernari, hanc poenam a divina justitia referunt, ut nec ipsi sibi credant nec item aliis, deos nempe esse neque insano impetu omnia rapi. Igitur in summum periculum semet conjicientes, furioso cursu lubricoque vitam agitant, omniaque injusta perpetrant, dum opinionem, quod dii sint, tollere student. Atque hos utique propter inscitiam et incredulitatem dii deserunt: verum ut ipsi impii deos deorumque comitem vindicemque justitiam vitent aut lateant, fieri non potest. Quare vitam ingressi miseram et vagam, ipsi quidem deos ignorant, verum iidem non ignorantur a diis et divina justitia.

XXIII. Quod si et deos se honorare putent et eosdem esse credant, virtutem tamen negligant et sapien-

καὶ αἱμάσσουσιν. Οὔτε γὰρ ἄλογος πίστις δίχα τοῦ ὀρθῶς ἐπιτυχὴς θεοῦ, οὔτε μὴν τὸ τιμᾶν θεοσεβὲς ἄνευ τοῦ μεμαθηκέναι, ὅτῳ τρόπῳ χαίρει τὸ θεῖον τιμώμενον. Εἰ μὲν γὰρ προχοαῖς ἢ θυηλαῖς τερπόμενον πείθεται, οὐκ ἂν εἴη δίκαιον τῷ τὴν ἴσην πάντας ἀμοιβὴν αἰτεῖν μὴ τὴν ἴσην λαχόντας τύχην. Εἰ δὲ τούτων οὐδὲν ἧττον, μόνῳ δὲ ἥδεται τῷ καθαρεύειν τὴν διάνοιαν, ὃ δὴ δυνατὸν ἐκ προαιρέσεως παντὶ τῷ προσεῖναι, πῶς οὐκ ἂν εἴη δίκαιον; Εἰ δὲ ἐξ ἀμφοῖν τὸ θεῖον θεραπευόμενον ἥδεται, ἱερείοις μὲν κατὰ δύναμιν, διανοίᾳ δὲ ὑπὲρ δύναμιν αὐτὸ τιμητέον. Εὔχεσθαι θεῷ οὐ κακὸν, ὡς τὸ ἀχαριστεῖν πονηρότατον.

XXIV. *Κακῶν ἀνθρώπῳ οὐδεὶς θεὸς αἴτιος, ἀλλὰ αὐτὸς ἑαυτῷ ὁ ἑλόμενος. Εὐχὴ ἡ μὲν μετὰ φαύλων ἔργων ἀκάθαρτος, καὶ διὰ τοῦτο ἀπρόσδεκτος ὑπὸ θεοῦ· ἡ δὲ μετὰ καλῶν ἔργων καθαρά τε ὁμοῦ καὶ εὐπρόσδεκτος. Τέσσαρα στοιχεῖα μάλιστα κεκρατύνθω περὶ θεοῦ, πίστις, ἀλήθεια, ἔρως, ἐλπίς. Πιστεῦσαι γὰρ δεῖ, ὅτι μόνη σωτηρία ἡ πρὸς τὸν θεὸν ἐπιστροφή· καὶ σπουδάσαντα ὡς ἔνι μάλιστα σπουδάσαι τἀληθῆ γνῶναι περὶ αὐτοῦ· καὶ γνόντα ἐρασθῆναι τοῦ γνωσθέντος· ἐρασθέντα δὲ ἐλπίσιν ἀγαθαῖς τρέφειν τὴν ψυχὴν περὶ τοῦ βίου. Ἐλπίσι γὰρ ἀγαθαῖς οἱ ἀγαθοὶ τῶν φαύλων ὑπερέχουσι. Στοιχεῖα μὲν οὖν ταῦτα καὶ τοσαῦτα κεκρατύνθω.*

XXV. *Τρεῖς δὲ νόμοι διακεκρίσθωσαν οἵδε· εἷς μὲν ὁ τοῦ θεοῦ, ἕτερος δὲ ὁ τῆς θνητῆς φύσεως, τρίτος δὲ ὁ θετὸς κατ' ἔθνη καὶ πόλεις. Ὁ μὲν οὖν τῆς φύσεως ἀφορίζων τὰ μέτρα τῶν χρειῶν τοῦ σώματος καὶ τὸ ἐν ταύταις δεικνὺς ἀναγκαῖον, τὸ μάτην κἀκ περιττοῦ σπουδαζόμενον ἐλέγχει. Ὁ δὲ θετός τε καὶ κατ' ἔθνη διατεταγμένος κατὰ συνθήκην τὴν πρὸς ἀλλήλους κρατύνει κοινωνίαν διὰ τῆς πρὸς τὰ τεθέντα ὁμολογίας. Ὁ δ' αὖ θεῖος ὑπὸ μὲν τοῦ νοῦ σωτηρίας ἕνεκα ταῖς λογικαῖς ψυχαῖς κατὰ τὰς ἐννοίας διετάχθη. Δι' ἀληθείας δὲ τῶν ἐν αὐταῖς πεπραγμένων εὑρίσκεται.*

tiam; hi deos reapse negant atque dehonestant. Neque enim fatua fides sine recta ratione deum adsequitur: neque cultus pius est, nisi scias, qua ratione deus coli se gaudeat. Si enim is libationibus aut primitiis delectaretur atque moveretur, haud aequum esset, omnes, qui eamdem retributionem postulant, haud aequali sorte potiri. Quod si nihil minus quam haec deus respicit, solaque mentis puritate delectatur, quam quidem cuique licet habere, dummodo ipse velit; quomodo sortis diversitas non aequa est? Quod si utraque re deus coli se gaudet; sacrificiis quidem pro viribus, mente autem etiam supra vires honorandus est. Sane precibus deum onerare non est improbandum, verum enimvero ingratum animum erga eum gerere, id demum iniquissimum est.

XXIV. Nullus deus causa malorum est homini, sed ipse sibi mala consciscit homo. Preces cum pravis operibus impurae sunt, atque idcirco a deo rejiciendae. Secus quae bonis operibus stipantur, eae purae sunt et porro admittendae. Quatuor cardines maxime in religione statuantur, fides, veritas, amor, spes. Credere enim oportet, salutem non aliter adquiri quam per conversionem ad deum: curandum deinde est, ut, quantum licet, vera de ipso sentiamus: cognitus porro deus amandus est: post amorem sequitur, ut bona spe vitam alamus. Bona enim spe boni malos vincunt. Hi ergo tanti momenti cardines firmi habeantur.

XXV. Jam leges tres distinguuntur, prior divina, altera naturae mortalis, tertia civilis per gentes urbesque. Lex naturalis definit modum eorum, quae corpori usui sunt: docet, quid in his necessarium, rursus aliud supervacaneum frustraque adpetitum coarguit. Civilis lex atque inter gentes sancita firmat ex composito mutuam hominum societatem, dum fidem statutorum conservat. Divina denique lex sub ipsa mente salutis causa rationalibus animis in intelligentia defixa est: apparet autem eorum quae ab ipsis cum veritate fiunt certis indi-

Παραβαίνεται δὲ ὁ μὲν τῆς φύσεως κεναῖς δόξαις ἀγνοηθεὶς ὑπὸ τῶν τῇ ἄγαν φιλοσωματίᾳ προσκειμένων τῷ σώματι. Ὑπερβαίνεται δὲ καταφρονούμενος ὑπὸ τῶν ὑπεράνω γινομένων τοῦ σώματος καὶ διὰ τὸ σῶμα. Ὁ δὲ θεῖος καιρῷ μὲν ὑποτάττεται, ἄλλοτε ἀλλοίως γραφόμενος, κατὰ τὸ βίαιον τῆς τοῦ κρατοῦντος δυναστείας· εἰς κόλασιν δὲ ἀπάγει τὸν ἁλόντα· οὔτε τοῦ λαθόντος οὔτε τῆς προαιρέσεως ἐφικέσθαι δυνάμενος ἑκάστου.

XXVI. Ὁ δέ γε θεῖος ἀγνοεῖται μὲν ψυχῇ δι' ἀφροσύνην καὶ ἀκολασίαν ἀκαθάρτῳ, ἐκλάμπει δὲ δι' ἀπαθείας καὶ φρονήσεως. Καὶ οὔτε ὑπερβῆναι τούτου δυνατόν· οὐδὲν γὰρ τούτου ὑπεράνω ἀνθρώπῳ· οὔτ' αὐτοῦ καταφρονῆσαι· οὐ γὰρ ἐκλάμψαι αὐτὸν οἷόν τε ἐν τῷ καταφρονεῖν αὐτοῦ μέλλοντι. Οὔτε τύχαις καιρῶν τρέπεται, ὅτι κρείττων ἦν τῆς τύχης, καὶ πάσης βίας πολυτρόπου ἰσχυρότερος. Νοῦς δὲ αὐτὸν μόνος γινώσκει μεταλλεύων αὐτοῦ τὴν ἔρευναν, καὶ τετυπωμένον ἐν αὐτῷ ἐξευρίσκει, τροφήν τε ἀπ' αὐτοῦ πορίζει τῇ ὥσπερ σώματι αὐτοῦ ψυχῇ. Οὐ γὰρ σῶμα ψυχὴν λογικὴν θετέον; ἣν τρέφει ὁ νοῦς, τὰς ἐν αὐτῇ ἐννοίας, ἃς ἐνετύπωσε καὶ ἐνεχάραξεν ἐκ τῆς τοῦ θείου νόμου ἀληθείας εἰς ἀναγνώρισιν ἄγων διὰ τοῦ παρ' αὐτῷ φωτός. Καὶ διδάσκαλος αὐτὸς γινόμενος καὶ σωτὴρ καὶ τροφεὺς καὶ φύλαξ καὶ ἀναγωγός, κατὰ σιγῆς μὲν φθεγγόμενος τὴν ἀλήθειαν, τὸν δὲ θεῖον αὐτῆς ἐξελίττων νόμον διδοὺς διὰ τῆς εἰς αὐτὸν ἐμβλέψεως ἐν ταῖς εἰς αὐτὸν ἐπιβολαῖς ἐν αὐτῇ τετυπωμένον ἐξ ἀϊδίου ἐπιγινώσκει.

XXVII. Κατανοητέον οὖν πρῶτόν σοι τὸν τῆς φύσεως νόμον. Ἀπὸ δὲ τούτου ἀναβατέον ἐπὶ τὸν θεῖον, ὃς καὶ τὸν τῆς φύσεως διέταξε νόμον. Ἀφ' ὧν ὁρμουμένη οὐδαμοῦ εὐλαβήσῃ τὸν ἔγγραφον. Οἱ γὰρ ἔγγραφοι νόμοι χάριν τῶν μετρίων κεῖνται, οὐχ ὅπως μὴ ἀδικῶσιν, ἀλλ' ὅπως μὴ ἀδικῶνται. Ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος ἀληθῶς φιλόσοφος ὥρισται καὶ ἔστιν εὐπόριστος. Ὁ δὲ τῶν κενῶν δοξῶν, ἀόριστός τε καὶ δυσπόριστος. Ὁ οὖν τῇ φύσει κατακολουθῶν καὶ μὴ ταῖς κεναῖς δόξαις, ἐν πᾶσιν αὐτάρ-

ciis. Violatur naturae lex, vanas ob opiniones ignorata, ab iis, qui nimium corpori indulgent voluptatis causa. Proculcatur contemptim ab iis, qui ultra corporis naturam, hujus tamen causa, peccant. Civilis paret temporibus aliter aliâs temperata, propter violentiam ejus, qui potestatem exercet: damnato poenam statuit, neque secreta neque mentis propositum coarguere potest.

XXVI. Lex divina latet animam vesania incontinentiaque inquinatam. Fulget autem in quiete animi atque prudentia. Neque licet nobis eam excedere: nihil enim est in homine hac altius. Neque rursus contemni potest: quippe ipsa numquam affulgebit ei, a quo spernenda sit. Neque eadem temporum vicibus circumagitur: excedit enim fortunam, omnique vi versatili fortior est. Sola mens divinam legem dispicit investigatione diligenti utens, impressamque in se deprehendit, eamdemque inventam alimoniae loco suppeditat animae, non secus ac corpori fieri solet. Nonne enim rationalis anima corpus quoddam existimanda est, quod mens alit, dum illius ideas, divinae legis veritate ibidem impressas atque insculptas, lucis suae ope ad clariorem notitiam educit? Est quippe mens magistra salutaris, nutrix, custos, dux, cum silentio quidem loquens veritatem, sed tamen divinam legem evolvens, videlicet ipsa ejus contemplatione. Mens enim dum se ipsa considerat, legem divinam ab aeterno impressam in anima intelligit.

XXVII. Consideranda tibi est igitur in primis naturalis lex: mox ad divinam conscendendum, ex qua naturalis ipsa manavit. Harum inhaerens vestigiis scriptam nihil timebis. Civilis lex modestorum hominum in gratiam statuta est, nimirum non ut ne laedant, sed ne laedantur. Naturales divitiae jure meritoque philosophicae definiuntur, ultroque parabiles sunt. Quae autem in vanis opinionibus nituntur, indefinitae sunt aegreque parabiles. Igitur ei, qui non vanis opinionibus sed naturae obtemperat, quaevis semper sufficiunt: nam cui-

κης· πρὸς γὰρ τὸ τῇ φύσει ἀρκοῦν πᾶσα κτῆσις ἐστὶ πλούτου· πρὸς δὲ τὰς ἀορίστους ὀρέξεις καὶ ὁ μέγιστος πλοῦτος ἐστὶν [πενίας]. Οὐ σπάνιόν γε εὑρεῖν ἄνθρωπον πρὸς τὸ τῆς φύσεως τέλος πλούσιον, καὶ πρὸς τὰς κενὰς δόξας [πένητα]. Οὐδεὶς γὰρ τῶν ἀφρόνων οἷς ἔχει ἀρκεῖται, μᾶλλον δὲ οἷς οὐκ ἔχει ὀδυνᾶται. Ὥσπερ οὖν οἱ πυρέσσοντες διὰ κακοήθειαν τῆς [νόσου] ἀεὶ διψῶσι, καὶ τῶν ἐναντιωτάτων ἐπιθυμοῦσι, οὕτω καὶ οἱ τὴν ψυχὴν κακῶς ἔχοντες διακειμένην πένονται πάντων ἀεὶ, καὶ εἰς πολυτρόπους ἐπιθυμίας ὑπὸ λαιμαργίας ἐμπίπτουσιν.

XXVIII. Ἁγνεύειν οὖν καὶ οἱ θεοὶ δι' ἀποχῆς βρωμάτων καὶ ἀφροδισίων προσέταξαν, εἰς τὸ τῆς φύσεως, ἣν αὐτοὶ συνέστησαν, ἐπάγοντες βούλημα τοὺς εὐσεβείας μετιόντας· ὡς ἂν παντὸς τοῦ παρὰ τὸ βούλημα πλεονάζοντος μιαροῦ καὶ θανασίμου. Φοβούμενος γὰρ ὁ πολὺς τὸ λιτὸν τῆς διαίτης διὰ τὸν θεὸν, ἐπὶ πράξεις πορεύεται τὰς μάλιστα τοῦτον παρασκευαζούσας. Καὶ πολλοὶ τοῦ πλούτου τυχόντες, οὐ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν κακῶν εὗρον, ἀλλὰ μεταβολὴν μειζόνων. Διὸ φασὶν οἱ φιλόσοφοι, οὐδὲν οὕτως ἀναγκαῖον, ὡς τὸ γινώσκειν καλῶς τὸ μὴ ἀναγκαῖον· πλουσιωτάτην δὲ εἶναι πάντων τὴν αὐτάρκειαν καὶ σεμνὸν τὸ μηδενὸς δεῖσθαι λαμβάνονται. Διὸ καὶ μελετῶν παρακελεύονται οὐχ ὅπως τι ποριστέον ἀναγκαῖον, ἀλλὰ πῶς μᾶλλον θαῤῥήσομεν, μὴ ποριοθέντος.

XXIX. Μηδὲ αἰτιώμεθα τὴν σάρκα ὡς τῶν μεγάλων κακῶν αἰτίαν, μηδ' εἰς τὰ πράγματα τρέπωμεν τὰς δυσφορίας· ἐν δὲ τῇ ψυχῇ τὰς τούτων αἰτίας μᾶλλον ζητῶμεν, καὶ ἀποῤῥήξαντες πᾶσαν ματαίαν τῶν ἐφημέρων ὄρεξιν καὶ ἐλπίδα, ὅλοι γενώμεθα ἑαυτῶν. Ἢ γὰρ διὰ φόβον τις κακοδαιμονεῖ, ἢ δι' ἀόριστον καὶ κενὴν ἐπιθυμίαν· ἃ τις χαλινῶν δύναται τὸν μακάριον ἑαυτῷ περιποιῆσαι λογισμόν. Ἐφ' ὅσον δ' ἂν ἀμηχανῇς, λήθῃ τῆς φύσεως ἀμηχανεῖς· αὐτὴν γὰρ ἀορίστους φόβους καὶ ἐπιθυμίας προσβάλλεις. Κρεῖσσον δέ σοι θαῤῥεῖν ἐπὶ στιβάδος

cuimodi opes ad id, quod naturae satis est, lautae sunt; infinitas cupiditates ne maximae quidem opes explent. Haud raro occurrunt homines ad desideria naturae divites, ad supervacaneas cupiditates vacui. Nemo enim stultus iis, quae habet, contentus est, quin potius ob ea, quibus caret, cruciatur. Itaque veluti qui febri sunt correpti, pravo morbi ingenio, semper sitiunt, et adversissima quaeque adpetunt; ita et qui animo laborant, semper egent, atque in multiplices cupiditates gulae causa incidunt.

XXVIII. Quare et dii jusserunt, ut se homines expiarent abstinentia cibi reique venereae: atque intra naturae, quam ipsi condiderunt, votum cohibent eos, qui pietatem sectantur: ita ut, quidquid praeter naturae votum est, scelestum sit et exitiosum. Multi interim victus parsimoniam a deo praestitutam aspernantes, ad opera convertuntur, quibus praecipue parantur opes. Tum plures divitiarum potiti, haud medelam malorum invenerunt, sed in pejora delapsi sunt. Idcirco ajunt philosophi, nihil esse tam necessarium, quam probe cognoscere, quid non sit necessarium: ditissimum omnium esse eum, qui iis quae habet contentus est: et nullius egere, praeclarum. Ideo et considerandum monent, non ut quo pacto aliquid necessarium acquiramus, sed quo pacto potius alacriter ea re carere possimus.

XXIX. Neque carnem incusemus ceu malorum ingentium causam, neque in ipsa negotia impatientiae culpam conjiciamus: verum in anima potius horum causas quaeramus, abscissaque stulta omni quotidianarum voluptatum cupidine atque spe absolutum nostri arbitrium obtineamus. Omnis enim infelicitas aut timore aliquo accidit, aut infinita aliqua et vana cupiditate: quae si quis cohibeat, beatam sibi mentem comparare potest. Quamdiu autem fluctuas, oblivione scilicet naturae fluctuas, tibique ipsa innumeros timores et concupiscentias affundis. Melius autem tibi est sine curis esse

κατακειμένη, ἢ παράττεσθαι χρυσῆν ἐχρύση κλίνην καὶ πολυτελῆ τράπεζαν ἐξ ἐργασίας θρηνώδους. Οὐσίας μὲν πλῆθος σωρεύεται, βίος δὲ ταλαίπωρος συνίσταται.

XXX. Ἀφυσιολόγητον μηδὲν ἡγοῦ βοώσης τῆς σαρκὸς βοᾶν τὴν ψυχήν. Σαρκὸς δὲ φωνὴ μὴ πεινῆν, μὴ διψῆν, μὴ ῥιγοῦν. Καὶ ταῦτα τὴν ψυχὴν χαλεπὸν μὲν κωλῦσαι· ἐπισφαλὲς δὲ παρακοῦσαι τῆς παραγγειλάσης φύσεως αὐτῇ διὰ τῆς προσφυοῦς αὐτῇ αὐταρκείας καθ' ἡμέραν· καὶ τὰ περὶ τῆς ψυχῆς μικρότερα διδάσκειν νομίζειν καὶ εὐτυχοῦντας δὲ γινώσκειν ἀτυχεῖν, δυστυχοῦντας δὲ μὴ περὶ μέγα τίθεσθαι, ὧν τὸ εὐτυχεῖν· καὶ δέχεσθαι μὲν ἀθορύβως τὰ παρὰ τῆς τύχης ἀγαθά· παρατετάχθαι δὲ πρὸς τὰ παρ' αὐτῆς δοκοῦντα εἶναι κακά· καὶ ὡς ἐφήμερον μὲν πᾶν τὸ τῶν πολλῶν ἀγαθόν ἐστι.

XXXI. Σοφία δὲ καὶ ἐπιστήμη οὐδαμῶς τύχης κοινωνεῖ. Οὐκ ἀπορεῖν τούτων πόνος ἐστὶν, ἀλλὰ φέρειν μᾶλλον τὸν ἀνόνητον ἐκ τῶν κενοδόξων πόνον. Ἔρωτι γὰρ φιλοσοφίας ἀληθινῆς πᾶσα ταραχώδης καὶ ἐπίπονος ἐπιθυμία ἐκλύεται. Κενὸς ἐκείνου φιλοσόφου λόγος, ὑφ' οὗ μηδὲν πάθος ἀνθρώπου θεραπεύεται. Ὥσπερ γὰρ ἰατρικῆς οὐδὲν ὄφελος μὴ τὰς νόσους τῶν σωμάτων θεραπεύειν, οὕτως οὐδὲ φιλοσοφίας, εἰ μὴ τὸ τῆς ψυχῆς ἐκβάλλει πάθος. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ πρὸς τούτοις ὅμοια ὁ τῆς φύσεως παραγγέλλει νόμος.

XXXII. Ὁ δὲ θεῖος ἐκβοᾷ ἐν καθαρῷ διανοίας τόμῳ εἰ μὴ τὸ σῶμα οὕτω σοι συνηρτῆσθαι φυλάσσῃς, ὡς τοῖς ἐμβρύοις κυοφορουμένων τὸ χορίον, καὶ τῷ σίτῳ βλαστάνοντι τὴν καλάμην, οὐ γνώσῃ σεαυτήν. Οὐδὲ γὰρ ἄλλος, ὅστις μὴ οὕτω δοξάζει, ἔγνω ἑαυτόν. Ὥσπερ οὖν τὸ χορίον συγγενόμενον, καὶ ἡ καλάμη τοῦ σίτου, τριτωθέντα δὲ ῥίπτεται ἑκάτερα, οὕτω καὶ τὸ συναρτώμενον τῇ ψυχῇ παρείη σῶμα. Οὐ μέρος ἀνθρώπου, ἀλλ' ἵνα μὲν ἐν γαστρὶ γένηται, προσυφάνθη τὸ χορίον· ἵνα δὲ ἐπὶ γῆς γένηται,

in toro gramineo, quam aestuare in aureo lecto pretiosaeque mensae accumbere non sine aerumnoso labore comparatae. Dum cumulus divitiarum aggeritur, vita infelix comparatur.

XXX. Alienum a natura ne reputes, clamante carne, clamare et animam. Carnis vox, ne esuriat, ne sitiat, ne algeat. Atque haec cohiberi quidem ab anima difficile est: laboriosum item imperanti naturae virtutem quotidianae temperantiae opponere: eamdemque naturam docere, ne vitam in maximis reponat: itemque ut, si negotium succedat, reapse id non succedere cognoscamus: sin vero non succedat, ne plurimi faciamus felicitatem eorum, quibus successit: prospera fortunae dona sedato animo excipiamus, rursusque adversum calamitates, quae ab ea immitti videntur, nosmet comparemus: atque breve reputemus id, quod a plerisque bonum existimatur.

XXXI. Sapientia contra et peritia nihil habet cum fortuna commune. Neque his rebus caducis carere operosum est, sed tolerare potius futilem vanae opinionis laborem. Amore quippe verae philosophiae omnis perturbata et laboriosa cupiditas solvitur. Vanus est ille sermo philosophi, quo nullus animi morbus curatur. Sicuti enim nulla est medicinae utilitas, nisi corporum tollat infirmitates, ita ne philosophiae quidem, nisi animi perturbationes expellat. Haec igitur et alia hujusmodi a naturae lege praecipiuntur.

XXXII. Lex vero divina clamat in pura mentis parte, nisi corpus ita tibi connexum memineris, ut gravidarum foetibus membrana juncta est, triticoque germinanti stipula, te ipsam non nosces. Neque enim quisquam, nisi hac sit sententia, se ipsum novit. Sicuti igitur membranae involucrum et triticea stipula discissa abjiciuntur; ita copulatum animae corpus abjicitur. Non sunt secundinae pars corporis, sed conceptionum gratia cum utero connectuntur: ut autem in terra ver-

συνεζύγη τὸ σῶμα. Ὅσῳ τις τέτραπται πρὸς τὸ θνητὸν, τοσούτῳ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἀσύμμετρον παρασκευάζει πρὸς τὸ τῆς ἀφθαρσίας μέγεθος. Καὶ ὅσῳ τῆς τοῦ σώματος προσπαθείας ἀφίσταται, τοσούτῳ μέτρῳ τῷ θείῳ πελάζει. Ὁ συνετὸς ἀνὴρ καὶ θεοφιλὴς, ὅσα οἱ ἄλλοι μοχθοῦσι τοῦ σώματος ἕνεκα, τοσαῦτα ὑπὲρ τῆς ψυχῆς σπουδάζεται πονήσας· οὐ τὸ μεμνῆσθαι ὧν ἤκουσεν αὔταρκες εἶναι νομίζων, τὸ δὲ ἀνατρέχειν εἰς ἃ δεῖ δι' ὧν ἤκουσεν μελετῶν.

XXXIII. Γυμνὸς δὲ ἀποσταλεὶς, γυμνητεύων καλέσει τὸν πέμψαντα. Μόνου γὰρ τοῦ μὴ τοῖς ἀλλοτρίοις πεφορτισμένου ἐπήκοος ὁ θεὸς, καὶ τῶν καθαρῶν ἀπὸ τῆς φθορᾶς ὑπερκείμενος. Μέγα ἡγοῦ σοι ἐφόδιον εἰς βίον μακάριον τὸ δεδεμένον ἐν φύσει δῆσαι τὸν δήσαντα. Ἐδέθημεν γὰρ φύσεως δεσμοῖς, οἷς ἡμᾶς περιέβαλε, κοιλίᾳ, μορίοις, λαιμῷ, τοῖς ἄλλοις μέρεσι τοῦ σώματος, καὶ ταῖς δι' αὐτῶν χρήσεσι καὶ ἡδυπαθείαις καὶ τοῖς ὑπὲρ τούτων φόβοις. Ἐὰν οὖν τούτων τῆς γοητείας ὑπεράνω γενώμεθα, καὶ τῆς ἐπιβουλῆς φυλαξώμεθα τὴν παγίδα, ἐδήσαμεν τὸν δήσαντα. Μήτε οὖν εἴτε ἄῤῥεν εἶ, μήτε εἰ θήλεια τὸ σῶμα, πολυπραγμόνει, μηδὲ γυναῖκα ἴδῃς σαυτὴν, ὅτι μηδ' ἐγώ σοι ὡς τοιαύτῃ προσέσχον. Φεῦγε τῆς ψυχῆς πᾶν τὸ θηλυνόμενον, ὡς εἰ καὶ ἄῤῥενος εἶχες τὸ σῶμα περικείμενον. Ἐκ παρθένου γὰρ ψυχῆς καὶ ἠϊθέου νοῦ τὰ τικτόμενα μακαριώτατα· ἐξ ἀδιαφθόρων γὰρ τὰ ἄφθορα· ἃ δὲ τίκτει τὸ σῶμα, μιαρὸν πᾶσι τοῖς θεοῖς ἐνομίσθη.

XXXIV. Μεγάλη οὖν παιδεία ἄρχειν τοῦ σώματος. Πολλάκις κόπτουσι τινὰ μέρη· ἐπὶ σωτηρίας τῆς ψυχῆς ἕτοιμος ἔσο τὸ ὅλον σῶμα ἀποκόπτειν· ὧν γὰρ ἕνεκα ζῆν ἐθέλεις, καὶ ἀποθανεῖν μὴ κατόκνει. Ἡγείσθω τοίνυν πάσης ὁρμῆς ὁ λόγος ἐξορίζων τοὺς δεινοὺς δεσπότας καὶ ἀθέους ἀφ' ἡμῶν· ὅτι καὶ χαλεπώτερον δουλεύειν πάθεσιν ἢ τυράννοις· ἀδύνατον δ' εἶναι ἐλεύθερον τὸν ὑπὸ παθῶν κρατούμενον· ὅσα γὰρ πάθη ψυχῆς, τοσοῦτοι καὶ ὠμοὶ δεσπόται.

setur homo, corpori copulatus est. Quo magis aliquis ad mortale devergit, eo vehementius mentem suam ineptam efficit ad incorruptionis dignitatem: et quantum a corporis adfectionibus semet submovet, tantum ad deum accedit. Vir sapiens et pius, quam alii curam corpori impendunt, ipse in animi cultum insumit: neque est contentus meminisse quae audivit, verum ad implendum officium, prout audivit, festinat.

XXXIII. Nudus in orbem missus, nudus mittentem invocet. Eum quippe tantummodo deus audit, qui alienis non est gravatus, eique consulit, qui corruptione purus est. Grande tibi puta esse adminiculum ad beatam vitam, si in serva natura alligantem alligaveris. Alligati videlicet sumus naturae vinculis, ventre, iis quae sub ventre, gula etiam aliisque corporis membris, eorumque usibus et voluptatibus, et horum causa quibusdam timoribus. Quod si horum praestigiis superiores fiamus, insidiarumque laqueum vitemus, alligantem utique alligamus. Ne igitur magnopere cures, masculumne an femineum tibi corpus sit, neque te mulierem existimes: quoniam ne ego quidem ad te ceu talem accessi. Fuge, quidquid in anima femineum sapit, non secus atque si masculum corpus tibi esset circumpositum. Quae enim generantur ex anima virgine excelsaque mente, beatissima sunt. Quippe ex incorruptibilibus incorruptibilia nascuntur: quae autem e corpore gignuntur, omnibus diis immunda sunt.

XXXIV. Grandis sapientia est imperare corpori. Multi corporis membrum aliquod valetudinis studio abscindunt; tu vero propter animi salutem totum corpus a te abscindere parata esto. Cujus enim causa vivere vis, ejusdem item causa ne mori graveris. Dux igitur cujusvis actionis ratio sit, acres impiosque dominos a nobis repellens. Sane molestius est servire cupiditatibus, quam tyrannis: neque liber esse potest, qui sui animi motibus obnoxius est. Quot enim cupidines, tot saevi domini sunt.

XXXV. *Οἰκέτας πειρῶ μὴ ἀδικεῖν, μηδὲ ὀργιζομένη κολάζῃς. Κολάζειν δὲ μέλλουσα πεῖθε πρότερον, ὅτι ἐπὶ συμφέροντι κολάζεις, διδοῦσα αὐτοῖς καιρὸν ἀπολογίας. Παραιτοῦ εἰς τὴν κτῆσιν τοὺς αὐθάδεις. Τὰ γὰρ πολλὰ ἄσκει αὐτουργεῖν· λιτὸν γὰρ καὶ εὔπορον αὐτουργία. Καὶ δεῖ ἑκάστῳ τῶν μερῶν πρὸς ὃ ἡ φύσις κατεκέρασε χρῆσθαι τοῖς ἀνθρώποις, τῆς φύσεως ἄλλου μὴ δεόμενον. Τοῖς γὰρ μὴ χρωμένοις τοῖς ἰδίοις, καταχρωμένοις δὲ τοῖς ἄλλοις, διπλοῦν τὸ φορτίον καὶ πρὸς τὴν δεδομένην τὰ μέρη φύσιν ἀχάριστον. Ψιλῆς δὲ ἕνεκα ἡδονῆς μηδέποτε χρήσῃ τοῖς μέρεσι. Πολλῷ γὰρ κρεῖττον τεθνάναι ἢ δι' ἀκρασίαν τὴν ψυχὴν ἀμαυρῶσαι . . . . κακίαν ἐνδιορθουμένη τῆς φύσεως . . . . οἷα δὲ οἰκέταις κοινωνοῦσα τιμῆς μεταδίδου τοῖς βελτίοσιν. Οὐκ ἔσθ' ὅπως γὰρ οὖν ἄνθρωπον ἀδικοῦντα σέβειν θεόν· ἀλλὰ κρηπὶς εὐσεβείας σοι νομιζέσθω ἡ φιλανθρωπία. Καὶ . . . .*

Λείπει.

XXXV. In servos ne injuria sis, neque irata in eos animadvertas. Quod si aliquando es punitura, fac primum sentiant, se non sine utilitate puniri, neque tempus dicendae causae neges. Arrogantes ne coëmas. Multa tu ipsa per te facias: breve enim et expeditum est, quod hoc pacto fit. Oportet insuper membris uti ad id, cujus causa hominibus eadem a natura compacta sunt. Neque aliquid a natura alienum exigendum est: qui enim propriis non utuntur, alienis autem abutuntur, his peccant, atque in naturam membrorum parentem ingrati sunt. Solius voluptatis causa membris non utaris: multo enim melius est mori, quam incontinentia animum obscurare .... vitium naturae corrigens.... Si quid servis das, meliorem honore praefer. Prorsus fieri nequit, ut injustus homo deum colat: sed fundamentum pietatis a te existimetur humanitas. Et.......

Reliqua desiderantur.

AD PORPHYRII
FRAGMENTUM POËTICUM
EDITORIS MONITUM.

Cum philosophiae infinita prope doctrina poëseos uberrimam facultatem copulatam a Porphyrio nemini dubium est. Poëma suum, quod inscripsit sacrum connubium, memorat ipse Porphyrius in Plotini vita, qui locus superius a me laudatus *a*) probe etiam declarat, Porphyrium in eo scripto tanto Musarum aestu incaluisse, tantaque sententiarum altitudine mysteria philosophica versibus expressisse, ut cuidam adstanti insanire quodammodo visus sit: sed Plotino magistro non item, qui discipulum statim poëtam, philosophiae mystam, sacerdotem Apollinis testimonio clarissimo indicavit. Quin et epigrammata apud Porphyrium non semel Eustathius se legisse demonstrat *b*).

Sed enim ut ad opus Porphyrii poëticum, cujus paene unius fragmenta supersunt, veniam; fuit id copiosissimum carmen, soluta etiam interjecta oratione, cujus hic fertur titulus: περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας, de philosophia ex oraculis libri. Sic enim legit aequalis scriptor Eusebius Pamphili *c*), nec non Theodoretus *d*) et Augustinus *e*). Quare operis Porphyriani sine dubio

a) Ad Marcellam cap. XVI. p. 32—33. n. 1.

b) Ad Iliad. ed. Rom. pp. 17. C. 285. B. ad Odyss. p. 1698, 24.

c) Praep. ev. III, 14. IV, 6. 8. 9. 22. V, 5. IX, 10. et fortasse alibi.

d) Therap. Serm. I. ed. Sirmond. T. IV. p. 471. Serm. X. p. 625.

e) De civ. d. XIX, 23. Ita nunc quidem se habet locus in editione Augustini Maurina; quum antea editum esset θεολογίαν, et in codd. occurreret eglogion.

corrupit titulum Julius Firmicus *f*), cum eos dixit libros περὶ τῆς εὐλογίων φιλοσοφίας: quod mendum iisdem paene verbis in Ambrosianum quoque codicem, de quo mox dicam, irrepsit, cujus est inscriptio ἐκ τοῦ δεκάτου τῶν Πορφυρίου εὐλογιῶν φιλοσοφίας. Neque secius erravit Joannes Philoponus *g*), apud quem legitur περὶ ἐκλογῶν φιλοσοφίας.

Porro ad ipsum opus quod adtinet, non ignoro equidem, quid politissimus Gallus Fontenellus *h*) suspicatus sit. Namque is oracula Porphyriana quum favere nimium Christianis existimaret, novam opinionem suscepit, ea nimirum Porphyrio Christianorum inimicissimo fuisse supposita, ut, unde damnum maxime timebatur, ex eodem salus affulgeret. Verum tamen ea de re Fontenellus temere loqui Eruditis visus est, quoniam proximi Porphyrio, immo et aequales, scriptores nullam umquam dubitationem prae se tulerunt.

Ego quum in codice Ambrosiano fragmentum ejus operis forte legissem, non mediocriter sum commotus, primum ipsa re; deinde quod mihi notitia praebebatur, decem certe libros eo super argumento a Porphyrio conscriptos, quum antea primum ab Eusebio *i*), secundum et tertium a Joanne Philopono *k*) laudari vidissem; postremo quia tempestivum videbatur partem aliquam, sive editam sive secus *l*), oraculorum Porphyrii cum libello ad Marcellam conjungere. Quippe mihi videor ab Augustino discere, quo loco is Porphyriana oracula profert *m*), Porphyrii conjugem (nempe Marcellam)

f) De errore profan. relig. cap. 14.

g) Commentar. ad Mosaicam mundi creationem editionis Corderianae p. 181 — 183.

h) Histoire des Oracles Dissert. I. cap. 4.

i) Praep. IX, 10.

k) Comment. in Mosaicam mundi creationem p. 181 — 183.

l) Tria carmina extrema videsis in Orphei ἀποσπασματίῳ XLVIII.

m) De civ. d. XIX, 23.

christianis sacris fuisse imbutam, et in iis etiam oraculis olim appellatam. Sic enim ait Augustinus: „In libris, „quos (Porphyrius) ἐκ λογίων φιλοσοφίας appellat, in qui„bus exsequitur atque conscribit rerum ad philosophiam „pertinentium velut divina responsa n), ut ipsa verba „ejus, quemadmodum ex lingua graeca in latinam in„terpretata sunt, ponam: Interroganti, inquit, quem „deum placando revocare possit uxorem suam a chri„stianissimo, haec ait versibus Apollo. Deinde verba „velut Apollinis ista sunt: Forte magis poteris in aqua „impressis litteris scribere, aut adinflans pennas leves „per aëra ut avis volare, quam pollutae revoces impiae „uxoris sensum. Pergat, quomodo vult, inanibus fallaciis „perseverans, et lamentationibus fallacissimis mortuum „deum cantans, quem a judicibus recta sentientibus „perditum, pessima in speciosis ferro juncta mors in„terfecit. Deinde post hos versus Apollinis, qui non „stante metro latine interpretati sunt, subjunxit etc." Nos igitur haud importune damus particulam ejus operis, quo se frustra conatum ajebat perpetuus hostis sanctissimae religionis Porphyrius piam mentem uxoris labefactare o). Neque ipsa porro vis Porphyrii poëtica poenitenda est, quae cum hactenus e pluribus oraculorum reliquiis apud Eusebium constabat, tum etiam hoc egregio fragmento satis se commendat: cujus ego fructum ut cunctis impertiam, latinam quoque carminis interpretationem meo more subtexam.

---

n) Argumentum hujus operis tradit ipse etiam Porphyrius apud Eusebium Praep. IV, 7.

o) Porphyrii libros, quibus religionem christianam insectatus erat, diligenter fuisse abolitos, diximus superius in praefationis ad Porphyrium pagina prima. Sed praeterea adversus ejusmodi scelestos Porphyrii libros consulatur trium imperatorum Gratiani, Valentiniani et Theodosii lex tertia lib. I. tit. I. Basilicorum.

ΕΚ ΤΟΥ ΔΕΚΑΤΟΥ ΤΗΣ

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ

ΕΚ ΛΟΓΙΩΝ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ.

Ἀθάνατέ τε ἄῤῥητε Πατὴρ, αἰώνιε μύστα,
Κόσμων ἀμφιδρόμων ἐποχούμενε δεσπότα νώτοις
Αἰθερίοις, ἀλκῆς ἵνα σοι μένος ἐστήρικται
Πάντ᾽ ἐπιδερκομένῳ καὶ ἀκούοντ᾽ οὔασι καλοῖς·
Κλῦθι τεῶν παίδων, οὓς ἤροσας αὐτὸς ἐν ὥραις.
Σοὶ γὰρ ὑπὲρ κόσμον τε καὶ οὐρανὸν ἀστερόεντα
Χρυσῆ ὑπέρκειται πολλὴ αἰώνιος ἀλκή,
Ἧς ὑπὲρ αἰώρησας ὀρίνων φωτὶ σεαυτὸν,
Ἀενάοις ὀχετοῖς τιθηνῶν νοῦν ἀτάλαντον·
Ὅς ῥα κύει τόδε πᾶν τεκνώμενος ἄφθιτον ὕλην,
Ἣ γένεσις δεδόκηται, ὅτι σφε τύποισιν ἔδησας.
Ἔνθεν ἐπιστροφόωσι γοναὶ ἁγίων μὲν ἀνάκτων
Ἀμφί σε, παντόκρατορ βασιλεῦ τε καὶ μόνε θνητῶν
Ἀθανάτων τε πάτερ μακάρων· αἵ δ᾽ εἰσὶν ἄτερθεν
Ἐκ σέο μὲν γεγαῶσαι, ὑπ᾽ ἀγγελίῃσι δ᾽ ἕκασται
Πρεσβυγενεῖ διάγουσι νόῳ καὶ κάρτεϊ τῷ σῷ.
Πρὸς δ᾽ ἔτι καὶ τρίτον ἄλλο γένος ποίησας ἀνάκτων,
Οἵ σε κατ᾽ ἦμαρ ᾄδουσι καθυμνείοντες ἀοιδαῖς
Βουλόμενόν ῥ᾽ ἐθέλοντες, ἀεὶ διάγουσι δ᾽ ἐς ὦπα.
Τύνη δ᾽ ἐσσὶ πατὴρ καὶ μητέρος ἀγλαὸν εἶδος,
Καὶ τεκέων τέρεν ἄνθος, ἐν εἴδεσιν εἶδος ὑπάρχων,
Καὶ ψυχὴ καὶ πνεῦμα καὶ ἁρμονία καὶ ἀριθμός. —

PORPHYRII

E LIBRO DECIMO

ORACULORUM PHILOSOPHIAE.

Morte carens, arcane Pater, sine fine sacerdos,
Qui dominus resides humeris revolubilis orbis
Aetheriis, ubi firma tibi stat summa potestas,
Unde vides cuncta et clementibus auribus audis;
Annue natorum precibus, quos gignis in aevo.
Nam caelum astriferum magnum et supereminet orbem
Aurea perpetuoque vigens tua plurima virtus:
Qua nixus rutilique adeo vi luminis actus
Immensam nutris mentem de fonte perenni.
Mens tua cuncta gerit, parit et sine labe senectae
Nomine naturae donans, formisque revincit.
Hinc tu sanctorum stiparis ab agmine regum,
Omnipotens hominum rex unice morte cadentum
Atque beatorum superum pater: hanc quoque prolem
Tu generas, quae jussa ferat, quae prompta ministret
Primigenae menti divino robore freta.
Tertia quin etiam creta est stirps inclyta regum,
Qui te continuo mulcent modulamine cantus
Sponte nec invitum, coramque adspectibus adsunt.
Tu genitor, genitricis item tu munere fungens,
Flosque tener sobolis, formarum formaque tu idem es,
Spiritus atque animus, vis harmoniae numerusque. —

ΝΕΙΛΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΚΕΦΑΛΑΙΑ Η ΠΑΡΑΙΝΕΣΕΙΣ.

1. Ἀρχὴ σωτηρίας ἡ ἑαυτοῦ κατάγνωσις.

2. Βέλτιον εἰκῆ ἐμβάλλειν λίθον, ἢ λόγον.

3. Γενοῦ τοῖς πᾶσιν, ὡς σὺ θέλεις πάντας.

4. Δικαιοσύνην ἔργῳ μᾶλλον ἢ λόγῳ ἄσκει.

5. Εὐσεβὴς οὐχ ὁ πολλοὺς ἐλεῶν, ἀλλ' ὁ μηδένα ἀδικῶν.

6. Ζῆν ἄμεινον ἐπὶ στιβάδος καὶ θαῤῥεῖν, ἢ χρυσῆν ἔχοντα κλίνην [ταράττεσθαι].

7. Ἡδὺς ἐκεῖνος ὁ φίλος ὁ τὴν ψυχὴν διατρέφων.

8. Θεὸν μὲν λόγοις ὕμνει, ἔργοις δὲ σέβου, ἐννοίᾳ δὲ τίμα.

9. Ἱερέα φρόνησις καὶ βίος καὶ εὐγένεια ποιεῖ.

10. Κάκιστόν ἐστι πᾶσι δουλεύειν αἰσχροῖς.

11. Λόγῳ μὲν τὴν ἀρετὴν δίδασκε, ἔργῳ δὲ αὐτὴν κήρυττε.

12. Μὴ τὸ ἔχειν ἀρετὴν καλὸν νόμιζε, ἀλλὰ τὸ ὡς δεῖ.

13. Νόμον τιμῶν κατὰ νόμον ζήσεις.

14. Ξένος ἐκεῖνος, ᾧ ξένα τὰ τοῦ κόσμου.

NILI

EPISCOPI ET MARTYRIS

CAPITA SEU PRAECEPTIONES SENTENTIOSAE.

1. Initium salutis est sui ipsius accusatio.

2. Satius est temere mittere lapidem, quam verbum.

3. Fac omnibus, quemadmodum tu vis omnes facere tibi.

4. Justitiam magis opere, quam verbo exerce.

5. Pius est, non qui multorum miseretur, sed qui neminem injuria afficit.

6. Satius est in frondeo toro jacentem bono esse animo, quam aureum habentem lectum esse animi turbidum.

7. Jucundus ille amicus est, qui animam pascit.

8. Deum verbis quidem lauda, operibus cole, et cogitatione honora.

9. Sacerdotem facit intelligentia et vita et morum integritas.

10. Pessima res est omnibus servire turpitudinibus.

11. Verbo virtutem doceto, opere autem eandem declara.

12. Non habere virtutem praeclarum putato, sed, quemadmodum decet, ea uti.

13. Legem honorans ex lege vives.

14. Hospes ille est, cui hospita sunt mundana.

15. Ὁ φθονῶν ἑαυτὸν ζημιοῖ· ὁ γὰρ κατ' ἄλλου φθηγόμενος φθάνει πάσχων ὑφ' ἑαυτοῦ κακῶς.

16. Πλούσιον μήτε κολάκευε, μήτε παρόξυνε.

17. Ῥώννυσι μὲν οἶνος τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν λόγος Θεοῦ.

18. Σιτίοις χρῶ μὴ τοῖς ἡδέσιν, ἀλλὰ τοῖς ὠφελίμοις.

19. Τοῖς ὄχλοις πειρώμενος ἀρέσκειν, τῶν ὄχλων ὅμοιος ἔσο.

20. Ὑπὲρ πάντα καταχρῶ τῷ σώματί σου.

21. Φιλόπονος ἐκεῖνος, ᾧ χρόνος οὐ περισσεύει.

22. Χριστιανοῦ ἀνδρὸς μὴ τὸ σχῆμα ἀποδέχου, ἀλλὰ τὸ τῆς ψυχῆς φρόνημα.

23. Ψέγειν ἀνεπίληπτον εἰς Θεὸν ἁμαρτία.

24. Ὠτῶν καὶ γλώσσης μέγας ὁ κίνδυνος.

25. Φόβον ἔχε Θεοῦ καὶ πόθον, καὶ καθαρῷ πρὸς πάντας τῷ μαρτυρίῳ τοῦ συνειδότος κέχρησο.

26. Αὐτὸν ἐφεστάναι τὸν Θεὸν πίστευε ἐν οἷς πράττεις ἑκάστοτε.

27. Φεῦγε τοὺς ἐπαίνους, αἰσχύνου δὲ τοὺς ψόγους.

28. Χαῖρον, τὴν ἀρετὴν ἡνίκα πράττεις, ἀλλὰ μὴ ἐπαίρου, μήποτε τὸ ναυάγιον ἐν τῷ λιμένι γένηται.

29. Ὅσον ἐν νόμῳ προκόπτεις, ἀπολείπεσθαι τῆς τελειότητος γίνωσκε.

30. Πάσης πράξεως τὸ τέλος πρὸ τῆς ἀρχῆς ἐξέταζε.

31. Νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν πρὸς τὴν ἡμέραν τὴν ἐσχάτην ἀπόβλεπε.

32. Μὴ ἀναμίγνυσο τούτῳ, ὃν παρὰ τῶν ἀγαθῶν θεωρεῖς λοιδορούμενον.

33. Σπεῦδε μηδενὶ βλάβην, ἐν οἷς πράττεις, ἢ λέγεις, ἢ φιλοσοφεῖς, γενέσθαι.

34. Μὴ εὐφραίνου τοῖς ἀνθηροῖς τοῦ βίου, τὸ γὰρ χόρτινον ἄνθος, ὡς ψηλαφᾷς, μαραίνεται.

35. Ἐν τοῖς λυπηροῖς εὐχαρίστει, καὶ ὁ ζυγὸς τῶν ἁμαρτιῶν κουφίζεται.

36. Ἐν τοῖς πειρασμοῖς ἀσφαλίζου· πολλοὺς γὰρ καὶ μειζόνων ἤλεγξαν.

15. Invidus se ipsum mulctat, qui enim adversus alterum loquitur, se ipsum inscius malis afficit.

16. Diviti, neque adulare, neque eundem irrita.

17. Roborat quidem vinum corpus, animam autem verbum dei.

18. Cibis utere non suavibus, sed salubribus.

19. Si conaris placere vulgo, vulgo similis fias.

20. Supra omnia mortifica corpus tuum.

21. Laboris amans ille est, cui tempus non superat.

22. Christiani hominis non habitum speciemque externam recipe, sed animae prudentiam.

23. Culpam transferre in deum non culpandum peccatum est.

24. Aurium et linguae magnum est periculum.

25. Timorem et desiderium dei habeto, et puro conscientiae testimonio erga omnes utere.

26. Deum ipsum semper praesentem existima in omnibus, quae agis.

27. Fugito laudem et caveto vituperium.

28. Gaude, quando virtutem exerces: verum ne efferaris, ne quando in portu naufragium accidat.

29. Quanto magis in lege proficis, tanto magis te abesse a perfectione intelliges.

30. Omnis actionis finem ante initium exquire.

31. Diu noctuque ad ultimam horam respice.

32. Ne converseris isti, quem a bonis vides culpari.

33. Studeas nemini damno esse in his, quae seu facis, seu dicis, seu commentaris.

34. Ne laeteris floridis vitae: flos enim gramineus, cum attrectaveris, flaccescit.

35. In tristibus gratias age, et jugum peccatorum leve redditur.

36. In tentationibus sis fortis, multos enim etiam majorum arguerunt.

37. *Μὴ μέμφου τὴν τοῦ Θεοῦ μακροθυμίαν· κοινὸν γάρ ἐστι φάρμακον.*

38. *Μίσει τὸ ἀνώμαλον τοῦ βίου· ἐπ' αὐτῷ δὲ τὸν θεὸν μὴ διάβαλλε.*

39. *Προσέχομεν ἑαυτοῖς καὶ ἄλλους οὐ σκώψομεν· πολλὰ γὰρ ἐν ἡμῖν, ἀφ' ὧν τοὺς ἄλλους σκώπτομεν.*

40. *Ψαλμὸς ἔστω σοὶ εὐχῆς ἐν τῷ στόματί σου· θεὸς γὰρ ὀνομαζόμενος φυγαδεύει τοὺς δαίμονας.*

41. *Προσευχὴ μετὰ νήψεως γενέσθω, ἵνα μὴ τὸν θεὸν αἰτοῦμεν οἷς αὐτὸς οὐκ ἀρέσκεται.*

42. *Ἀεὶ μνημόνευε τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐρανὸς ἡ διάνοιά σου γίνεται.*

43. *Χαλίνου τὸν ὀφθαλμὸν, ὡς γὰρ οὐκ οἶδας, ῥέμβεται.*

44. *Φείδου τῆς γλώττης· πολλάκις γὰρ προφέρει, ἅπερ ἄμεινον κρύπτεσθαι.*

45. *Γεώργει τῇ μελέτῃ τοῦ νόμου τὴν διάνοιαν· ἐκτίλλει γὰρ τῶν λογισμῶν τοὺς πονηροὺς, συνεχῶς μελετώμενος.*

46. *Τὰς ἀρετὰς κρύπτε, μάρτυρας δὲ τοῦ βίου πολλοὺς κέκτησαι.*

47. *Μίσει τὰς ἡδονὰς τῆς σαρκός· ῥυπαρὰν γὰρ μετὰ τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν ἐργάζονται.*

48. *Μόνα δίδου τῇ σαρκὶ, ὅσα χρήζει λαβεῖν, οὐχ ὅσα βούλεται.*

49. *Μὴ ἀγάπα τὸ τρυφᾶν· φιλίαν γὰρ πρὸς τὸν βίον ἐμποιεῖ· ἔχθρα δὲ πρὸς τὸν Θεὸν ἐξ ἑκατέρου τίκτεται.*

50. *Ἀποστρέφου τὴν ἐν τῷ βίῳ χαράν· αὕτη γὰρ ὀλισθαίνει καὶ σκελίζει τοὺς τρέχοντας.*

51. *Πλοῦτον, εἰ μὲν ἔχεις, σκόρπιζε, εἰ δ' οὐκ ἔχεις, μὴ σύναγε.*

52. *Ὅπλον ἡγοῦ τὴν νηστείαν, καὶ τὴν προσευχὴν τεῖχος, καὶ λουτῆρα τὰ δάκρυα.*

53. *Ὅσα ἐξήμαρτες, πάντα μετὰ στεναγμῶν μέμνησο· γίνεται γὰρ ἐντεῦθεν τῇ ψυχῇ διηνεκὴς κατάνυξις.*

37. Ne incusa dei clementiam, commune enim est pharmacum.

38. Odio habe inaequalitatem vitae, propter eam vero deum ne criminator.

39. Attendamus nobis ipsis, et alios non reprehendemus: multa enim in nobis sunt, propter quae alios taxamus.

40. Psalmus precationis sit tibi in ore tuo: deus enim nominatus fugat daemonas.

41. Precatio cum sobrietate fiat, ne a deo petamus, quae ipsi non grata sunt.

42. Semper recordare dei et coelum sit cogitatio tua.

43. Frena oculum; cum enim non attenderis, circumvolvitur.

44. Parcus sis lingua: saepe enim profert, quae melius fuisset celari.

45. Meditatione legis mentem colito: exstirpat enim cogitationes malas continue meditata.

46. Virtutes tuas celato; testes autem vitae tuae multos acquirere stude.

47. Odio habe carnis voluptates: sordidam enim animam una cum corpore efficiunt.

48. Corpori solum, quantum indiget, impende, non quantum cupit.

49. Delicate vivere ne eligas: amorem enim hujus vitae conciliat; inimicitia autem adversus deum ex utroque nascitur.

50. Aversare in vita gaudium: ipsum enim lubricum est et praecipitat exultantes.

51. Divitias, si habes, distribue: si vero non habes, ne collige.

52. Armaturam puta jejunium et precationem murum et balneum lacrymas esse.

53. Quaecunque peccasti, omnia cum suspiriis recordare. Oritur enim hinc animae continua compunctio.

54. Περιποιοῦ τοὺς πτωχούς· οὗτοι γὰρ ἡμῖν τὸν κριτὴν καταλλάσσουσι.

55. Ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινώνει, δι' αὐτῶν γάρ σοι κοινωνία πρὸς τὸν θεὸν γίνεται.

56. Τὴν ἐκκλησίαν ὡς οὐρανὸν πάτει, καὶ μηδὲν ἐν αὐτῇ μηδὲ λέγε μηδὲ λογίζου γήϊνον.

57. Ἀναγκαίαν νόμιζε τὴν αὐτάρκειαν· παραχώρει δὲ τῷ θεῷ τὴν ὑπὲρ ταύτης μέριμναν.

58. Κύλλα τὴν σάρκα ἀγαθοῖς πόνοις, παντελῶς δὲ αὐτὴν μὴ καταπεσεῖν φρόντιζε.

59. Πῖνε τὸν οἶνον ἐλάχιστον· ὅσον γὰρ κολοβοῦται, εὐεργετεῖ τοὺς πίνοντας.

60. Κόλαζε τὸν θυμὸν, μανίας γάρ ἐστι πατὴρ τὸ μέτρον ἐξερχόμενος.

61. Ἐν ταῖς νόσοις τῇ προσευχῇ πρὸ τῶν ἰατρῶν καὶ φαρμάκων κέχρησο.

62. Τοὺς ἱερεῖς πάντας μὲν τίμα, τοῖς ἀγαθοῖς δὲ πρόςτρεχε.

63. Ἀγάπα τοῦ θεοῦ τοὺς οἴκους, οἶκον δὲ θεοῦ καὶ σαυτὸν κατασκεύασον.

64. Εἰς τὴν ἐκκλησίαν σύχναζε, θορύβων γὰρ ἡμᾶς καὶ ζάλης ἀπαλλάττει τῶν ἔξωθεν.

65. Ὅσα ἐν τῇ γῇ, πρόσκαιρα· μὴ σὲ οὖν λύπει τὸ χωριζόμενον.

66. Ὅταν σοι λογισμὸς ἡδυπαθείας ἐγγένηται, ἀντίστησον αὐτῷ τὴν τῶν ἀνθρώπων αἰσχύνην καὶ τὴν τοῦ θεοῦ πρόσκρουσιν.

67. Ἀσφαλίζου τὴν ἀκοὴν καὶ τοὺς ὀφθαλμούς· δι' αὐτῶν γὰρ πάντα τὰ βέλη τῆς κακίας εἰσέρχονται.

68. Ἡνίκα προσεύχῃ, τὸν λογισμὸν πρὸς θεὸν ἀνάγαγε, κἂν περισπασθεὶς κατέλθῃ, πάλιν αὐτὸν ἀνάγαγε.

69. Οὐ παύεται ἡ διάνοια τίκτουσα· σὺ μὲν τοὺς μὲν φαύλους ἔκτιλλε, τοὺς δὲ ἀγαθοὺς γεώργησον.

70. Χαῖρε τῇ ταπεινώσει· τὸ γὰρ αὐτῆς ὕψος πολὺ καὶ πεσεῖν μὴ δυνάμενον.

54. Pauperes foveto: ipsi enim judicem nobis conciliant.

55. Inopiae sanctorum subveni: per eos enim tibi cum deo contigit societas.

56. Ecclesiam non secus ac caelum calca, nihilque in ipsa seu loquere seu cogita terrenum.

57. Necessarium existima animum sua sorte contentum; demanda autem deo hujus curam.

58. Frange carnem bonis laboribus, omnino tamen, ipsa ne concidat, cura.

59. Vinum bibe valde modicum: quantum enim offendit, tantum etiam corroborat bibentes.

60. Iram compesce, insaniae enim pater est modum excedens.

61. In morbis precatione prius quam medicis et pharmacis utere.

62. Sacerdotes omnes quidem honora, sed bonos tantum adi.

63. Caras habe dei domos, domum vero dei etiam te ipsum effice.

64. In ecclesiam frequenter venias: a perturbationibus enim et fluctuatione externarum rerum nos liberat.

65. Quaecunque in terra sunt, temporaria existunt. Ne te igitur dolore afficiat, quod aufertur.

66. Quando te voluptatis affectus invaserit, oppone ipsi metum hominum et dei offensam.

67. Munito auditum et oculos, per illa enim omnia tela malitiae ingrediuntur.

68. Cum oraveris, mentem ad deum attolle, et etiamsi inde abstracta descenderit, iterum tamen ipsam attolle.

69. Mens humana nunquam cessat generare (cogitationes). Tu vero malas quidem expelle, bonas vero colendo exerce.

70. Gaude animi demissione, altitudo enim ejus firma est, nec cadere potest.

71. Ἄσκει τοσοῦτον, ὅσον χαλάσαι τῆς σαρκὸς τὰ κινήματα· κἂν ἀσθενήσῃ, πρὸς ὑγείαν τὸ σῶμα, μὴ πρὸς τρυφὴν θεράπευσον.

72. Τοὺς πονηροὺς τῶν λογισμῶν λογισμοῖς ἑτέροις ἀναμόχλευε.

73. Λογίζου τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν τὴν εὐπρέπειαν, καὶ πάθος οὐδέν σοι τῆς γῆς, ἢ τῶν ἐκ ταύτης τερπνῶν ἐπεισέρχεται.

74. Ἡνίκα τι περὶ θεοῦ ἐπέρχεταί σοι νοεῖν, μὴ τὸν θεὸν, ἀλλὰ σαυτόν· οὐδὲν γὰρ ἀσφαλὲς ὑπὲρ τὸ μέτρον, ὅπερ χωροῦμεν, ἐπέρχεται.

75. Τὰς φαύλους ἐνθυμήσεις σπόρον εἶναι τοῦ διαβόλου πίστευε· οὕτω γὰρ αὗται παύονται, ὁ δὲ σπορεὺς αἰσχύνεται.

76. Φείδου τὰ πολλὰ γέλωτος· χαυνοῖ γὰρ τὴν ψυχήν· χαυνωθεῖσα δὲ τῷ τοῦ νόμου χαλινῷ εὐχερῶς ἀποδύεται.

77. Εἰς ἔργα δεῖ τὴν ψυχὴν καὶ προσευχὰς μερίζεσθαι· οὕτω γὰρ οὐ πολλὰς εὑρίσκει πρὸς ἡμᾶς τὰς εἰσόδους ὁ διάβολος.

78. Ἔργον εἶναι τοῦ κόπου τὴν ἀνάγνωσιν νόμιζε, ὅταν μετὰ τῆς γλώττης ὁ νοῦς τρυγῆσαί τι θέλων ἐν ταῖς βίβλοις ἐργάζηται.

79. Ἐὰν εἰς ἔργα τὴν χεῖρα κινῇς, ἡ γλῶττα ψαλλέτω καὶ ὁ νοῦς προσευχέσθω· ἀπαιτεῖ γὰρ ἀεὶ παρ' ἡμῶν ὁ θεὸς μνημονεύεσθαι.

80. Πᾶσαν μὲν πρᾶξιν διὰ προσευχῆς σφράγιζε· ταύτην δὲ μάλιστα, ἐφ' ἣν τὸν λογισμὸν θεωρεῖς ἀμφιβάλλοντα.

81. Εἰ βούλει τὰ τῶν χειρῶν ἔργα θεῖά σοι καὶ μὴ χοϊκὰ γίνεσθαι, κοινά σοι τὰ ἐξ αὐτῶν γενέσθω πρὸς τοὺς χρῄζοντας.

82. Χαῖρε τῇ τῶν ἁγίων ἐντεύξει· δι' αὐτῶν γὰρ ὁ θεὸς ἐμφανίζεται.

83. Τοὺς ἀληθῶς ἁγίους ἀπὸ τῶν ἔργων διάκρινε, ἕκαστον γὰρ δένδρον ἀπὸ τοῦ καρποῦ γνωρίζεται.

84. Ἀεί τι κερδαίνειν ἐκ τῆς θεωρίας τῆς τῶν ἁγίων σπούδαζε· ἐπιτήρει δὲ αὐτῶν βλέμμα καὶ σχῆμα· ἐπωφελὲς γὰρ ἑκάτερον.

71. Exerce te tantum, quantum laxandis carnis motibus satis est; et si aeger fueris, ad sanitatem corpus, non ad delicias cura.

72. Pravas cogitationes cogitationibus aliis (melioribus) abige.

73. Considera caelestium bonorum decorem, et desiderium nullum tibi terrae, rerumve delectabilium ex hac emanantium subibit.

74. Quando tibi aliqua de deo subit cogitatio, non deum, sed te ipsum (*expende*). Nihil enim tutum est, quod modum excedit, quem servare convenit.

75. Pravas cogitationes semen esse diaboli crede, sic enim ipsae desinunt et seminator pudore suffunditur.

76. Excessum risus fugito; enervat enim animam. Anima vero enervata facile a freno legis exuitur.

77. In labores et preces oportet animam partiri. Sic enim non multos invenit ad nos aditus diabolus.

78. Laborem esse non mediocrem putato legis meditationem: quando mens simul et lingua cognoscere quid volens in libris cum labore versatur.

79. Cum ad labores manum moveris, lingua psallat et mens oret. Exigit enim deus, ut ejus semper memores simus.

80. Omne quod agis oratione obsignato, id tamen maxime, de quo mentem tuam conspicis ambigentem.

81. Si vis manuum tuarum opera divina tibi et non terrena fieri, sint tibi ea, quae ex iis suppetunt, cum egentibus communia.

82. Gaude sanctorum colloquio; per eos enim deus tibi manifestatur.

83. Vere sanctos ab operibus dignosce: unaquaeque namque arbor e fructu dignoscitur.

84. Semper lucrari aliquid stude ex sanctorum contemplatione. Observa vero ipsorum adspectum et habitum: utrumque enim perutile est.

85. Ἀκακίαν ἄσκει τῇ καρδίᾳ, καὶ ἁγνείαν τῷ σώματι· ταῦτα γὰρ ἄμφω σε θεοῦ ναὸν ἀπεργάζεται.

86. Οὕτως οὖν φύλαττε τὸν ναὸν, ὡς τοῦ κτήσαντος, καὶ κρίναι μέλλοντος, καὶ τὴν εἰκόνα σε τὴν ἑαυτοῦ καθαρὰν μεθοδεύοντος.

87. Αἱ τῶν βιωτικῶν ὁμιλίαι τὸν λογισμὸν ἀπὸ θεοῦ χωρίζουσι· διόπερ αὐτοῖς μηδὲ συλλάλει, καὶ τοὺς λαλοῦντας ἔκκλινε.

88. Ὅταν λοιδορηθῇς, σκόπει, μή τι σοὶ τῆς λοιδορίας πέπρακται ἄξιον· εἰ δὲ οὐ πέπρακται, καπνὸν εἶναι φεύγοντα τὴν λοιδορίαν νόμιζε.

89. Ἐν οἷς ἀδικῇ, τῇ ὑπομονῇ πρόσφευγε, καὶ πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας ἡ βλάβη μεθίσταται.

90. Ἡνίκα πλοῦτον ἢ δόξαν ὁρᾷς, ἢ βιωτικὴν δυναστείαν, λογίζου τὸ ἐν αὐτοῖς φθαρτὸν, καὶ διαφεύγεις τὸ δέλεαρ.

91. Καρτέρει τὰς θλίψεις, ἐν αὐταῖς γὰρ αἱ ἀρεταὶ, καθάπερ ἐν ἀκάνθαις ῥόδα, φύονταί τε καὶ τρέφονται.

92. Μηδὲν εἶναι τῆς ἀρετῆς ἴσον εἰς ἀξίωμα νόμιζε· ὄψις γάρ ἐστι θεοῦ, διόπερ ἐστὶ, καθὰ καὶ αὐτὸς, ἄτρεπτος.

93. Θρήνει τὸν ἁμαρτωλὸν εὐθηνοῦντα· τὸ ξίφος γὰρ αὐτῷ τῆς δίκης ἐπιτείνεται.

94. Μητέρα κακῶν τὴν ῥαθυμίαν νόμιζε, ἀγαθὰ γὰρ, ἃ μὲν ἔχεις, συλᾷ, ἃ δὲ οὐκ ἔχεις, οὐκ ἐᾷ προσκτήσασθαι.

95. Ὅταν φαῦλα πράττων ἐπ' αὐτοῖς μὴ αἰσχύνεται, βαρεῖται τὸ τραῦμα, καὶ τὸ πτῶμα εἰς ἀπόγνωσιν ἔρχεται.

96. Ὁσάκις ἀθυμεῖς, λογίζου, πόσα τοῖς πιστοῖς παρεσκεύασται, καὶ ὁ καρπός σοι τοῦ πνεύματος εὐχερῶς παραγίνεται.

97. Χρὴ τὸν πιστὸν ταπεινοῦσθαι πρὸς πάντας· τὸ γὰρ πρὸς ἐνίους ταπεινοῦσθαι πεπλανημένην τὴν ταπείνωσιν κέκτηται.

85. Exerce puritatem in corde et castitatem in corpore. Ea enim utraque templum dei te efficiunt.

86. Sic igitur templum custodi, ut dei, qui possideat, et judicaturus sit, et imaginem suam tibi impressam puram ad regulam exigat.

87. Secularium conversationes mentem a deo segregant: quapropter ipsos nec alloquere, sed alloquentes declina.

88. Quando conviciis peteris, considera, num quid a te factum sit convicio dignum. Si vero nihil a te admissum fuerit, fumum fugientem convicium esse existimato.

89. In quibus injuria afficeris, ad patientiam confugito; et ad injuriam facientes damnum recidet.

90. Quando divitias aut gloriam vides, aut mundanam potentiam, considera labilitatem ipsorum, et effugies illecebram.

91. Tolera afflictiones: inter ipsas enim virtutes, quemadmodum inter spinas rosae, nascuntur et germinant.

92. Nihil cum virtute dignitate conferendum esse existima: imago enim dei est, ideoque, quemadmodum ipse, est immutabilis.

93. Luge peccatorem prospera utentem fortuna; gladius enim justitiae ipsi imminet.

94. Matrem vitiorum ignaviam existima; bona enim, quae jam tenes, praedatur, quae vero nondum possides, non sinit acquirere.

95. Quando iniqua agens quis propter ea nullo pudore afficitur, vulnus magis exasperat, et error ipsius tendit ad desperationem.

96. Quotiescunque animo deficis, reputa, quanta bona fidelibus praeparata sint, et fructus spiritus tibi facile aderit.

97. Decet fidelem humilem se gerere erga omnes: nam coram quibusdam tantum humiliari fictam quandam humilitatem arguit.

98. Τῆς πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπης μηδὲν προτιμήσῃς, πλὴν ὅσα ἐξ αὐτῆς ἡ ἀγάπη πρὸς τὸν Θεὸν παραβλέπεται.

99. Μηδενὶ παρὰ τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ πρόσκεισο μηδὲ πρόσπασχε· Θεοῦ γὰρ ἀνάξιον ποιεῖ τὸν αὐτοῦ τινὰ προτιμῶντα.

100. Μὴ συνηγόρει τοῖς κακοῖς, αὐτοὺς μὲν γὰρ εἰς κακίαν ἀλείφεις, σὺ δὲ μολύνῃ τῇ κοινωνίᾳ τοῦ πράγματος.

101. Νουθέτει τὸν ἁμαρτάνοντα, μὴ κατηγόρει τὸν πταίοντα, λοιδόρου μὲν γὰρ τὸ δεύτερον, τὸ δὲ πρότερον διορθοῦντος.

102. Ἀκούειν ἀεὶ καὶ λαλεῖν τὰ τῶν ἁγίων σπούδαζε, εἰς ζῆλον γὰρ ἀγαθὸν τὴν ψυχὴν ἐρεθίζουσι.

103. Εἰ ἐκκλησίαν κατ' οἶκον ἕκαστος τὴν διάνοιαν ἔχομεν, καὶ τελεῖν ἐν αὐτῇ τοὺς θεσμοὺς τῆς ἐκκλησίας ὀφείλομεν.

104. Εἰ τελεῖται σύναξις ἐν ἐκκλησίᾳ, παράβαλε, εἰ δὲ μὴ τελεῖται, σὺ ψάλλων ἀποστολικὸν εὐαγγέλιον, ἄπελθε.

105. Τὴν τῶν ἀρετῶν δόξαν ἐκ τῶν ἁγίων κατόπτευε· ἀθάνατοι γὰρ αὐτῶν αἱ δόξαι καὶ μετὰ θάνατον γίγνονται.

106. Τὴν κακίαν τότε μισήσεις, ὅταν λογίσῃ δαιμόνων ὅτι ἐστὶ καθ' ἡμῶν στιλβουμένη μάχαιρα.

107. Εἰ νουθετεῖς τὸν πταίσαντα, κρᾶσον συμπαθείᾳ τὰ ῥήματα· καὶ τὰ μὲν ὦτα μαλάσσονται, ἡ δὲ καρδία φωτίζεται.

108. Ὅταν ἐν ἁγίοις λαλεῖς, ἐρώτα τὰ τοῦ πνεύματος· ὅταν δὲ μὴ τοιούτοις λαλεῖς, οὐ ταῦτα λάλει.

109. Τὰς πράξεις ἀεὶ τὰς ἀγαθὰς ἐπίσπευδε, μή ποτε καταλιπὼν αὐτὰς ἡμιτελῆς ἀπελεύσῃ.

110. Οὕτω τρέχε, ἵνα καταλάβῃς, τουτέστιν ἀπαύστως· δεῖ γὰρ τὴν ἀρετὴν τρέχειν, μέχρις ἂν ἐξέλθωμεν τοῦ βίου τὸ στάδιον.

111. Μὴ γίνου περὶ τὴν ἐργασίαν τῶν ἐντολῶν ὀλίγωρος· τοῖς γὰρ τοιούτοις ὁ κόπος ἀκερδὴς ἐπὶ κόπον προστίθεται.

98. Nihil amori proximi praeferas, praeterquam ea, propter quae charitas deum non recte intuetur.

99. Nemini contra legem dei adhaereto neque addictus esto. Deo enim indignum facit eum, qui aliquem magis, quam ipsum honorat.

100. Ne patrocineris malis: ipsos enim ad malitiam instigas, tu vero contaminaris peccati communione.

101. Admoneto peccantem, ne vero accusa errantem, posterius enim conviciatoris est, prius vero corrigentis.

102. Audire semper et loqui stude ea, quae sanctorum sunt, ad zelum enim bonum animam exstimulant.

103. Quandoquidem domi nostrae ecclesiam mente quisque suam habemus, etiam perficere in ea ritus ecclesiae debemus.

104. Si agitur conventus in ecclesia, et tu adesto. Si vero non agitur, tu psallens apostolicum evangelium abi.

105. Virtutis gloriam sanctorum adspicito; ipsorum enim gloria immortalis est etiam post obitum.

106. Tunc malitiam maxime oderis, quando cogitabis, quod daemonum sit fulgurans contra nos gladius.

107. Si admones labentem, tempera commiseratione verba: et aures emollientur, cor vero illuminabitur.

108. Quando inter sanctos loqueris, interroga ea, quae spiritus sunt: si vero talibus non loquaris, de iis ne loquaris quidquam.

109. Semper bonas actiones urge, ne quando, relictis illis, semiperfectus abeas.

110. Sic curre, ut assequaris metam, hoc est indesinenter. Oportet enim virtutis cursum currere, usquedum egressi fuerimus vitae stadium.

111. Ne sis in exsequendis mandatis (dei) negligens: talibus enim labor inanis laborem super laborem aggerit.

112. Τὴν ὑπομονὴν καὶ πρὸ τῆς ἀνάγκης ἄσκει, ὅπως αὐτῆς εὕρεις καὶ ἐν τῇ ἀνάγκῃ τὴν πανοπλίαν ἑτοιμον.

113. Μάχου τοῖς πονηροῖς λογισμοῖς, καὶ λέγε πρὸς αὐτούς, ὅσα ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖται.

114. Σπουδῇ πολλῇ τὸν ὀφθαλμὸν ἐκ τοῦ βίου μετάστησον· καπνὸς γὰρ ἐξ αὐτοῦ πονηρὸς θολὴν τὴν ψυχὴν ἀναδίδοται.

115. Εἰ φαύλῃ τινὶ συνηθείᾳ κεκράτησαι, κατὰ μικρὸν ἀπότεμνε, καὶ κόπου πολλοῦ χωρὶς τῆς ψυχῆς ἀποβαλεῖς τὴν ἄκανθαν.

116. Καθαρὸν ὄντα θεὸν καθαρῶς ἀγάπα, καὶ τοῦ ἐπὶ πάντων πάντα δεύτερα νόμιζε.

117. Εἰ θέλεις εἶναι ναὸς θεοῦ, θυσίαν ἐνδελεχισμοῦ τὴν προσευχὴν αὐτῷ τὴν διηνεκῆ πρόσφερε.

118. Τὸν ἀμελῶς βιοῦντα μὴ προσλάμβανε σύμβουλον· ὁ γὰρ τοῖς κακοῖς χαίρων ἀγαθὰ καὶ μισεῖν, καὶ συμβουλεύειν οὐκ ἀνέχεται.

119. Πάσης ἀπέχου φθορᾶς, καὶ τοῦ μυστικοῦ δείπνου πᾶσαν ἡμέραν μέτεχε· οὕτω γὰρ Χριστοῦ τὸ σῶμα ἡμέτερον γίνεται.

120. Ἐν οἷς παιδεύῃ παρὰ θεοῦ, μὴ γόγγυζε· παιδεύει μὲν γὰρ ὡς πατὴρ, εὐχαριστεῖσθαι δὲ ὡς εὐεργέτης ἐστὶν ἄξιος.

121. Ὅταν ἀτιμασθῇς, χαῖρε· εἰ μὲν γὰρ ἀδίκως, ὁ μισθὸς πολὺς, εἰ δὲ δικαίως, ἐὰν σωφρονῇς, ἐκουφίσθης τῆς μάστιγος.

122. Σκιᾷ καὶ τροχῷ τὰ λυπηρὰ τοῦ βίου καὶ τὰ φαιδρὰ παράβαλλε· ὡς γὰρ σκιὰ οὐ μένει, καὶ ὡς τροχὸς κυλίεται.

123. Ἀεὶ προκόπτειν κατὰ θεὸν σπούδαζε· ὁ γὰρ μικρῷ ἐπὶ μικρὸν προστιθεὶς πλοῦτον καλὸν καταβραχὺ συλλέγει, παρὰ πάντων ζητούμενον.

124. Εἰ βούλει τῆς κολάσεως ἐκφυγεῖν τὸ ἐπίπονον, μηδένα ποτὲ λοιδορήσῃς· ἐκ τούτου γὰρ τὸ θεῖον παροξύνεται.

112. Patientiam etiam antequam necesse est exerce, ut ipsius amaturam paratam invenias, quando necessitas exigit.

113. Improbis resiste cogitationibus, et responde ipsis, quae in lege dicuntur.

114. Diligentia multa oculos a vita hac amove: fumus enim perniciosus ex ipsa veniens turbidam reddit animam.

115. Si consuetudine aliqua mala detentus fueris, paullatim eam rescinde, et sine multo negotio ab anima spinam eradicabis.

116. Deum, quia purus est, pure quoque dilige, et eo, qui super omnia est, omnia secundo loco habenda esse existima.

117. Si vis esse templum dei, sacrificium continuationis, precationem ipsi continuam offeras.

118. Negligenter et prave viventem ne accersas consultorem: malis enim gaudens bona simul odisse et consulere eadem non potest.

119. Ab omni corruptione abstine et mysticae coenae omni die particeps fias, sic enim Christi corpus nostrum fieri incipit.

120. In quibus corriperis a deo, ne murmura: castigat enim ut pater, ideoque ut benefactor dignus est, ut gratiarum actione celebretur.

121. Si ignominia affectus fueris, gaude; siquidem enim injuste, merces tua copiosa erit; si vero juste et si resipueris, liberatus es a flagello.

122. Umbrae et rotae tristia hujus vitae et laeta compara; ut enim umbra, non manent, et ut rota volvuntur.

123. Semper proficere in deo conare: modicum enim modico addens brevi colliget divitias ab omnibus expetitas.

124. Si vis supplicii effugere molestiam, neminem unquam conviciis afficies; eo enim deus exasperatur.

125. *Εἰ θέλεις ἐκ τοῦ οἴκου σου ἀποδιῶξαι πᾶσαν μάστιγα, μὴ κακολογήσεις ὁμόφυλον ἄνθρωπον· ὁ γὰρ ποιήσας αὐτὸν εἰκότως παροξύνεται.*

126. *Εἰ θέλεις πάσης ἁμαρτίας ἀνώτερον εἶναι, πράξεις ἀλλοτρίας μὴ καταμάνθανε· πολλὰ γάρ εἰσιν ἐν σοί, ἀφ' ὧν ἕτερον ὑπολαμβάνεις.*

127. *Φεῦγε τὴν ὑπερηφανίαν, ὦ ἄνθρωπε, κἂν πλούσιος ᾖς, μήποτε τὸν θεὸν ἀντιτασσόμενον ἕξεις.*

128. *Φίλει τὴν ταπεινοφροσύνην, κἂν μέγας ὑπάρχεις, ἵνα ὑψωθῇς ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.*

129. *Μὴ σκώψῃς ἄνθρωπον, καὶ μῶμον οὐχ ἕξεις ἐν πάσῃ ζωῇ σου.*

130. *Ὅταν ἐν ἐκκλησίᾳ ὑπάρχεις, μὴ μετεωρίζου, ἐνώπιον γὰρ βασιλέως οἱ ἑστῶτες οὔτε γελῶσιν, οὔτε μετεωρίζονται.*

131. *Μὴ καταφρόνει τῆς ζωῆς σου καὶ ἀδιαφόρως πράττε παρὰ τὸν νόμον, ἵνα μὴ παρανομῶν τὴν ἀπώλειαν ἕξεις.*

132. *Μετὰ πάσης ἀσφαλείας μνημόνευε τῶν εἰρημένων, ἵνα σε λαμπρὸν τῷ βίῳ ἀναδείξωσιν.*

133. *Ζήλωσον βίον σεμνὸν, ἵνα ἔχῃς παῤῥησίαν ἐπιστρέφειν τοὺς ἁμαρτάνοντας.*

134. *Ἀσφαλίζου τὴν αὐθάδειαν, μὴ ἐπιπλήξεις τινὶ, ἵνα μὴ κατακριθῇς ὡς ὑψηλοφρονήσας.*

135. *Μὴ γελάσῃς ἐπὶ πτώματι ἑτέρου, ἵνα μὴ γελασθῇς, ὑφ' ὧν οὐ θέλεις.*

136. *Φύλασσε τὰς παραινέσεις ταύτας, ἵνα στέφανον δόξης προξενήσωσι σοί.*

137. *Γενοῦ ἐγκρατὴς τῶν ἐντολῶν τούτων, ἵνα προσάξωσί σε ἐμφανῆ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ εὐάρεστον τῷ θεῷ· οὕτω γὰρ ἥδεται τὸ θεῖον, καὶ τοιούτοις κατορθώμασι θεραπεύεται ὁ θεός.*

138. *Ἀεὶ προκύπτειν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις σπούδαζε· ὁδὸς γὰρ εἰς ἀρετὴν ἡ τοῦ βίου φυγὴ ἀγαθή τε καὶ σύντομος.*

139. *Χρὴ τὸν ἐπιθυμοῦντα τῶν ἀφθάρτων ἀντ' οὐδενὸς ἡγεῖσθαι τὰ φθειρόμενα.*

125. Si vis e domo tua expellere omne flagellum, ne maledictis incessas contribulem hominem: qui enim ipsum creavit deus, merito ad iram concitatur.

126. Si vis omni peccato superior esse, actiones aliorum ne curiose perquirito, multa enim in te sunt, de quibus alium suspectum habes.

127. Fuge superbiam, o homo, etiamsi dives sis, ne quando deum tibi adversum habeas.

128. Dilige humilitatem, etiamsi magnus sis, ut exalteris in die judicii.

129. Ne cavillis petas hominem, et reprehensionem non incurres in omni vita tua.

130. Quando in ecclesia es, ne eleveris: coram enim rege stantes neque rident, neque superbiunt.

131. Ne negligenter habeas vitam tuam, nec temere contra legem facito, ne contra legem faciens perniciem incurras.

132. Cum omni studio memento eorum, quae dicta sunt, ut te clarum in vita reddant.

133. Puram aemulator vitam, ut habeas liberam potestatem increpandi peccantes.

134. Abige a te arrogantiam neque increpes quemquam (temere), ne condemneris, ut arrogantia inflatus.

135. Ne riseris in lapsu alterius, ut ne ridearis, a quibus non velis.

136. Observa admonitiones hasce, ut coronam tibi gloriae concilient.

137. Sis observans horum praeceptorum, ut te clarum efficiant apud homines et acceptum deo: sic enim gaudio afficitur summum numen, et talibus recte factis colitur deus.

138. Semper proficere in bonis operibus stude. Vitae enim fuga via ad virtutem est bonaque et compendiaria.

139. Oportet incorruptibilium desiderio flagrantem pro nihilo ducere corruptioni obnoxia.

140. *Εἰ τὴν ζωὴν τὴν ὄντως ποθεῖς, προσδέχου ἀεὶ τὸν ἀνθρώπινον θάνατον, καὶ μίσει τὸν παρόντα βίον· ὁρᾷς γὰρ τὸν τροχὸν ἀπαύστως κυλιόμενον.*

141. *Μὴ ποθήσῃς ἀγαθὰ, ὧν ἡ χρῆσις παρέρχεται, καὶ ἡ κτῆσις ἀπόλλυται.*

142. *Γέλα τοὺς εὐπραγοῦντας, τοῖς δυσπραγοῦσι σύμπασχε· τοῦτο μὲν μισθὸς, ἐκεῖνο δὲ φιλοσοφίας πρόξενον.*

143. *Τὴν ὑπομονὴν ἄσκει, οἵαν αὐτὴν ἔγνως γυμνασθεῖσαν τοῖς μάρτυσι· ἐπειδὴ τὸ τῆς συνειδήσεως μαρτύριον καὶ ἡμεῖς ἀπαιτούμεθα.*

144. *Πάντων προτίμα τὴν ψυχὴν, καὶ τῆς ἀρετῆς ὁ δρόμος ἀκαμάτως ἀνύεται.*

145. *Πάντα μὲν φθαρτὰ, ἡ ψυχὴ δὲ ἀθάνατος· προτιμᾶσθαι τοίνυν τὰ ἄφθαρτα τῶν φθαρτῶν δέον.*

146. *Ἑτοιμάζου πρὸς τὰ λυπηρὰ, καὶ κερδαίνεις τὰ πλείονα.*

147. *Μὴ ζήτει παρὰ τοῦ Θεοῦ τὰ ἡδέα, μόνα δὲ τὰ συμφέροντα· ἐκεῖνα γὰρ αἰτηθεὶς, οὐ δίδωσιν· εἰ καὶ λάβῃς, φθείρονται.*

148. *Μὴ μέμφου τὴν πενίαν, ἀπερίσπαστον γὰρ τοῦ νόμου τὸν ἀθλητὴν ἀπεργάζεται.*

149. *Μὴ εὐφραίνου τῷ πλούτῳ· αἱ περὶ αὐτῶν γὰρ φροντίδες χωρίζουσιν ἀπὸ Θεοῦ ὡς τὰ πολλὰ, καὶ παρὰ γνώμην τῶν ἀνθρώπων.*

150. *Ἐγγὺς τὸ τέλος· ὁ ῥαθυμῶν ἑτοιμαζέσθω πρὸς μάστιγας. οὐ μακρὰν τὸ θέρος· ἀκανθῶν τοίνυν τὸν ἀγρὸν τῆς ψυχῆς ἀπαλλάξωμεν.*

151. *Οὐδὲν λανθάνει τὸν κριτὴν, ὥστε μάτην λανθάνοντες ἁμαρτάνειν σπεύδομεν.*

152. *Πρὸ τῶν ἀνθρώπων αἰσχύνου τοὺς ἀγγέλους· πολλοὶ γὰρ ἡμῖν πάρεισιν καὶ πάσης αἰσχρᾶς ἀποσχοινίζουσι πράξεως.*

153. *Μερίμνα τοῦ κριτοῦ τὸν ζυγὸν, καὶ πᾶν εἴ τί σοι κίβδηλον τῆς βιωτικῆς πείρας ἔκβαλλε.*

140. Si vitam, quae vere vita est, desideras, exspecta semper mortem humanam, et odio prosequere vitam praesentem. Vides enim, rotam indesinenter volvi.

141. Ne appetas bona, quorum usus praeterit et possessio perit.

142. Feliciter agentes ride, infelicibus vero condole: hoc enim merces est, illud vero philosophiae effectum.

143. Patientiam exerce, quemadmodum ipsam cognovisti exercitatam martyribus, quandoquidem conscientiae testimonio etiam nos examinabimur.

144. Omnibus rebus praeferas animam, et sic virtutis cursus sine fatigatione conficitur.

145. Omnia sunt corruptioni obnoxia, anima vero immortalis est. Incorruptibilia ergo praeferre decet corruptibilibus.

146. Praepara te contra adversa, et lucraberis inde plurima.

147. Ne petas a deo dulcia, sed sola tibi salutaria: illa etenim rogatus non donat: quod si etiam acceperis, intereunt.

148. Ne incuses paupertatem, constantem enim legis athletam efficit.

149. Ne laetare divitiis: curae enim, quae ipsis impenduntur, separant a deo ut plurimum, et praeter hominum exspectationem.

150. Prope est finis; ignaviae deditus paret se ad supplicium: non longe abest messis; a spinis igitur agrum animae liberemus.

151. Nihil judicem latet; frustra ergo peccare conamur, ut lateamus judicem.

152. Reverere angelos magis quam homines; multi enim nobis adsunt, et ab omni turpi actione recedunt.

153. Anxie meditare judicis trutinam, et omne si quid tibi adulterinum inest mundanae versutiae, rejice.

154. Ζημίαν εἶναι τὴν σχολὴν καὶ τὴν ἄνεσιν νόμιζε, καὶ σπεῦδέ τι πράττειν, ὧν ἀπαιτεῖσθαι μέλλομεν.

155. Ἀεὶ τοῦ βίου λογίζου τὸ ἀβέβαιον, καὶ οὐδέν σε τῶν ἐν αὐτῷ περισπᾶσαι δυνήσεται.

156. Τὰ φαιδρά σε τῆς γῆς μὴ τερπέτω τὰ πρόσκαιρα· ἄγκιστρα γάρ ἐστι τὴν ψυχὴν ὡς ἰχθῦν σαγηνεύοντα.

157. Ἀπέχου τοὺς πειρασμοὺς, εἰσελθὼν δὲ τὴν ἀνδρείαν ἐπίδειξον.

158. Μήποτε πτωχὸν παρίδῃς δακρύοντα, ἵνα μὴ παροφθῇ τῆς εὐχῆς σου τὸ δάκρυον.

159. Ἡ φιλοσοφία χρῆμα τοῖς ἀνθρώποις ἐξαίρετον· οὖσα δὲ μονογενὴς, μόνη μόνῳ συνεῖναι τῷ κεκτημένῳ βούλεται.

160. Χιτὼν ἡ ἀρετή ἐστι τοῦ θεοῦ· ταύτην ὕφαινε, καὶ γίνῃ στολιστὴς τοῦ τὴν κτίσιν ἐνδύοντος.

161. Ὅσα ἐπὶ γῆς, κλέπτεται· τὰ κατ' οὐρανὸν ἐργάζου· ταῦτα γὰρ εἰς τοὺς τῶν συλώντων δακτυλίους οὐκ εἰσέρχεται.

162. Παραιτεῖσθαι δεῖ τὸ τρυφᾷν· ἕλκει γὰρ εἰς πράξεις, ἀφ' ὧν στεναγμοὶ μετὰ τὴν νῆψιν γίνονται.

163. Τοὺς λογισμοὺς ἄμεινον τοὺς φιλοσάρκους βδελύττεσθαι, φθείρουσι γὰρ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν μολύνουσιν.

164. Οὐδὲ τὰ τῆς γῆς ἀγαθὰ χωρὶς κόπων ἀνύεται, ἀνθ' ὅτου τοίνυν τὰ οὐράνια διὰ τὸν μόχθον ἐκκλίνομεν;

165. Εἰ βούλει τὴν ἀρετὴν ἐκτὸς κόπου ἐργάζεσθαι, λογίζου τὸν κόπον πρόσκαιρον, καὶ τὸν μισθὸν αἰώνιον.

166. Ὅσοι πρὸς τὰς ἡδονὰς τὰς ἀτόπους προστετήκασι, τῆς ἀπολαύσεως τὸ βραχὺ, καὶ τῆς τιμωρίας τὸ μακρὸν λογιζέσθωσαν.

167. Ὅσον ὁ βίος ῥυπαρὸς, κτηνώδης εἰκότως ἡ ψυχὴ, καὶ πενθεῖν ὡς τὸ λογιστικὸν ὑφ' ἑαυτῶν ζημιωθέντες ὀφείλουσι.

168. Πάντα νόμιζε φθαρτὰ καὶ τὴν ἀρετὴν ἄφθαρτον.

154. Dammum esse otium et segnitiem existimato, semperque aliquid agere studo, quorum rationem possimus reddere.

155. Semper vitae considera inconstantiam, et nihil eorum, quae in illa usu venerint, in diversum te trahere poterit.

156. Laeta vitae hujus fluxa ne te oblectent: hami enim sunt, animam ut piscem irretientes.

157. Arce tentationes; tentatus vero fortitudinem praesta.

158. Nunquam pauperem despicias lacrymantem, ne despiciatur orationis tuae lacryma.

159. Philosophia hominibus res est eximia: unigenita vero existens, sola soli coire vult possessori.

160. Virtus dei indumentum est: hanc contexe, et ornaberis stola dei humanam naturam induentis.

161. Quaecumque in terra sunt, furto subtrahuntur; quare acquire coelestia, ea enim in praedantium digitos non perveniunt.

162. Delicate vivere fugere oportet: ad opera enim rapit, ex quibus gemitus post sobrietatem oriuntur.

163. Cogitationes carnales satius est abominari: corrumpunt enim corpus et animam polluunt.

164. Neque terrena bona sine laboribus parantur: cujus gratia igitur caelestia propter laborem declinamus?

165. Si vis virtuti absque labore operam dare, cogita laborem esse temporarium, mercedem vero aeternam.

166. Qui ad voluptates obscaenas colliquescunt, cogitent illi voluptatis brevitatem et poenae magnitudinem.

167. Quorum vita sordida est, eorum belluina sine dubio anima est: debentque lugere homines rationem sua culpa damno affectam.

168. Omnia corruptioni obnoxia esse putato, solam vero virtutem incorruptibilem existere.

169. *Ἀμέλει τῶν ἄλλων, ὅσα κτηνώδη κατασκευάζει τὸν ἄνθρωπον, ἐργάζου δὲ ταῦτα, ὅσα σε οὐράνιον ἀναδεῖξαι δυνήσονται.*

170. *Ἐπιμελοῦ τῆς ἀρετῆς, αὕτη γὰρ διὰ φιλοσοφίας νέον Ἀδὰμ ἀναδείκνυσιν.*

171. *Εἰ κρατεῖς γαστρὸς, κράτει καὶ γλώσσης, ἵνα μὴ τὸ μὲν ὑπάρχεις δοῦλος, τὸ δὲ τυγχάνεις ἀνόητος ἐλεύθερος.*

172. *Ἀγάπα τὸν Θεὸν, ὑπὲρ αὐτὸν δὲ τοὺς οἰκείους μὴ πρόσπασχε, μήπως αὐτοῦ κατὰ τὴν αὐτοῦ φωνὴν εὑρεθῇς, ὡς οὐ θέλεις, ἀνάξιος.*

173. *Καρτέρει τὰς θλίψεις, ἐν αὐταῖς γὰρ τοῖς ἀθλοῦσιν οἱ στέφανοι.*

174. *Μακάριον τὸ πάσχειν κακῶς, τὸ ποιεῖν δὲ τρισάθλιον· τοῦ Χριστοῦ γὰρ κληρονόμος ὁ πάσχων, τοῦ δὲ διαβόλου ὁ ποιῶν συγκληρονόμος.*

175. *Καλὸς ὁ τῆς νηστείας ἄρτος, ἐπειδὴ τῆς ζύμης τῶν ἡδονῶν ἐστιν ἐλεύθερος.*

176. *Ἅγιος ὁ τῆς προσευχῆς βωμός· ἕλκει γὰρ πρὸς ἡμᾶς τὸν ἅγιον τῶν ἁγίων ἁγίως.*

177. *Μὴ δόκει τὴν δικαιοσύνην ἀρετῆς εἶναι πάρεργον, ταύτης γὰρ χωρὶς πᾶσα πρᾶξις ἀκάθαρτος.*

178. *Εἰ σπείρεις πτωχοῖς, τὰ σαυτοῦ σπεῖρε· τὰ γὰρ ἀλλότρια ζιζανίων πικρότερα.*

179. *Τυφλός ἐστιν ὁ ἐλεήμων, εἰ μὴ τυγχάνει δίκαιος, γεωργῶν ἀγρὸν, ὃν θεωρῆσαι οὐ δύναται.*

180. *Προσδόκα μὲν ἀεὶ, μὴ φοβοῦ δὲ τὸν θάνατον. ἀληθὴς χαρακτὴρ φιλοσοφίας ἑκάτερον.*

181. *Σχηματίζου τὴν ἀρετὴν, οὐχ ὅπως ἀπατήσῃς, ἀλλ' ὅπως ὠφελήσῃς τοὺς βλέποντας.*

182. *Λέγειν χρὴ καλὰ καὶ τὰ μὴ καλὰ πράττοντα, ὅπως ἄρξηται τῶν ἔργων τοὺς λόγους αἰσχύνεσθαι.*

183. *Εἰ τὸν οὐρανὸν ποθεῖς, μηδέν σοι καὶ τῇ γῇ· οὐκ ἐᾷ γὰρ αὕτη πρὸς ἐκεῖνον ἀνίπτασθαι.*

184. *Μὴ βούλει πλουτεῖν φιλοπτωχείας ἕνεκα· ἀπὸ γὰρ δικαίων ἐλεεῖν ὁ Θεὸς νομοθετεῖ τὸν δίκαιον.*

169. Neglige alia omnia, quae belluinum reddunt hominem, operare vero ea, quae te coelestem habere originem ostendere possint.

170. Operam da virtuti, haec enim per philosophiam novum Adamum constituet.

171. Si ventri imperas, impera quoque linguae, ne tum servus existas ventris, tum etiam liber sis stolide.

172. Dilige deum, super ipsum vero domesticis ne adhaereas, ne forte juxta ipsius vocem ipso indignus, cum non volueris, inveniaris.

173. Perfer fortiter afflictiones, in ipsis enim certantibus coronae deferuntur.

174. Res est beata pati mala, facere vero miserrimum; qui enim patitur, Christi haeres, faciens vero diaboli cohaeres.

175. Bonus jejunii est panis, quandoquidem a voluptatis fermento immunis existit.

176. Sancta est orationis ara; pertrahit enim ad nos sanctum sanctorum sancte.

177. Ne cense, justitiam virtutis esse (tantum) appendicem; sine hac enim omnis actio immunda est.

178. Si seminabis pauperibus, quae tua sunt semina: aliena enim zizaniis sunt amariora.

179. Caecus est misericors, nisi sit etiam justus, colens agrum, quem contemplari non potest.

180. Exspecta semper nec vero metue mortem: utrumque enim verum philosophiae signum est.

181. Virtutem indue, non ut decipias, sed ut juves videntes.

182. Dicere oportet honesta etiam non honesta facientem, ut incipiat operum verba honesta facientem pudere.

183. Si coelum desideras, nihil tibi cum terra rei sit: non enim sinit haec ad illud evolare.

184. Ne velis malis artibus ditescere, ut sis pauperum sublevator, de juste partis enim jubet deus misereri justum.

185. *Εἰ ποτήριον ψυχροῦ δικαιοῖ τὸν οἰκτίρμονα, πόση τις ἀμοιβὴ τὸν πάντα σκορπίζοντα τοῖς πτωχοῖς διαδέχεται;*

186. *Μήτηρ τῶν ἀρετῶν ἁγνεία καὶ συμπάθεια· οὐ τοίνυν ἔνι τῷ Χριστῷ δίχα ταύτης ἢ ἐκείνης στρατεύεσθαι.*

187. *Μὴ ἀμέλει τῆς συμπαθείας· αὕτη γὰρ τὸν ἀγαθὸν δεσπότην ἐξ οὐρανοῦ κατήγαγεν.*

188. *Μὴ καταφρόνει τῆς ἁγνείας· τὸ γὰρ ἐξ αὐτῆς ὄργανον τὸν δι' ἡμᾶς σαρκωθέντα τοῖς ἀνθρώποις παρέστησε.*

189. *Μὴ εἴπῃς· στήσομαι τὸν ἐχθρόν· κριτὴν γὰρ δίκαιον ἐν οὐρανῷ κεκτήμεθα.*

190. *Μὴ βούλου τρυφᾶν, μὴ πλουτεῖν, μὴ δοξάζεσθαι· φθορὰ γὰρ ταῦτα τοῦ βίου, ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν οἱ φθειρόμενοι.*

191. *Ἐπὶ νεκρῷ μὴ θρήνει· κοινὴ γὰρ ἡ ὁδὸς, ὁ δὲ φθάνων μακάριος.*

192. *Τὸν ἁμαρτάνοντα πένθησον, οὐχὶ δὲ τὸν πτωχεύοντα· στεφανοῦται γὰρ οὗτος, ἐκεῖνος δὲ κολάζεται.*

193. *Γέλα μὲν τοῦ βίου τὸν τροχὸν, ἀτάκτως κυλιόμενον, φυλάττου δὲ τὸν βόθρον, εἰς ὃν κυλίει τοὺς ἐν αὐτῷ νυστάζοντας.*

194. *Λάλει τῷ θεῷ πολλὰ, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὀλίγα, τῇ μελέτῃ δὲ τοῦ νόμου κατορθώσεις ἑκάτερα.*

195. *Λουτὴρ ἀγαθὸς ψυχῆς τῆς προσευχῆς τὸ δάκρυον· ἀλλὰ μετὰ τὴν προσευχὴν μέμνησο, τίνος χάριν ἐδάκρυσας.*

196. *Τοὺς δυνάστας τοῦ βίου μὴ μακάριζε· δυνατοὶ γὰρ δυνατῶς ἐτασθήσονται, ὅτι αὐτοὶ τὸν κριτὴν αὐστηρότερον ἕξουσιν.*

197. *Δεῖ πονεῖν τὸν Ἀδὰμ, ἡμεῖς δὲ πονοῦντες ἐν τῷ νόμῳ τὴν ἀμοιβὴν κερδαίνομεν.*

198. *Ἀνάγκη τῆς Εὔας τοὺς κληρονόμους θλίβεσθαι, ἀλλ' ὅταν εὐχαρίστως τὰς θλίψεις ὑπομείνωμεν, εἰς εὐλογίαν ἡ κατάρα μετέρχεται.*

185. Si poculum frigidae aquae justificat misericordem: quanta, putas, retributio exspectat distribuentem omnia pauperibus?

186. Mater virtutum est castitas et commiseratio: non itaque licet Christo militare sine hac vel illa.

187. Ne negligas commiserationem, haec enim bonum dominum e caelo deduxit.

188. Ne contemne castitatem; illius enim organum Christum propter nos carne indutum hominibus exhibuit.

189. Ne dicas, sistam inimicum: justum enim judicem in coelo habemus.

190. Ne velis delicate vivere, nec dives esse nec gloriae cupidus. Corruptela enim haec vitae sunt, nos vero (Christiani) non sumus ii, qui corruptioni succumbimus.

191. Propter mortuum ne lugeas, communis enim via est, beatus vero, qui praecessit.

192. Peccantem luge, non vero illum, qui pauper est; hic enim coronatur, ille plectitur.

193. Ride rotam vitae, sine ordine rotatam, cave vero foveam, in quam devolvit dormitantes in ipsa.

194. Loquere deo multa et hominibus pauca: meditatione vero legis recte dispones utraque.

195. Balneum bonum animae est orationis lachryma. Sed post preces fusas memento, cujus gratia lachrymas fuderis.

196. Dynastas vitae ne beatos praedica; potentes enim cum sint, potenter quoque praeerunt, unde ipsi etiam judicem austeriorem habebunt.

197. Oportet laborare filios Adami, nos autem laborantes in lege retributionem lucrabimur.

198. Necesse est Evae filios affligi: verum quando patienter afflictiones sustinuerimus, in benedictionem nobis vertitur maledictio.

199. *Λύχνῳ πρὸς τὰς πράξεις τῷ συνειδότι κέχρησο· τοῦτο γάρ σοι ποίας μὲν ἐν βίῳ ἀγαθὰς, ποίας δὲ πονηρὰς ὑποδείκνυσιν.*

200. *Ἑαυτοὺς κρίνομεν, καὶ ὁ κριτὴς καταλλάσσεται· χαίρει γὰρ ὡς ἀγαθὸς τὸν ἁμαρτωλὸν θεωρῶν τὸ φορτίον αὐτοῦ σκορπίζοντα.*

201. *Εἴ τι ῥυπαρὸν ἡμῖν πέπρακται, τῇ μετανοίᾳ πλύνωμεν· μέλλομεν γὰρ καθαρὰν τὴν εἰκόνα μεθοδεύεσθαι.*

202. *Πρὶν γυμνωθῆναι τὰ ἕλκη τῆς ψυχῆς, θεραπεύσωμεν, ἵνα κερδαίνωμεν τοῖς φαρμάκοις τὰς μάστιγας.*

203. *Ὥσπερ δυσχερῶς οἱ δεσμῶται βαδίζουσιν, οὕτω τὸν δρόμον τῆς ἀρετῆς οἱ ῥυμπλακέντες τῷ βίῳ καθαρὸν οὐκ ἀνύουσιν.*

204. *Χρὴ τὴν ἁμαρτίαν μισεῖν· οὕτω γὰρ αὐτῆς τὴν παγίδα, κἂν ὀλισθήσῃ τις πρὸς αὐτὴν, ἐξελεύσεται.*

205. *Ὃς οὐ μισεῖ τὴν ἁμαρτίαν, ἐν ἁμαρτωλοῖς, εἰ καὶ μὴ πράττει τὴν ἁμαρτίαν, κρίνεται.*

206. *Ἐπὶ τῷ πλησίον ἁμαρτάνοντι στέναζε, ἵνα καὶ σεαυτὸν στενάξῃς· πάντες γὰρ ἐσμὲν ἐν ἐπιτιμίοις καὶ ἁμαρτίαις ὑπεύθυνοι.*

207. *Ἀναμίμνησκε τοῦ κριτοῦ τὸν φίλον ἁμαρτήσαντα, καὶ τὸ σὸν ἐμπλάττεις τραῦμα, κοινὸν γάρ ἐστι τῆς βουλῆς τὸ φάρμακον.*

208. *Λέγειν τι μέλλων ἢ πράττειν, τῆς μετὰ μικρὸν ἀπολογίας φρόντιζε, καὶ σωφρονήσεις τῷ φόβῳ διορθούμενος.*

209. *Τῆς ἁμαρτίας τὴν τιμωρίαν φοβοῦ, τὴν αἰσχύνην δὲ νάρκα· τὸ χαλεπὸν γὰρ ἑκατέρωθεν ἄμετρον.*

210. *Τῶν μελλόντων ἀγαθῶν καὶ τὸ κάλλος καὶ τὸ πλῆθος ἄπειρον.*

211. *Πάντα σκιὰ, καὶ καπνὸς, καὶ πομφόλυγες.*

212. *Μὴ σπεῖρε πονηρά· τὸ γὰρ θέρος ἐγγὺς, καὶ τὸ πῦρ τὸν γεωργὸν τῶν ἀκανθῶν ἐκδέχεται.*

213. *Ῥόδα τοῦ βίου ὑποκριταὶ, πλεονέκται, ὑποφιλήδονοι· ἀλλὰ μικρὸν καρτερεῖ καὶ τὸν χόρτον θεωρεῖς πατούμενον.*

199. Conscientia pro lucerna utere in actionibus tuis. Ea enim, quae in vita bonae sint actiones, quae vero malae, tibi ostendit.

200. Nos ipsos judicemus et judex placabitur: gaudet enim, ut bonus, peccatorem conspicatus onus suum discutientem.

201. Si quid sordidi a nobis commissum fuerit, id poenitentia lavemus; debemus enim puram imaginem nostram ut regulam imitari.

202. Priusquam nudata fuerint animae ulcera, curemus, ut effugiamus iis pharmacis flagella.

203. Quemadmodum vincti difficulter incedunt, sic cursum virtutis purum haud absolvunt vitae negotiis impliciti.

204. Oportet peccatum odisse; sic enim ipsius laqueum, etiamsi quis eo irretitus fuerit, effugiet.

205. Qui peccatum non odit, cum peccatoribus, etiamsi non fecerit ipsum peccatum, judicabitur.

206. Super proximo peccante suspira, ut te ipsum accuses; omnes enim sumus vitiis et peccatis obnoxii.

207. Commonefacias judicis amicum, qui peccavit, et hoc pacto tuum vulnus curabis: commune enim est consilii pharmacum.

208. Dicturus quid facturusque de apologia ejus cogita paulo post adhibenda, et cautius ages metu correctus.

209. Peccati poenam metue, turpitudinem vero neglige, in utroque enim excessus periculosus est.

210. Futurorum bonorum et pulchritudo et multitudo infinita est.

211. Omnia (mundana) umbra, et fumus, et bullae sunt.

212. Mala ne semina, messis enim prope est, et ignis excipiet spinarum agricolam.

213. Rosae vitae sunt hypocritae, avari et voluptuarii. Caeterum parumper sustine et gramen videbis conculcatum.

214. Πᾶσα πονηρὰ πρᾶξις ὁπλίζει τὸν διάβολον, ὁπλισθεὶς δὲ χαλεπαῖς τοῖς ὁπλίταις κέχρηται.

215. Εἰ βούλει ἐχθρὸν ἀσθενεῖν, τὴν ἁμαρτίαν περίκοπτε, γυμνὸς γὰρ ὢν πτερῶν ὡς στρουθίον ἐμπαίζεται.

216. Οὐαὶ τῷ ἀσεβεῖ· ὅταν πάντες φωτίζονται, τότε μόνος σκοτίζεται.

217. Οὐαὶ τῷ βλασφήμῳ· δεσμεῖται γὰρ τὴν γλῶσσαν, καὶ πῶς ἀπολογίσασθαι τῷ κριτῇ δύναται;

218. Οὐαὶ τῷ ἀνόμῳ· πρὸς κριτὴν γὰρ αὐστηρόν τε καὶ δίκαιον καὶ νομοθέτην ἀπέρχεται.

219. Οὐαὶ τῷ πλεονέκτῃ· ὁ πλοῦτος αὐτὸν φεύγει καὶ τὸ πῦρ ὑποδέχεται.

220. Οὐαὶ τῷ ῥαθύμῳ· ζητήσει γὰρ τὸν καιρὸν, ὃν κακῶς ἐδαπάνησεν.

221. Οὐαὶ τῷ ἀλαζόνι· ὅταν εἰσέλθῃ εἰς τὸν τάφον, τίς ὑπάρχει, διδάσκεται.

222. Οὐαὶ τῷ φιλοπόρνῳ· ῥυποῖ γὰρ στολὴν, καὶ τοῦ νυμφῶνος ἐκβέβληται.

223. Οὐαὶ τῷ λοιδόρῳ καὶ σὺν αὐτῷ μεθύσῳ· μετὰ φονευτῶν τάττεται, καὶ μετὰ μοιχῶν κολάζεται.

224. Οὐαὶ τῷ τρυφῶντι· καιρὸν γὰρ ὀλίγον ὡς μόσχος εἰς σφαγὴν ἑτοιμάζεται.

225. Οὐαὶ τῷ ὑποκριτῇ· ὁ ποιμὴν αὐτὸν ἀρνεῖται, καὶ λύκος ὁ κριὸς ἀποφαίνεται.

226. Μακάριος ὁ τὴν στενὴν ὁδεύων ὁδόν· στεφανηφορῶν γὰρ εἰς τὸν οὐρανὸν εἰσέρχεται.

227. Μακάριος ὁ τὰς ἡδονὰς πατῶν· τρέμουσι γὰρ τὴν πρὸς αὐτὸν πάλην οἱ δαίμονες.

228. Μακάριος ὁ τῇ ἀρετῇ καθαρὸς καὶ τὴν ψυχὴν ἀνυπόκριτος· κρίνειν γὰρ μέλλει τὸν κόσμον, οὐχὶ δὲ μετὰ τοῦ κόσμου κρίνεσθαι.

229. Μακάριος ὁ ἀγρυπνῶν ἐν προσευχαῖς καὶ ἀναγνώσεσι καὶ τῷ ἔργῳ τῷ ἀγαθῷ· φωτισθήσεται γὰρ ὁ τοιοῦτος τοῦ μὴ ὑπνοῦν εἰς θάνατον.

214. Omne opus malum armat diabolum, armatus rero graviter armatos accipit.

215. Si vis inimicum imbecillum reddere, pecca- um rescinde, nudatus enim alis, ut passerculus, illuditur.

216. Vae impio, cum enim omnes illuminantur, pse solus manet in tenebris.

217. Vae blasphemo, nam lingua ligabitur, et quo)acto judici respondere poterit?

218. Vae iniquo, ad judicem enim austerum et ju- itum et legislatorem proficiscitur.

219. Vae avaro, divitiae enim fugiunt, et excipit :um ignis.

220. Vae socordi, quaeret enim tempus (rebus ge- 'endis opportunum), quod male insumsit.

221. Vae superbo, cum enim ingreditur sepul- :hrum, quis sit, docetur.

222. Vae scortatori, sordidam enim reddit stolam, :t e coenaculo nuptiali ejicietur.

223. Vae conviciatori et una cum ipso ebrioso, :um homicidis enim constituitur uterque, et cum moe- :his puniuntur simul.

224. Vae delicias sectanti, tempore enim exiguo anquam vitulus ad mactationem paratur.

225. Vae hypocritae, pastor enim ipsum negabit :t ipse aries lupus esse demonstrabitur.

226. Beatus qui angustam ambulat semitam: coro- iatus enim in caelum ingredietur.

227. Beatus qui voluptates calcat: metuunt enim laemones cum eo certamen suscipere.

228. Beatus virtute purus et anima sincerus, judi- :aturus est enim mundum, non autem cum mundo ju- licandus.

229. Beatus qui vigilat in precationibus et lectioni-)us et opere bono, illuminabitur enim talis, ne obdor- niat in mortem.

ALIAE EIUSDEM NILI SENTENTIAE

collectae ex Antonio et Maximo et Joannis Damasceni Parallelis Sacris.

250. *Ὃς ἀποδίδωσι κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, οὐκ ἐξηνέχθη κακὰ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ.* [*Anton. Serm. X.* περὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν.]

231. *Περισσὸς πᾶς λόγος πρὸς διόρθωσιν, ὅταν ἡ τῶν ἀκουόντων πρὸς τὸ χεῖρον ἀποκλίνασα σπουδὴ τοῖς κατὰ συμβουλὴν λεγομένοις ἐναντίως διάκειται.* [*Ant. Serm.* περὶ ἀβουλίας καὶ βραδυβουλίας.]

232. *Καλὸν τοῖς ὅροις τῆς χρείας ἐμμένειν, καὶ φιλονεικεῖν πάσῃ δυνάμει τούτους μὴ ὑπερβαίνειν· ἐὰν γὰρ ὀλίγον παρενεχθῇ τις ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἐπὶ τὰ ἡδέα τοῦ βίου, οὐδεὶς λοιπὸν ἵστησι τὴν ἐπὶ τὰ πρόσω φοράν.* [*Ant. et Max. Serm.* περὶ αὐταρκείας.]

233. *Μέτρον κτήσεως ἐστὶν ἡ χρεία τοῦ σώματος, τὸ δὲ ταύτην ὑπερβαῖνον ἀκοσμία λοιπὸν καὶ οὐκ ἔτι χρεία ἐστίν. Ὡς γὰρ ὁ συμμεμετρημένος τῷ σώματι χιτὼν καὶ χρεία ἐστὶ καὶ κόσμος· ὁ δὲ πάντοθεν περιθέων, καὶ τοῖς ποσὶν ἐμπλεκόμενος, καὶ τῇ γῇ μετὰ τοῦ ἀπρεποῦς ἐπισυρόμενος, ἐμπόδιον πρὸς πᾶσαν ἐργασίαν γίνεται· οὕτως ἡ ὑπερβαίνουσα τὴν τοῦ σώματος χρείαν χρῆσις, καὶ πρὸς τὴν ἀρετήν ἐστιν ἐμπόδιον, καὶ πολλὴν ἔχει κατάγνωσιν παρὰ τοῖς τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων ἐρευνᾷν δυναμένοις.* [*Anton. ibid.*]

234. *Μακάριος ὁ τὸν βίον ὑψηλὸν ἔχων, ταπεινὸν δὲ τὸ φρόνημα.* [*Ant. et Max. Serm.* περὶ ταπεινοφροσύνης.]

235. *Βίος ἡσύχιος χρημάτων πολλῶν περιφανέστερος.* [*Anton. et Max. Serm.* περὶ πολυπραγμοσύνης.]

236. *Ἐπίπονος τοῖς νεωστὶ ἀποτασσομένοις ἡ ἡσυχία· τότε γὰρ καιρὸν λαβοῦσα ἡ μνήμη, πᾶσαν ἀνακινεῖ τὴν ἐγκειμένην ἀκαθαρσίαν, οὐ σχολάζουσα πρότερον τοῦτο ποιεῖν διὰ τὸ πλῆθος τῶν περισπώντων πραγμάτων.* [*Anton. et Max. ibid.*]

237. *Τελείας ψυχῆς ἐστι τὸ ἀμέριμνον· ἀσεβοῦς δὲ τὸ φροντίσι κατατρίβεσθαι.* [*Anton. Serm.* περὶ συνοχῆς πραγμάτων.]

230. Qui mala pro bonis rependit, ex ejus domo non ejicientur mala. [*Anton. Serm. X. de viris bonis et probis.*]

231. Inanis est omnis oratio, quae ad corrigendum adhibetur, si auditorum voluntas et studium ad deterius inclinans consilio nostro adversatur. [*Anton. Serm. de temerario et tardo consilio.*]

232. Bonum est intra fines necessitatis manere et omnibus viribus contendere, ne transcendamus illos. Nam si quis vel modicum per cupiditatem ad vitae delicias deflexerit, nullus deinceps, quo minus pergat, coercere potest. [*Anton. et Max. Serm. de continentia.*]

233. Modus possessionis, est necessitas corporis, quem transire immodestia est, non amplius necessitas. Ut enim tunica ad corporis modulum aptata usui est et ornamento; quae autem undique diffluit, et pedibus implicatur, et humi trahitur indecore, ad omnem actionem impedimento est; sic possessio, quae usum necessarium corporis excedit, virtutem impedit, multumque ab iis, qui rerum naturam scrutantur, vituperatur et condemnatur. [*Anton. ibid.*]

234. Beatus est, cujus est vita excelsa, spiritus autem humilis. [*Ant. et Max. Serm. de animi humilitate.*]

235. Vita quieta multis pecuniis anteponenda est. [*Anton. et Max. Serm. de curiositate.*]

236. Molestum iis, qui recens secesserunt, otium est, quod tunc occasionem nacta memoria omnem repetit et movet insitam immunditiem, cum antea ad id faciendum spatium non haberet propter multitudinem distrahentium negotiorum. [*Anton. et Max. ibid.*]

237. Perfecti animi est curae vacuitas: impii autem curis conteri. [*Anton. Serm. de negotiorum sollicitudine.*]

238. Καθάπερ ἴδιόν ἐστι τοῦ φωτὸς τὸ φωτίζειν, οὕτως ἴδιον θεοῦ τὸ ἐλεεῖν καὶ οἰκτείρειν τὰ οἰκεῖα ποιήματα. [Ant. et Max. Serm. περὶ ἐλεημοσύνης.]

239. Τὸν εὐεργετοῦντα σε εἰς ψυχὴν, ὡς ὑπηρέτην θεοῦ, μετὰ θεὸν τίμα. [Anton. et Max. Serm. περὶ εὐεργεσίας.]

240. Ἀπόστησον ἀπὸ τῆς συμβίου σου τὸν εὔνουχον Σμάραγδον, κἂν γὰρ δοκοίη τῶν κατὰ διδύμων ἐκτετμῆσθαι, ἀλλ' ἄνω ἔχει ἐν τῷ προσώπῳ πως τοὺς διδύμους ὀφθαλμοὺς, ἐμπαθῶς ἐμβλέποντας, καὶ ἐπισύρομένους ἤδη πονηρὰς μαρτυρίας. [Anton. et Max. Serm. περὶ ἁγνείας καὶ σωφροσύνης.]

241. Ὁ τοῖς ὀνείροις προσέχων, ἔοικε τῷ τὴν σκιὰν αὐτοῦ καταδιώκοντι. [Ant. et Max. Serm. περὶ ἐνυπνίων.]

242. Ὅταν ἐν τοῖς ὕπνοις τοῖς δαίμοσι πείθεσθαι ἀρξώμεθα, τότε λοιπὸν καὶ ἐγρηγορότας ἐμπαίζουσιν. [ibid.]

243. Τὸ ὀλιγωρεῖν καὶ μὴ θέλειν ὑπομένειν συμφορὰς μεγάλης καὶ ποικίλης ἀφροσύνης ἴδιον. [Ant. et Max. Serm. περὶ ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας.]

244. Ἡδονὴ οὐ παρέχεται πόνον, οὐδὲ λύπην χαρὰ, οὐδὲ κατήφειαν εὐφροσύνη. [Anton. Serm. περὶ καρδίας πονηρᾶς.]

245. Τὸ ὑποτάττεσθαι τοῖς κρείττοσιν ὠφελιμώτατον. [Anton. Serm. περὶ πολιτείας σεμνῆς καὶ ὑπακοῆς.]

246. Ἄπειρα τὰ καταρυπαίνοντα τὴν ψυχὴν κακὰ, ἅπερ ἐκνίψασθαι καὶ ἀπολούσασθαι παντελῶς οὐκ ἔνεστιν· ἀπολείπονται γὰρ ἐξ ἀνάγκης παντὶ θνητῷ κῆραι, λωφῆσαι μὲν γὰρ εἰκὸς, ἀναιρεθῆναι δὲ εἰσάπαξ ἀμήχανον. [ibid.]

247. Μὴ ἐξαπατάτω ἡμᾶς ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ περιφανῆ καὶ λαμπρὰ δεικνύμενα πράγματα. παρέρχεται γὰρ πάντως, καὶ οὐδὲν τῶν φαινομένων στάσιμον. [Anton. et Max. Serm. περὶ βίου ἀνωμαλίας.]

248. Πάντων σου τῶν πραγμάτων κατευοδουμένων, ἐκδέχου καὶ ζημίαν. [ibid.]

238. Ut lucis proprium est illuminare, sic dei proprium est misereri suorum operum. [*Anton. et Max. Serm. de eleemosyna.*]

239. Qui beneficium ad animum pertinens tibi praestat, veluti ministrum dei post deum honora. [*Anton. et Max. Serm. de beneficentia.*]

240. Remove a conjuge tua eunuchum Smaragdum: nam etsi geminis testibus inferioribus exsectus esse videtur, tamen habet nescio quomodo geminos in facie oculos, qui motus adspiciendo concitant, atque testes malos adsciscunt et perliciunt. [*Anton. et Max. Serm. de virginitate et castitate.*]

241. Qui observat insomnia, similis est umbram suam persequenti. [*Ant. et Max. Serm. de insomniis.*]

242. Quando in somnis daemonibus obedire incipimus, tum etiam vigilantes deinceps deludunt.

243. Contemnere et nolle pati calamitates, magnae et variae est insipientiae proprium. [*Anton. et Max. Serm. de patientia et lenitate.*]

244. Voluptas dolorem non exhibet, nec moerorem gaudium, nec tristitiam laetitia. [*Anton. Serm. de corde pravo.*]

245. Praestantioribus subjectum esse utilissimum est. [*Anton. Serm. de republica honesta et obedientia.*]

246. Infinita sunt mala, quae commaculant animam, a quibus expurgari et elui omnino non licet: necessario enim relinquuntur cuivis mortali sordes, quas leviores fieri credi potest, tolli autem omnino non possunt. [*ibid.*]

247. Ne decipiant nos res illae, quae in hoc mundo celebres ac splendidae videntur. Omnino enim praetereunt, et nihil ex apparentibus stabile est. [*Anton. et Max. Serm. de vitae inaequalitate.*]

248. Cum tibi omnia negotia bene succedant, exspectes quoque jacturam. [*ibid.*]

249. Οὐ χρὴ ἐπὶ παντὶ πτώματι καὶ πάσῃ ἁμαρτίᾳ ἀνθρώπου ἐπαίρεσθαι, οὐδὲ ἐπιχαίρειν ποτὲ τῷ ὑποσκελισθέντι, κἂν εἰ δοκεῖ ὁ τοιοῦτος ἐχθρὸς φόνιος εἶναι. [*Ant. et Max. Serm.* περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας.]

250. Διατί δίκαιοι ἀσθενοῦσι καὶ πένονται, ἄδικοι δὲ αἴρονται καὶ πλουτοῦσι; φημὶ, ἵνα οἱ μὲν στεφανωθῶσιν, οἱ δὲ αἰωνίως τιμωρηθῶσιν. [*ibid.*]

251. Πάντων σου τῶν πραγμάτων κατευοδουμένων, ἐκδέχου μεταβολήν· καὶ πάλιν ποτὲ ὑπὸ ἀπροσδοκήτων συμφορῶν κυκλούμενος φαντάζου τὰ χρηστὰ καὶ κρείττονα. [*ibid.*]

252. Τὸ ἀπροσδόκητον κακὸν θορυβεῖ πάντως ἐπελθὸν, τὸ δὲ προσδοκηθὲν εὐτρεπῆ πρὸς τὴν πεῖραν εὑρὸν τὸν λογισμὸν κουφότερον ποιεῖ τὸ δεινόν. [*Max. Serm.* περὶ ἐλπίδος.]

253. Θρὶξ λελευκασμένη τὴν ἐντεῦθεν τῆς ψυχῆς ἀποδημίαν βοᾷ καὶ διαμαρτύρεται. [*Anton. Serm.* περὶ γερόντων.]

254. Τὸ ἐλπισθὲν ἀγαθὸν εἰς τοὐναντίον περιπεσὸν ἀπαραμύθητον ἔχει τὸ πάθος. [*Anton. Serm.* περὶ ἐλπίδος εἰς Θεόν.]

255. Ὁ πορευόμενος ἐπὶ τεσσάρων ἀκάθαρτος, ἐπὶ τεσσάρων δὲ πορεύεται ὁ ταῖς χερσὶν ἐπερειδόμενος, καὶ πᾶσαν ἐπ' αὐταῖς ἔχων τὴν πεποίθησιν. [*Anton. Serm.* περὶ τῶν πεποιθότων ἐπὶ πλούτῳ.]

256. Ὅταν περί τινος ἀγαθοῦ παρακαλέσῃς τὸν Θεὸν καὶ μὴ εἰσακούσῃ σου παραυτίκα, μὴ ὀλιγωρήσῃς μηδὲ μικροψυχήσῃς· πολλάκις γὰρ πρὸς τὸ παρὸν οὐ συμφέρει σοι τὸ αἴτημα. [*Anton. et Max. Serm.* περὶ προσευχῆς.]

257. Ὥσπερ τὰ στρούθια διὰ τῆς τῶν πτερῶν κινήσεως μετάρσια γίνεται, οὕτω καὶ ὁ θεοσεβὴς ἄνθρωπος ἀπὸ τῶν ἐπιγείων πρὸς τὰ οὐράνια διὰ τῶν προσευχῶν μετατίθησιν ἑαυτόν. [*ibid.*]

258. Ἐὰν κακῶς καὶ ἀξυμφόρως αἰτεῖς, καθάπερ ὁ πυρέττων ἄνθρωπος παρακαλεῖ παρασχεῖν αὐτῷ οἶνον, προβλέπων ὁ Θεὸς τὰ μέλλοντα οὐ ποιεῖ τὸ θέλημά σου οὐδὲ παρέχει τὴν ἀλόγιστον αἴτησιν. [*ibid.*]

249. Non decet propter omnem casum aut delictum cujusquam animo efferri, nec laetari, si quis alterius fraude sit prostratus, etiamsi capitalis hostis esse videatur. [*Ant. et Max. Serm. de fortuna bona et mala.*]

250. Cur justi infirmi sunt et egestate premuntur, injusti autem evehuntur et divites sunt? Mea sic est sententia: ut illi coronentur, hi vero perpetuo crucientur. [*ib.*]

251. Omnibus tuis rebus ex sententia tua procedentibus exspecta mutationem: et rursus, si quando inexspectatis calamitatibus affectus fueris, meliora et jucundiora tibi promitte. [*ibid.*]

252. Inexspectatum malum omnino tumultum ciet, cum incidit, exspectatum vero, quia praeparatum ad suscipiendum invenit animum, calamitatem efficit leviorem. [*Max. Serm. de spe.*]

253. Capillus albus factus animam hinc abituram testatur et clamat. [*Ant. Serm. de senibus bonis.*]

254. Bonum speratum, si secus et in contrarium cadens nos fallat, affectum vix ullo mitigandum solatio gignit. [*Ant. Serm. de spe in deum.*]

255. Qui super quatuor ingreditur, impurus est. Ingreditur autem super quatuor, qui manibus innititur et omnem in iis habet fiduciam. [*Ant. Serm. de iis, qui divitiis et hominibus fidunt.*]

256. Quando bonum aliquod a deo petieris, nec ille te statim audierit, noli te ipsum negligere nec animum dejicere. Saepenumero enim non conducit tibi tua petitio ad praesens tempus. [*Anton. et Max. Serm. de precatione.*]

257. Ut aviculae alarum motu in sublime tolluntur, sic et vir pius et deum colens a terrestribus ad coelestia, per precationem semet ipsum transfert. [*ibid.*]

258. Si male et inutiliter aliquid petas, quemadmodum, qui febricitat, simpliciter petit sibi dari vinum; deus, qui futura providet, tuae non paret voluntati, neque dat, quae sine ratione petis. [*ibid.*]

259. *Μὴ πλοῦτον προσευχῇ ζητήσῃς, μὴ ὑγιείαν, ἢ τῶν ἐχθρῶν ἄμυναν, μὴ δόξαν ἀνθρωπίνην, ἀλλὰ μόνον τὰ συντελοῦντα πρὸς σωτηρίαν ψυχῆς.* [*ibid.*]

260. *Ὥσπερ τὸ ἀναπνεῖν οὐδέποτε ἄκαιρον, οὕτως οὔτε τὸ αἰτεῖσθαι παρὰ κυρίου αἰτήματα μυστικὰ μέχρις ἐσχάτης ἀναπνοῆς.* [*ibid.*]

261. *Μὴ νομιζέτωσαν ἀνέσεως καὶ ἀπολαύσεως εἶναι πρόφασιν τὸ πρᾶγμα (τοῦ ἐπισκόπου)· πάντων γὰρ ἐπιπονώτερόν ἐστιν ἄρχειν ψυχῶν, καὶ δεῖ τοὺς ἐπὶ τοῦτο ἐρχομένους ἀλείψασθαι, ὡς πρὸς ἀγῶνα ἐπίπονον εἰςβάλλοντας.* [*Ant. Serm.* περὶ ἐπισκόπων μοχθηρῶν.]

262. *Μαθέτωσαν, εἰ βούλοιντο, παρὰ τοῦ Ἀβιμέλεχ καὶ τοῦ Γεδεὼν, ὅτι οὐ λόγος, ἀλλ' ἔργον τοὺς ἀρχομένους ἐνάγει πρὸς τὴν μίμησιν· τοῦ μὲν ποιήσαντος φορτία ξύλων καὶ βαστάσαντος καὶ λέγοντος· ὃν τρόπον ἴδετέ με ποιοῦντα, ποιήσατε καὶ ὑμεῖς, τοῦ δὲ ἔργων εἰσηγουμένου καινῶν, καὶ ἑαυτὸν προστάσσοντος τῆς ἐργασίας καὶ λέγοντος· ἀπ' ἐμοῦ ὄψεσθε καὶ οὕτως ποιήσατε.* [*ibid.*]

263. *Ἡ τοῦ διδασκάλου ἀπειρία ἀπόλλυσι τοὺς μαθητευομένους, καὶ ἡ τῶν μαθητευομένων ἀπώλεια κίνδυνον φέρει τῷ διδασκάλῳ, καὶ μάλιστα ὅταν παρὰ τὴν αὐτοῦ ἀνεπιστημοσύνην ῥαθυμοῖεν ἐκεῖνοι.* [*ibid.*]

264. *Ἔστιν ὅτε καὶ θεολογεῖν ἐπιχειροῦσιν, ὅπου καὶ ἡ ἀλήθεια ἀνέφικτος καὶ ὁ στοχασμὸς ἐπικίνδυνος.* [*Joann. Damasc. Sacr. Parallel. Opp. ed. Lequien. Tom. II. p.* 304.]*)

265. *Οὐδενὸς οὕτως ὡς χρόνου πενόμεθα, καὶ ἡ μὲν τέχνη μακρὰ, βραχὺς δὲ ὁ βίος ἡμῶν, ἐγγὺς τὸ τέλος τῆς ζωῆς. Γρηγόρησον, ἄνθρωπε.* [*ibid.* 323.]

266. *Καθεύδεις, καὶ ὁ χρόνος σε παρατρέχει, ἐγρήγορας, καὶ περὶ τὰ μάταια τὴν ἑαυτοῦ περιέλκεις καρδίαν· ἀλλ' ὅμως μειοῦται ἡ ζωή σου, κἂν αὐτὸς μὴ αἰσθάνῃ μηδὲ συνιῇς.* [*ibid.*]

---

*) *Ex plurimis, quae Joannes Damascenus ex Nili scriptis excerpta Operi suo Parallelorum Sacrorum inseruit, equidem ea tantum recepi, quae praecepta ad vitam utilia continerent, exclusis omnibus vel ad theologiam quam vocant dogmaticam,*

259. Divitias in precatione ne petas, nec sanitatem, nec inimicorum ultionem, nec humanam gloriam; sed ea tantum, quae ad animae salutem pertinent. [*ibid.*]

260. Quemadmodum respirare nunquam est intempestivum, sic neque postulare a domino petitiones mysticas usque ad extremum spiritum. [*ibid.*]

261. Rem esse quietis (*episcopatum*) et voluptatis praetextum non debemus existimare: omnium enim rerum laboriosissimum est animis praeesse. Et eos, qui eo accedunt, unctos esse oportet, ut qui in certamen laboriosum descendant. [*Ant. Serm. de episcopis malis.*]

262. Discant, si velint, ab Abimelech (*Jud. IX.*) et Gedeon, subjectos non dictis sed factis ad imitationem incitari: ille quidem lignorum fasces et faciebat et portabat, ac suis, Quemadmodum, inquit, vidistis me facientem, ita et vos facitote: hic autem ad res novas quum hortaretur et duceret suos, ipseque auctor esset facinoris, Quod me, inquit, facere videtis, idem vos quoque facitote. [*ibid.*]

263. Doctoris imperitia discentes perdit, at discipulorum calamitas periculum creat doctori, praesertim cum propter illius inscientiam illi imperiti et inertes fuerint. [*ibid.*]

264. Interdum de divinis rebus disserere conantur, ubi nec veritatem assequi quisquam potest, et conjecturis uti periculosum est.

265. Nullius perinde rei, ut temporis, penuria laboramus. Ac quidem ars longa est, vita autem brevis. Vitae finis imminet. Vigila, o homo.

266. Dormis, et tempus te praetergreditur: vigilas ac mentem tuam circa res vanas abstrahis. Interim vita tua imminuitur, cum nec ipse sentias, nec intelligas.

---

vel ad disciplinam sui temporis ecclesiasticam, vel ad commendandam vitam solitariam ac monasticam spectantibus, tanquam a consilio hujus operis alienissimis. [O.]

267. *Φύλλα καὶ πομφόλυγας, καὶ καπνὸν καὶ ἄχυρα, καὶ σκιὰν καὶ κονιορτὸν ἀπὸ ἅλωνος ἐκριπτούμενον ὑπὸ ἀνέμου προσεῖπον πάντα τοῦ παρόντος αἰῶνος τὰ λαμπρά· πάντα γὰρ τὰ γήϊνα τὴν γῆν εὑρίσκει τὸ τέλος.* [*ibid.*]

268. *Ἱππόδρομον νοήσεις τὸν παρόντα αἰῶνα· πάντες γὰρ ἐν αὐτῷ φαῦλοί τε καὶ ἀγαθοὶ ἄνθρωποι δίκην ἵππου τρέχουσιν πρὸς τὸ οἰκεῖον ἕκαστος ἐπειγόμενοι πέρας. Οὐκ οἴδατε, φησὶν, ὅτι οἱ ἐν σταδίῳ τρέχοντες, πάντες μὲν τρέχουσιν, εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον; ἐγὼ τοίνυν οὕτω τρέχω, ὡς οὐκ ἀδήλως. εἰκότως οὖν ἱππόδρομον λέγομεν τὸν παρόντα βίον.* [*ibid.*]

269. *Θρὶξ λελευκασμένη τὴν ἐντεῦθεν τῆς ψυχῆς ἀποδημίαν βοᾷ καὶ διαμαρτύρεται. ὅθεν κατὰ τὸ γεγραμμένον· Ἑτοίμαζε τὰ ἔργα σου εἰς τὴν ἔξοδον. θεατέον γὰρ τὴν χώραν τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ πώγωνος, ὅτι λευκὴ ὑπάρχει πρὸς θερισμὸν, καὶ μέλλει δρεπάνη τὶς νοητὴ διὰ θανάτου ἐκτέμνειν τὴν ψυχήν σου ἐκ τοῦ σώματος, καὶ εἰς ξένους τινὰς πάμπαν ἀγνοουμένους μετακομίζειν τόπους τῇ τοῦ κυρίου διατάξει.*

270. *Μὴ ἐξαπατάτω ἡμᾶς τὰ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ περιφανῆ καὶ λαμπρὰ δεικνύμενα πράγματα· παρέρχεται γὰρ τὰ πάντα καὶ οὐδὲν παντελῶς τῶν φαινομένων στάσιμον. Ἐπιστάμενοι οὖν, ὡς οὐδὲν τῶν παρόντων παραμένει τοῖς κτήτορσι, καὶ ὅτι δεῖ πάντως ἐξελθεῖν ὥσπερ ἐκ πανδοχείου, φροντίσωμεν τῆς ὁδοῦ τῆς ἀπαγούσης ἐκεῖ, καὶ τὰ ἐφόδια τῆς αἰωνίου ζωῆς ἑαυτοῖς ἀπενεγκώμεθα, δι' εὐχῶν, δι' ἐλεημοσυνῶν, διὰ πραότητος, διὰ γνώσεως τῶν θεοπνεύστων γραφῶν, διὰ τῆς πρὸς τοὺς οἰκέτας εὐμενείας καὶ συγκροτήσεως, καὶ διὰ τῶν ἄλλων πραγμάτων, ὧν ὑπαγορεύει ὁ ἀληθὴς λογισμός.* [*ibid. pag.* 326.]

271. *Πέφυκεν ἕκαστος τῶν κακούργων ἀνδρῶν τὸ δίκαιον λέγειν κακόν.* [*ibid. pag.* 340.]

272. *Εἰ μηδὲν πράττεις φαῦλον, μηδὲν φοβηθῇς πάμπαν· εἰ δὲ κακὰ ἐργάζῃ, φοβήθητι τὸν κριτήν.* [*ibid.*]

273. *Τῇ φύσει τὸ ἀγαθὸν ἄνω φέρον ὑπάρχει, τὸ δὲ κακὸν πρὸς τὰ κάτω καθέλκει τὸν κεχρημένον, ὥς που*

267. Folia et bullas et fumum et paleas et umbram et pulverem ab area vi venti excussum omnem hujus aevi splendorem appellavi. Terrena enim omnia terram finem habent.

268. Praesens aevum circum esse cogita. Omnes enim in eo tam boni quam mali equorum instar currunt, ad suam quisque metam contendentes. An nescitis, inquit ille (*Paulus scil.* 1 *Cor. IX,* 27.), quod, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, unus autem accipit coronam? Ego sic curro, non quasi in incertum. Non abs re igitur praesentem vitam circum appellamus.

269. Canities animae ex hac vita discessum clamat et contestatur. Quocirca, quemadmodum scriptum est, praepara opera tua ad exitum. Considerandum quippe est, capitis et barbae regionem albam esse ad messem, et propediem fore, ut falx quaedam spiritualis animam tuam a corpore per necem abstrahat, et domino jubente in aliena quaedam et ignota prorsus loca transvehat.

270. Ne nobis fucum faciant res hujus mundi, quae splendoris et claritatis speciem praeferant. Nam cuncta transeunt, nec quidquam ex his, quae in aspectum cadunt, firmum et stabile est. Cum itaque noverimus, nihil ex praesentibus rebus cum possessoribus suis permanere, nobisque tandem necesse esse velut ex hospitio pedem efferre; sit nobis curae ea via, quae ducit ad caelum, utque aeternae vitae nobiscum viatica comportemus, per preces, per eleemosynas, per mansuetudinem, per divinarum scripturarum notitiam, per benignitatem facilitatemque erga famulos, ac per res alias, quas vera ratio dictat.

271. Sceleratus quisque illud, quod justum est, malum dicere consuevit.

272. Si nihil admittis mali, nihil prorsus extimescas: sin male et scelerate vivis, judicem metue.

273. Bonum suapte natura sursum fert: malum autem eum, qui malo delectatur, ad ima detrahit, quem-

καὶ ὁ Σολομῶν ἐφράσατο, ὅτι οἱ πόδες τῆς ἀφροσύνης τοὺς χρωμένους αὐτῇ εἰς ᾅδην κατάγουσιν. [*ibid.*]

274. Καταγέλαστον ἂν εἴη τὸ κατάρχειν τῶν ἀνδραπόδων, ἐξανδραποδίζεσθαι δὲ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. [*ibid.*]

275. Αἱρετὸν μᾶλλον δοῦλον γενέσθαι καὶ οἰκοτρίβων οἰκότριβα, ἢ δουλωθῆναι ποτὲ πάθεσι καταράτοις. [*ibid.*]

276. Ὅταν ἄνθρωπος δίκαιος ἐκπέσῃ, λέγωμεν περὶ αὐτοῦ τὸ λεχθὲν παρὰ τοῦ Ἡσαΐου· Πῶς ἐξέπεσεν ὁ ἑωσφόρος ἐξ οὐρανοῦ, καὶ εἰς τὴν γῆν συνετρίβη; [*ibid. pag.* 343.]

277. Παντοίοις πάθεσι καὶ ταλαιπωρίαις καταβεβάπτισται ἡ ἀθλιότης τῆς ὧδε ζωῆς. [*ibid. pag.* 392.]

278. Ἐπὶ παντὸς ὡς ἐπιπολὺ πράγματος ἐπισφαλὴς σύμβουλος ἡ νεότης, καὶ οὐκ ἄν τις εὕρῃ ῥαδίως κατορθωθέν τι τῶν σπουδῆς ἀξίων, ὧν καὶ μὴ πολιὰ συμπαρελήφθη πρὸς κοινωνίαν τοῦ σκέμματος.

279. Ἀφεκτέον βρωμάτων, οὐ δι᾽ αὐτὰ, ἀλλὰ διὰ τὰς ὑπ᾽ αὐτῶν βλάβας. [*idem p.* 418.]

280. Ὁ τῆς γαστριμαργίας λογισμὸς τέλος ἔχει τὸ τῆς πορνείας· τὸ δὲ τῆς πορνείας τέλος ἔχει τὸ τῆς λύπης. [*ibid.*]

281. Φάγε τὴν χρείαν, οὐ γὰρ κεκώλυται ἡ μετὰ συμμετρίας μετάληψις· φάγε οὖν εὐχαρίστως, ἀλλὰ μὴ καταφάγῃς, οἱ γὰρ καταφαγάδες μεμίσηνται. [*ibid.*]

282. Πᾶς ἄνθρωπος ἄπληστος καὶ ἀκόρεστος ἀτιμίαν καὶ πάθη ἐπίσταται διὰ γαστριμαργίας. [*ibid.*]

283. Οὐκ ἀγαθὸν ἀνθρώπῳ γνωστικῷ τε καὶ σώφρονι ἑλομένῳ ὑπὲρ τὸ δέον σιτεύεσθαι. πᾶν γὰρ ὑπὲρ τὴν χρείαν ἀχρεῖον καθίσταται. [*ibid.*]

284. Οὐκ οἶσθα, ὅτι ὑπὲρ τὸ δέον βεβρωκὼς Ἰσραὴλ ἀπελάκτισε καθάπερ ἡμίονος, καὶ ἀπέστη τοῦ πρέποντος; [*ibid. pag.* 419.]

285. Μὴ βαρυνέσθω τὸ σῶμα τοῖς ἀμέτροις βρώμασί τε καὶ πόμασιν, ἵνα μὴ ἐκ πλησμονῆς νοσήματι βλαβῇς, καὶ τὴν ψυχὴν σκοτασμοῖς περιβάλλῃ, καὶ ταῖς τῶν ἡδονῶν φάλαγξιν ἐκπορευθῇς. [*ibid.*]

admodum et Salomon dixit: Pedes stultitiae eos, qui ipsa utuntur, in infernum deducunt.

274. Perridiculam fuerit mancipiis quidem imperare, a peccato autem in servitute teneri.

275. Praestabilius est hominis servum fieri, imo servum servorum, quam a turbidis animi affectibus in servitutem trahi et perturbationibus percelli.

276. Dum homo justus a justitia exciderit, de illo dicamus, quod ab Esaia (*XIV*, 12.) dictum fuit: Quomodo cecidit e coelo Lucifer, et in terra contritus est?

277. Omnigenis perturbationibus et aerumnis misera haec vita obruitur.

278. In omni re plerumque periculosum est a juventute consilium petere, neque facile quisquam aliquid pretio dignum esse confectum reperiat, cui non canities quoque ad consilii societatem adscita fuerit.

279. A cibis abstinendum est non ciborum caussa, sed propter detrimenta, quae ex iis oriuntur.

280. Affectus gulae in scortationis vitium desinit, scortatio autem moerore terminatur.

281. Comede, quantum opus sit: neque enim moderatus cibus prohibetur. Comede igitur cum gratiarum actione: non autem devora: voraces enim odio sunt.

282. Quisquis inexplebili voracitate affectus est, ignominiam et perturbationes per gulositatem novit.

283. Malum est homini scientia praedito et frugi, praeterquam quod opus sit edere. Quidquid extra necessitatem est, inutile redditur.

284. An nescis, Israelem, simul atque plus quam par erat comedit, instar muli calcitrasse atque a decore et officio descivisse?

285. Corpus immoderato cibo et potu noli gravare, ne ex ingluvie in morbum incidas, atque vertiginem patiaris animi, et voluptatum agminibus expugneris.

286. *Σαυτὸν ὑπὲρ τὸ δέον σιτεύων λέληθας τὸν ἐχθρόν σου σιτεύων. οὐκ ἂν δύναιο τῷ κλύδωνι τῶν παθῶν ἀντιστῆναι, πεφορτωμένος τῇ διαψιλείᾳ τῶν τρυφημάτων.* [*ibid.*]

287. *Ἔμφυτον τῇ πλησμονῇ ἡ τοῦ ἑτέρου ἐπιθυμία.* [*ibid.*]

288. *Ἀναγκαῖον λεπτῦναί σε τὸ παχυνθὲν σαρκίον, διότι παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν νοῦν οὐ τίκτει, καὶ μάλιστα ὅτι σχολαστικὸς πολλῆς νήψεως δεῖται.* [*ibid.*]

289. *Φιλήδονος καὶ φιλενδείκτης ὑπάρχων οὐ μακρὰν ἀφεστήκασι τῆς ταρταρείας Χαρύβδεως.* [*ibid.*]

290. *Μὴ ἀγνοήσῃς, ὅτι τῆς εὐφραινομένης εὐδαιμονίας οὐδὲν ὑπάρχει κακοδαιμονέστερον.* [*ibid.*]

291. *Φείδου μοι, παρακαλῶ, τῆς ἀκαταστάτου γλώσσης. Χαλεπώτερος γὰρ ὁ τῆς γλώσσης ὄλισθος τοῦ τῶν ποδῶν ὀλίσθου.* [*id. pag.* 420.]

292. *Κἂν, ὡς λέγεις αὐτὸς, οὐδένα θλίβεις, οὐ τύπτεις, οὐκ ἐκπιέζεις, οὐκ ἀδικεῖς, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν συνδιατριβόντων σοι ὑποίσεις φοβερὸν λογοθέσιον.* [*id. p.* 415.]

293. *Μή τις σφοδρῷ λιμῷ κάτεγχε τοὺς σεαυτοῦ δούλους, ἄνθρωπε, ἀλλ' ὅσον εἰς ἀλλοτρίους εὐψυχεῖς, καὶ χαρίζῃ τοῖς ἔξωθεν αἰτοῦσι διὰ κενοδοξίαν, τοσοῦτον διὰ θεὸν χορήγησον τοῖς ἰδίοις οἰκέταις, ἵνα μηδὲν περαιτέρω σημάνω.* [*ibid.*]

294. *Αἱ περὶ τὰ δικαστήρια σπουδαὶ ταῖς πολυτρόποις ἁμαρτίαις ὑπηρετοῦσιν, μυρίας τοῖς ἀδικοῦσι τὰς συνηγορίας εὑρίσκουσαι.* [*id. pag.* 446.]

295. *Ὁ τὴν θείαν ἀπάθειαν κατορθῶσαι σπουδάζων ἀδούλωτον παντὶ πάθει ὀφείλει φυλάξαι τὸν ἑαυτοῦ λογισμόν· πεῖσον τοίνυν σεαυτὸν διὰ τὸν θεὸν μόνον, καὶ μὴ δι' ἀνθρωπίνην εὔφθαρτον καὶ ἐξίτηλον δόξαν τὸ ἀγαθὸν ἐκτελεῖν.* [*id. pag.* 461.]

296. *Προσέταξε κύριος, ἵνα ἐπικαλέσῃ αὐτὸν ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως· διὸ οὐ χρὴ κατοκνεῖν, ἀλλὰ παντὶ μὲν καιρῷ ἐπικαλεῖσθαι τὸν θεὸν, μάλιστα δὲ ἐν τοῖς καιροῖς τῶν θλίψεων· ἵνα δείξωμεν τοῖς ἐχθροῖς, ὅτι οὐ κατεπόθημεν ὑπὸ*

286. Cum te ultra modum pascis, hostem imprudens pascis. Delicatorum eduliorum copia praegravatus perturbationum fluctui nulla queas ratione reluctari.

287. In ingluvie venerea cupiditas insita est.

288. Operae pretium est, ut saginatam carnem extenues; nam crassus venter subtilem mentem non generat: ac praesertim is, qui otium colit, ingenti sobrietate opus habet.

289. Qui luxus ostentandi studio tenetur, haud longe abest a tartarea Charybdi.

290. Ne sis nescius, laeta hac corporis firmitate et ingentis felicitatis splendore nihil esse miserius.

291. Parce quaeso effreni linguae tuae. Gravior enim est linguae quam pedum lapsus.

292. Quamvis, ut ipse asseris, neminem premas, neminem verberes, neminem affligas, neminem afficias injuria, tamen pro iis, qui tecum versantur, horrendam censuram subibis.

293. Ne servos tuos immodica fame conficias, o homo; sed quantum alienis te liberalem praebes, atque externis, qui a te aliquid petunt, inanis gloriae causa gratificaris, tantum famulis tuis, ne quid significem amplius, propter deum subministra,

294. Forensia studia variis peccatis subministrant; quippe quae innumera patrocinia comminiscuntur iis, qui injuriam aliis inferunt.

295. Qui divinam animi tranquillitatem consequi studet, id debet agere, ut mentem suam ab omni turbida affectione liberam custodiat. Quocirca hoc tibi ipsi persuade, ut propter deum solum, ac non propter caducam et confestim exolescentem gloriam hominum, quod bonum est, efficias.

296. Imperavit dominus, ut ipsum invoces in die tribulationis. Quare cunctari non debemus, sed cum semper alias, tum praesertim afflictionis tempore divinam opem implorare, quo perspicuum hostibus facia-

τῶν περιστάσεων, ἀλλὰ μετὰ πεποιθήσεως πρὸς τὸν θεὸν ἄνω βλέπωμεν. [id. pag. 471.]

297. Πλειστάκις δεηθεὶς, καὶ ἀποτυχὼν, μὴ ἀποκάμῃς μηδὲ ἀπελπίσῃς, ἀλλὰ ἀνακαινίσας τοὺς πρὸς θεὸν λιβέλλους, πάλιν πρόσελθε ἀναιδῶς τῷ δεσπότῃ. προτιμᾶται γὰρ ἐν ταῖς ἀνάγκαις τῆς αἰδοῦς ἡ ἀναίδεια, διὰ γὰρ τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ δοθήσεται αὐτῷ, ὅσον θέλει, καθὼς εἶπεν ὁ κύριος. [ibid.]

298. Ἡμέρας, φησὶν, ἐκέκραξα, καὶ ἐν νυκτὶ ἐναντίον σου, κύριε ὁ θεός μου. ὁρᾷς, πῶς Δαβὶδ ὁ θεσπέσιος ὑποτύπωσις ἡμῖν γίνεται πρὸς τὸ ἀδιαλείπτως εὔχεσθαι, καὶ μὴ καταφέρεσθαι εἰς ἀκηδίαν. [ibid.]

299. Εἰ πλεονάκις ὠφελήθημεν ἀνδρὶ ἀγαθῷ συντυχόντες, πηλίκα κερδανοῦμεν καθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ προσδιαλεγόμενοι δι' εὐχῆς καὶ ψαλμῳδίας τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων. [ibid.]

300. Οὐ τὸ τυχὸν ἀγαθὸν, ἀλλὰ καὶ ἄγαν μέγα τὸ πάντοτε διὰ τῆς ἱκετείας ἑαυτοὺς τῷ κρείττονι παρατίθεσθαι. [ibid.]

301. Οὐ μικρὸν τοῖς ἐλαχίστοις καὶ τὸ μίαν βαθμίδα τῆς τῶν ἀρετῶν κλίμακος ἀναβῆναι, καὶ τέως ἄνω γενέσθαι τῆς γῆς. [ibid.]

302. Τόλμησον προσελθεῖν μετὰ κλαυθμοῦ τῷ οὐρανίῳ ἀρχιάτρῳ Ἰησοῦ, καὶ πάντα τῆς ψυχῆς ἀπογυμνῶσαι τὰ τραύματα· οὐδὲν γὰρ ἂν εἴη πάθος, ὅπερ μὴ ἰσχύει θεραπεῦσαι Χριστὸς ὁ φιλανθρωπότατος. [ibid.]

303. Τοὺς σκώληκας τῆς διανοίας ἐξαφανίζειν σπεῦδε δι' εὐχῆς καὶ νηστείας καὶ ἀγρυπνίας εὐτόνου. [ibid.]

304. Εὖ ἴσθι, καὶ εἰς τὸ γῆρας αὐτὸ ἐληλακότας τινὰς ἔγνωμεν δι' εὐχῆς καὶ ἐλπίδος μέγιστον λελογχότας ἐπουρανίου χαρίσματος. [ibid.]

305. Οὐ περιποιητέον ἡμῖν τοὺς ἀρέσκοντας τῷ διαβόλῳ λογισμοὺς, ἀλλὰ ἀναιρετέον τῇ τοῦ θείου λόγου παραξιφίδι. [ibid.]

mus, minime nos adversis rebus absorptos esse, sed fidenti animo sursum ad deum oculos conjectos habere.

297. Cum saepenumero deum precatus fueris, nec impetraveris, ne propterea desponderis animum, quin potius supplices ad ipsum libellos renovans impudenter accede. Nam in summa rerum difficultate pudore impudentia potior est. Quemadmodum enim dominus dicit (*Luc. XI*, 8.): Dabitur ei propter inverecundiam, quidquid voluerit.

298. In die, inquit, clamavi, et nocte coram te, domine deus meus (*Psalm. LXXXVII*, 2.). Vides, quemadmodum divinus ille David nobis exemplum est, ut sine intermissione oremus, nec in languorem et taedium devolvamur.

299. Si ex probi viri congressu persaepe utilitatem accepimus, quantum tandem quaestum faciemus noctu diuque per orationem et psalmodiam cum deo colloquentes?

300. Non vulgare, sed permagnum bonum est per orationem deo semper se commendare.

301. Non parvum est infimis hominibus vel unum saltem gradum scalae virtutum ascendisse, atque ita supra terram se sustulisse.

302. Cum luctu et lacrymis ad coelestem illum summumque medicum Jesum ne dubites accedere, omniaque ipsi animae tuae vulnera aperire. Neque enim morbus illus esse queat, quem humanissimus ille Christus non dispellat.

303. Vermes animi per orationem et jejunium intentamque vigiliam tollere de medio festines.

304. Hoc rescias velim, me quosdam ad senectutem usque profectos nosse, qui per orationem et spem robur maximum divinitus consequuti sunt.

305. Nequaquam nobis fovendae cogitationes sunt, quae diabolo placeant, sed divini verbi gladio amputandae.

306. *Εἰ λέγει τῷ ἀνθρώπῳ ὁ κύριος ἐν τοῖς εὐαγγελίοις, ὅτι παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου τὴν ἐλεημοσύνην, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς ὁ κύριος παντὶ τῷ δεομένῳ δώσει πλούσια τὰ ἐλέη, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν, καὶ τῶν λυπηρῶν τὴν λύσιν, τὰ μυρία καλά.* [*id. pag.* 472.]

307. *Χριστὸς ὁ παμβασιλεὺς Θεὸς οὐδαμῶς ἀποστρέφεται τοὺς πρὸς αὐτὸν κεχηνότας, καὶ ἀπὸ βάθους καρδίας στενάζοντας, κἂν πολλοῖς ἁμαρτήμασι πεφορτισμένοι τυγχάνωσιν, ἀλλὰ καὶ προσίεται καὶ καθαρίζει τούτους, τῆς υἱοθεσίας δωρεῖται χάρισμα, καὶ ἀρετῶν ἐργάτας ἀποφαίνει προϊόντος τοῦ χρόνου.* [*ibid.*]

308. *Οἶδε τρέφεσθαι ὁ δεσπότης τῶν ὅλων διὰ μεταδόσεως τῆς πρὸς τοὺς εὐποιουμένους.* [*idem pag.* 481.]

309. *Ἥνπερ ποιεῖς εὐεργεσίαν ἐλεημοσύνης εἰς πάντας τοὺς δεομένους, ὁ Χριστὸς σφετερίζεται. πεπείνακα γάρ, φησί, καὶ δεδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ πεποτίκατέ με.* [*ibid.*]

310. *Ἄξιόν σοι τῆς σπορᾶς τὸ θέρος. πικρίαν ἔσπειρας; δρέπου τὰ δράγματα. τὸ ἀνελεὲς ἐτίμησας; ἔχε ὅπερ ἠγάπησας. ἔφυγες τὸν ἔλεον; φεύξεταί σε ὁ ἔλεος. ἐβδελύξω τὸν πτωχόν; βδελύσσεταί σε ὁ δι' ἡμᾶς πτωχεύσας.* [*idem pag.* 495.]

311. *Οὐδεὶς ποτε τοῦ κερδαίνειν γίνεται κόρος, ἀλλὰ τὸ ἀεὶ λαμβανόμενον ὕλη καὶ ὑπέκκαυμα τῆς τοῦ πλείονος ἐπιθυμίας καθίσταται.* [*ibid.*]

312. *Οὐδὲν πάμπαν σπουδάζεται παρά σου, οὐ βίος λαμπρός, οὐ λόγος ὀρθός, οὐ προστασία τῶν θλιβομένων, οὐ τὰ ἑξῆς, πλὴν τοῦ φιλεῖν, καὶ δι' εὐχῆς ποιεῖσθαι, καὶ συλλέγειν τὰ ὁλοκαυνίτιδα.* [*id. pag.* 502.]

313. *Καθάπερ ἴδιόν ἐστι τοῦ φωτὸς τὸ φωτίζειν, οὕτως ἴδιον Θεοῦ τὸ ἐλεεῖν καὶ οἰκτείρειν τὰ οἰκεῖα ποιήματα. Ἐλεήμων γὰρ καὶ οἰκτίρμων ὁ κύριος, κατὰ τὴν φωνὴν Δαβίδ· μήτε οὖν ἀπογνῷς, μήτε καταφρονήσῃς.* [*idem pag.* 506.]

306. Cum dominus in Evangeliis homini dicat: Omni petenti te da eleemosynam: quanto magis dominus ipse cuilibet oranti amplissimas misericordias et peccatorum veniam molestiarumque depulsionem, imo sexcenta bona daturus est?

307. Christus, omnium rex et deus, iis, qui ex ope sua pendent, et intimo pectore ingemiscunt, quamlibet multis peccatorum sarcinis onusti sint, minime tamen adversatur: quin potius benigne acceptos purgat, adoptionis donum eis largitur, et progressu temporis virtutum opifices reddit.

308. Rerum omnium dominus ita demum a te alitur, cum aliquid in pauperes confers beneficii.

309. Quidquid beneficii et eleemosynae pauperibus impertis, id Christus sibi vendicat. Esurivi enim, inquit (*Matth. XXV.*), et dedistis mihi manducare: sitivi, et dedistis mihi bibere.

310. Dignam semente messem facis. Acerbitatem seminasti? Manipulos collige. Inhumanitatem coluisti? Habe quod amasti. Misericordiam fugisti? Misericordia te fugiet. Pauperem exsecratus es? Exsecrabitur te ille, qui nostri causa paupertatem subiit.

311. Nulla unquam lucrandi satietas oritur, verum id, quod semper assumitur, plura concupiscendi materies et fomes efficitur.

312. Nihil omnino tibi studio est, non praeclara vita, non recta doctrina, non oppressorum cura, non quidquam aliud, praeter hoc unum, quod amas atque in votis habes, et colligis olocontitidem.

313. Quemadmodum lucis est proprium splendorem afferre, sic etiam dei rebus a se conditis misericordiam impertire. Nam misericors et miserator est dominus, ut David inquit. Quamobrem ita te compara, ut nec desperatione frangaris, nec ipsum contemnas.

314. Οὐ χρὴ δυσφορεῖν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσιν, ἀλλὰ μᾶλλον εὐθυμεῖν ἐπὶ ταῖς πολλαῖς θλίψεσι. διὰ τοῦτο γάρ, φησίν, ἔθλιψά σε καὶ ἐλιμαγχόνησά σε, ἵνα ψωμισθῇς τὸ μάννα τῆς γνώσεως, καὶ ἐπ' ἐσχάτων εὖ σε ποιήσω. [ibid.]

315. Ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος ὁμοιούμενος πελάγει κυματώσεις καὶ στροφὰς παντοίας προσδέχεται κατά τε εὐπραγίας καὶ κακοπραγίας· ἵδρυται γὰρ οὐδὲν τῶν γηγενῶν, ἀλλ' ὧδε κἀκεῖσε διαφέρεται, οἷα σκάφος θαλαττεῦον ὑπ' ἐναντίων πραγμάτων. [ibid.]

316. Κἂν πού τινα σπανίως συμβῇ ἀποκλῖναι τῆς ἀρετῆς, καὶ τῷ διαβόλῳ παραπεσεῖν, μὴ θέλε τοῦτον δικάζειν καὶ κατακρίνειν, φοβοῦ δὲ μᾶλλον, μὴ καὶ συμπτωματισθῇς. [idem pag. 509.]

317. Χαίρειν ἐπὶ ταῖς τῶν ἐχθρῶν ἀτυχίαις, εἰ καὶ δίκαιόν ποτε, ἀλλ' οὐκ ἀνθρώπινον. [ibid.]

318. Σχίζων ξύλα κινδυνεύσει ἐν αὐτοῖς, ἐὰν ἐκπέσῃ τὸ σιδήριον. ὁ γὰρ διαιρῶν τῷ λόγῳ τὰ πράγματα, ἐὰν μὴ πανταχόθεν ἔχῃ προησφαλισμένον τὸν λόγον, κινδυνεύσει ἐν τοῖς ἀκούουσι, σκανδάλου ἀφορμὴν τῷ λόγῳ τοῖς μαθητευομένοις παρεχόμενος. [idem pag. 518.]

319. Ὁ ἐκθλίβων ἑαυτὸν ἐν τῇ στενῇ, οὗτος εὔδηλον ὅτι τεύξεται τῆς θείας ἐκείνης εὐρυχωρίας καὶ τῆς ἀναπαύσεως ἐν ταῖς ἐπουρανίοις αὔραις· ὁ δὲ ἐμπλατύνων ἑαυτὸν ἐν τῷ παρόντι βίῳ διὰ σπατάλης, καὶ μέθης, καὶ δόξης ἀπανθούσης, οὐκ ἂν εἰσέλθοι σφηνούμενος. [idem pag. 540.]

320. Μὴ τοῖς ἐπαίνοις θέλγοντας καὶ φρεναπατῶντάς σε ἀποδέχου· μισεῖν γὰρ τοὺς κόλακας οἱ σοφοὶ παρεγγυῶσιν ὡς μεγάλα βλάπτοντας. [idem pag. 565.]

321. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ πολλάκις καὶ βασκανίᾳ διαβάλλουσι τὰ καλά· τὸ δὲ ἄνω θέατρον ἀδεκάστως κρίνει τὰ πράγματα, καὶ ἡ ἀλήθεια τῶν γινομένων τὴν ψῆφον βραβεύει. [id. pag. 569.]

314. Ob adversos rerum eventus discruciari minime convenit, verum in multis afflictionibus bono animo esse; ob eam enim causam afflixi te, inquit (*Deut. VIII*, 5.), et fame oppressi, ut scientiae manna ederes, ac benigne tandem tibi facerem.

315. Vita hominum maris instar fluctus innumeros, variasque tum in prosperis, tum in adversis rebus mutationes admittit. Neque enim terrenarum rerum quidquam firmum et stabile est; verum huc atque illuc ceu navis ventis, sic negotiis variis agitata fertur.

316. Si quempiam raro a virtutis curriculo deflectere et in diaboli fraudem contingat labi, cave de ipso tibi calculum sumas, eumque condemnes. Quin time potius, ne tu quoque simul cadas.

317. Inimicorum laetari calamitate, etsi quandoque justum sit, est tamen ab humanitate alienum.

318. Qui scindit ligna, periclitabitur in eis, si ferrum exciderit. Sic etiam qui sermone res dividit, nisi sermonem undecumque obfirmatum habuerit, inter audientes periclitabitur, per sermonem videlicet discipulis scandali materiam porrigens.

319. Qui se ipsum in arcta via premit, hic quoque dubio procul divinam illam latitudinem et requiem in coelesti aula consequetur. Qui autem in praesenti vita per delicias et temulentiam et fluxam ac marcescentem gloriam se ipsum dilatat, haudquaquam, vel si vim faciat, illuc introibit.

320. Cave sis, ne illos complectaris, qui te laudibus demulcent ac decipiunt. Sapientes quippe monent, ut adulatores odio habeamus, tanquam ingentium nobis detrimentorum auctores.

321. Fit quidem persaepe, ut homines invidia ducti, quae bona sunt, vituperent; at coeleste theatrum de rebus incorrupte judicat, et veritas rerum, quae geruntur, judicii arbitrium habet.

322. *Λέγεις, ὅτι παίζων, οὐ μέντοιγε μισεῖν προτιθέμενος, ἀλλ' ἱλαρευόμενος καὶ μετεωριζόμενος λοιδορεῖς ἐν τῷ πότῳ τοὺς ἀμωμήτους ἄνδρας; οὐκοῦν παίζων καὶ ἱλαρευόμενος ὑπόστηθι τὴν αἰώνιον κόλασιν, καὶ μετεωριζόμενος πορεύου εἰς τὸ πῦρ ἐκεῖνο τὸ ἄῤῥητον.* [*idem pag.* 572.]

323. *Μὴ ἄλγει, μηδὲ διαπρίου λοιδορούμενος εὐλόγως ἐπὶ τοῖς πταίσμασί σου, καὶ ὀνειδιζόμενος, μᾶλλον δὲ ἀσμένως ἄκουε τὰ οἰκεῖα σκώμματα.* [*ibid.*]

324. *Ὅλως τολμᾷς νεωτερίζειν, καὶ σκιρτᾷν, καὶ παιγνίοις προσέχειν, Χριστιανὸς ὑπάρχων; ὅλως τολμᾷς ὀρχεῖσθαι καὶ ἅλλεσθαι, πόδας καὶ χεῖρας πρὸς τὸ ἀρέσκον τῷ διαβόλῳ κινεῖν; πῶς συναγελάζῃ καὶ συναλίζῃ τοῖς ὄντως Χριστιανοῖς;* [*id. pag.* 576.]

325. *Τοῖς ἁμαρτάνουσιν οὐκ εὐθὺς ἐπέξεισιν ὁ Θεός, ἀλλὰ δίδωσι χρόνον εἰς μετάνοιαν, καὶ τὴν τοῦ σφάλματος ἴασίν τε καὶ ἐπανόρθωσιν.* [*id. pag.* 594.]

326. *Οὐδεὶς ποτε ἀπώλετο τῷ δραστικῷ φαρμάκῳ τῆς μετανοίας χρησάμενος.* [*ibid.*]

327. *Μέγα μὲν τὸ οὐδέποτε καταδέχεσθαι πταίειν, εἰ δὲ κατὰ συναρπαγὴν ποτὲ τοῦ ἐχθροῦ πταῖσμα προσγένοιτο, τῇ ἐλπίδι προσφευκτέον τῇ χρηστοτέρᾳ· πρὸς γὰρ τἀναντία αἱ ῥοπαὶ τῶν ἀνθρώπων.* [*ibid.*]

328. *Μεγάλα πρὸς σωτηρίαν ἰσχύει ἡ ἀγαθὴ μεταμέλεια, ἥντινα διηνεκῶς γεωργήσωμεν, ἵνα σωθῶμεν καὶ μὴ ἀπολώμεθα.* [*id. pag.* 595.]

329. *Ὁ τὸν μεθύοντα ἐπιχειρῶν νουθετεῖν, τί ἄρα ὠφελήσει;* [*id. pag.* 606.]

330. *Εἰ πειθαρχεῖς τῷ θείῳ ἀποστόλῳ διαῤῥήδην βοῶντι, ὅτι μέθυσοι οὐδαμῶς τεύξονται οὐρανῶν βασιλείας, φεῦγε τὴν ἐπάρατον μέθην.* [*ibid.*]

331. *Μὴ γὰρ οἱ ἀθλοῦντες ἐνδεδυμένοι ἀθλοῦσιν; γυμνοὺς αὐτοὺς εἰς τὸ στάδιον ὁ ἀθλητικὸς ἄγει νόμος, κἂν*

322. Ais, te non infesta mente, sed per jocum et animi causa, et quasi aliud agentem inter pocula in viros innoxios convicia jacere? Igitur per ludum etiam hilarique animo sempiternum cruciatum subi, et velut aliud agas, in ignem illum, cujus efferri acerbitas non potest, proficiscere.

323. Ne te doleat, neque discrucieris, cum ob peccata tua probra in te atque maledicta merito congerantur; quin potius dicteria, quae jaciuntur, libenti animo audies.

324. Audes omnino juveniliter te gerere et lascivire, ludisque operam dare, Christianus cum sis? Audes prorsus saltare et tripudiare pedesque ac manus ad diaboli arbitrium movere? Quomodo te cum veris Christianis aggregas, et cum ipsis versaris?

325. Peccantibus non statim deus infert poenam, sed poenitendi atque errati corrigendi sanandique spatium concedit.

326. Nemo unquam periit, qui efficaci poenitentiae pharmaco usus sit.

327. Magna quidem res est peccatum nunquam admittere: sin autem repentina hostis impulsione quandoque contingat labi, ad spem meliorem confugiendum est. Ita enim homines comparati sunt, ut ad contraria inflecti possint.

328. Magnum ad salutem robur habet bona mentis mutatio: quam quidem nos semper excolamus, quo salvi simus, nec pereamus.

329. Qui temulentum admonere tentat, quid tandem ipsi utilitatis afferet?

330. Si divino Apostolo morem geris, disertis verbis dicenti: Ebriosi regnum dei non possidebunt (1 *Cor. VI*, 6.), exsecrandam ebrietatem fuge.

331. Num quaeso athletae vestibus induti certant? nudos eos in arenam palaestrae lex ducit, sive certus

θάλπος ἢ κἂν κρύος. εἰ δέ τις αὐτῶν παραιτήσεται τὴν γύμνωσιν, καὶ τὸν ἀγῶνα παρῃτήσατο. [*id. pag.* 612.]

332. Ὁ γυμνὸς φεύξεται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. διὰ τοῦτο ὁ παροιμιαστὴς πρὸς τὸν ἀλείπτην ἔλεγεν· ἀφελοῦ τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, παρῆλθεν γὰρ, ἀντὶ τοῦ, εἰσῆλθεν εἰς τὸν ἀγῶνα, καὶ γυμνὸν δεῖ παλαίειν, μᾶλλον δὲ οὐ γυμνὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἠλειμμένον· τὸ μὲν γὰρ γεγυμνῶσθαι, ἀνέπαφον ποιεῖ τοῦ ἀντιπάλου τὸν ἀνταγωνιστήν· τὸ δὲ ἔλαιον, εἰ καὶ ληφθείη ποτὲ, διολισθαίνειν ἐκ τῆς λαβῆς παρασκευάζει, καὶ διὰ τοῦτο οἱ ἀθλοῦντες γῆν προσπάσσειν φιλονεικοῦσι τοῖς ἀντιπάλοις, ἵνα τῇ κόνει τὴν τοῦ ἐλαίου ἐπιτραχύνοντες λειότητα, εὐλήπτους αὐτοὺς πρὸς λαβὰς ἀπεργάζωνται. [*ibid.*]

333. Οἴνου μεταληφθέντος λῦπαι οἰχήσονται, φυγαδευθεῖσαι καθάπερ ὑπὸ λαίλαπος γνόφος. [*id. pag.* 629.]

334. Οὐκ ἔστιν ὠφέλιμον τὸ ὀμνύειν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα βλαβερὸν καὶ ἐπάρατον, καὶ ἐβδελυγμένον· πέπαυσο λοιπὸν τοῦ ὀμνύειν, μὴ βούλου τὴν ἑαυτοῦ γλῶσσαν πρὸς τοὺς ὅρκους ἐθίζειν. [*idem pag.* 631.]

335. Τελείας ψυχῆς ἐστι τὸ ἀμέριμνον εἶναι, ἀσεβοῦς δὲ τὸ φροντίσι κατατρίβεσθαι· περὶ μὲν γὰρ τῆς τελείας ψυχῆς εἴρηται, ὅτι κρίνον ἐστὶν ἐν μέσῳ ἀκανθῶν· τοῦτο δὲ τὴν ἀφροντισίαν δηλοῖ. περὶ δὲ τῶν φροντίδα πολλὴν ἐχόντων εἰς τὰ βιωτικὰ φησίν· πᾶς ὁ βίος ἀσεβοῦς ἐν φροντίδι. [*id. pag.* 638.]

336. Μὴ συγχώρει τὸν υἱόν σου τοῖς ἀπαιδεύτοις καὶ ἀγερώχοις νέοις ξυνομιλεῖν καθ' ἑκάστην, ξυναγελάζεσθαί τε καὶ ξυνεσθίειν, ἵνα μὴ τελευταῖον ἐπὶ τῇ ἐξωλείᾳ τοῦ παιδὸς καὶ ἐπὶ τῇ αἰσχύνῃ κατανυγῇς τὴν ψυχήν σου μεγάλως, καὶ ὑπεύθυνος γένοιο τοῖς τῶν ἐχθρῶν σκώμμασι· τὰ γὰρ αἴσχη τῶν παίδων καὶ τὰ πονηρεύματα τοῖς γονεῦσιν ἐπιγράφεσθαι εἰώθεν. [*id. pag.* 664.]

337. Δεινὸν ἡ συνήθεια κατασχεῖν πρὸς ἑαυτὴν καὶ μὴ συγχωρῆσαι πάλιν ἐπὶ τὴν πρώτην ἕξιν διαναστῆναι τῆς ἀρετῆς. Ἕξις μὲν γὰρ ἀπὸ συνηθείας· ἀπὸ δὲ ἕξεως φύσις ἐγγίνεται· φύσιν δὲ μετακινῆσαι καὶ μεταβαλεῖν χαλεπόν. [*idem pag.* 681.]

sit, sive frigus. Quod si quis eorum corporis denudationem detrectat, is quoque certamen detrectaverit.

332. Nudus fugiet in illa die: obque eam causam proverbiorum auctor ad aliptam ajebat: Deme ipsi vestimentum: transiit enim, id est, in arenam descendit. Nudum porro luctari oportet, imo vero non nudum dumtaxat, sed etiam perunctum. Etenim nuditas quidem hoc praestat, ut adversarius contrectare pugilem nequeat: oleum vero, ut, etiamsi fortasse prehendatur, tamen ex hac prehensione elabatur. Quocirca athletae adversarios terra conspergere student, ut laevitatem olei pulvere asperam reddentes, eos prehendere valeant.

333. Hausto vino animae molestiae facessunt, non secus ac caligo a venti turbine in fugam conversa.

334. Jurare utile non est, sed admodum perniciosum, et exsecrabile et abominandum. Quocirca deinceps finem jurandi fac, nec velis, ut lingua tua juramentis assuescat.

335. Perfecti animi est sine sollicitudine esse: impii autem curis obteri. Etenim de perfecto animo dictum est, lilium esse inter spinas. Hoc porro vacuitatem curarum significat. De iis autem, quos ingens rerum hujus vitae cura afficit, scriptura ait: Omnis vita impii in sollicitudine est.

336. Ne filio permittas cum stultis et insolentibus juvenibus quotidianam consuetudinem habere, cum iis convenire et cibum sumere: ne alioqui postremo tandem ob ipsius exitium et infamiam ingenti animi dolore afficiaris et inimicorum sannis pateas. Siquidem filiorum labes et flagitia parentibus adscribi solent.

337. Magna consuetudinis vis est ad retinendum animum, nec sinendum, ut ad pristinum virtutis habitum iterum adsurgat. Habitus enim ex consuetudine, natura ex habitu comparatur. Naturam porro transferre et immutare difficile est.

338. Χρόνῳ πλείστῳ μελετηθέντα, δυσδιόρθωτα λοιπὸν, ἢ καὶ ἀδιόρθωτα νοσήματα γίνεται. [*ibid.*]

339. Οὐκ εὐχερὲς ὑπὸ πλάνης συνεχομένην μεταπεῖσαι ψυχήν. [*ibid.*]

340. Οἱ τῆς ψυχῆς ἀμελοῦντες, ἐπιμελούμενοι δὲ τοῦ σώματος, ὅμοιοι τυγχάνουσιν ἀνθρώπῳ βορβόρῳ μὲν καὶ πηλῷ τοὺς ὀφθαλμοὺς καταχρίοντι, ὕδατι δὲ καθαρῷ τοὺς οἰκείους ἀναπλύνοντι πόδας. [*id. p.* 687.]

341. Φύγωμεν τὰς τῶν ἀνωφελῶν ἀνδρῶν θιάσους, μόνωσιν ἀσπαζόμενοι. ἐπιβλαβὴς γὰρ καὶ τῆς εἰρηνικῆς καταστάσεως φθοροποιὸς ἡ μετὰ τῶν σκαιοτέρων συνδιαίτησις· ὡς γὰρ οἱ ἐν ἀέρι λοιμικῷ γενόμενοι πάντως νοσοῦσιν, οὕτως οἱ ἐν ἀνθρώποις ἀδιαφόροις διάγοντες μεταλαμβάνουσιν τῆς ἐκείνων κακίας. [*idem pag.* 691.]

342. Πῶς ζητεῖς ψυχῆς καθαρότητα τῇ ὑπερηφανίᾳ συνδεδεμένος; λέγεις γὰρ, ὅτι ἀγαπῶ καθαρὰν ἔχειν καρδίαν, καὶ εὑρίσκω αὐτὴν μεστὴν κονιορτοῦ καὶ καπνοῦ. [*ibid. pag.* 703.]

343. Πῶς δυνατὸν, πυρὸς ἐμφωλεύοντος τοῖς ἀχύροις καὶ ἀποσμυχομένου, μὴ εὑρεθῆναι μηδὲ φανῆναι καπνόν; [*ibid.*]

344. Ἀποδέχομαί σε τὴν εὐποιΐαν λιπαρῶς ἐργαζόμενον, καὶ τὴν πλεονεξίαν φυγαδεύοντα· πάλιν δὲ οὐ καταδέχομαι, καθὸ καὶ κενοδοξίαν κοινωνὸν παραλαμβάνεις· ἄτοπον γὰρ ἄλλου πάθους ἐλευθεριᾶν, καὶ ἄλλῳ πάθει βούλεσθαι δουλεύειν καὶ ἐξυπηρετεῖσθαι. [*ibid.*]

345. Τὸ ὀλιγωρεῖν καὶ μὴ θέλειν ὑπομένειν συμφορὰς μεγάλας καὶ ποικίλας ἀπεργάζεται. [*idem pag.* 706.]

346. Ἀφροσύνη ἐστὶν ἡ ἀνυπομονησία, καὶ τὸ ἀκαρτέρητον ἐν παντοίοις πειρασμοῖς. καὶ πειθέτω σε ὁ Ἰὼβ πρὸς τὴν γυναῖκα λέγων, ὅτι ὥσπερ μία τῶν ἀφρόνων γυναικῶν ἐλάλησας. [*ibid.*]

538. Morbi, quibus diuturno tempore quispiam assuevit, vix jam omnino, vel etiam ne vix quidem sanari possunt.

539. Facile non est animam ab errore occupatam a sententia deducere.

540. Qui neglecta anima assiduam corporis curam gerunt, similes illi homini sunt, qui luto et coeno oculos illiniat, aqua autem mundissima pedes suos abluat.

541. Inutilium hominum coetus fugiamus, solitudinem amplectentes. Perniciem enim affert, et pacatum animae statum labefactat improborum hominum familiaritas. Ut enim qui in pestilenti aëre versantur, non possunt quin aegrotent, sic etiam, qui apud homines nullum virtutis et vitii dilectum habentes morantur, ipsorum vitium contrahunt.

542. Quomodo animae puritatem quaeris, qui superbiae vinculis adstrictus teneris? ais enim: cor mundum habere cupio: ipsum vero pulvere et fumo refertum invenio.

543. Qui fieri queat, ut, igne in paleis delitescente ac flammam concipiente, fumus non inveniatur, nec appareat?

544. Non possum quin probem, quod tu beneficentiae studiose incumbas, atque adeo avaritiae ramos amputes. Caeterum haud prorsus approbo, te vanae gloriae indulgere. Absonum quippe est ab uno vitio liberum esse, atque alii interim in servitutem et obsequium se mancipare.

545. Animo aestuare et nolle sustinere magnas variasque calamitates affert.

546. Stultitia est impatientem et minime fortem in variis tentationum generibus se praebere. Idque tibi persuadet Iob his uxorem verbis alloquens: Quasi una de stultis mulieribus locuta es.

N I L I

SENTENTIAE
LATINO CARMINE EXPRESSAE
PER
MICHAELUM TOXITEN RHAETICUM. *)

AD GENEROSUM
DOMINUM MICAELUM COMITEM A VUERTHEIM
MICAELUS TOXITES RHAETICUS.

Si vacat, et studio non utiliore teneris,
Accessum musis nec vetat aula sacris:
Accipe, non equidem splendentes arte, Camoenas,
O spes, et generis gloria magna tui.
Nec tamen exiguum debeat tibi munus haberi,
Quippe est materies nomine digna tuo.
Non hic congestas quaeres, Comes inclyte, gazas,
Non ebur, argenti pondera sive rudis:
Sed paucis vigili complexa labore videbis,
Quidquid habent veteres, biblia quidquid habent.
Pectoris invenies pulcherrima munera sancti,

---

*) Titulus Libelli rarissimi hic est: *Sententiae Nili Episcopi et Martyris Carmine expressae per Micaelem Toxiten Rhaeticum. Argentorati apud Cratonem Mylium ann. 1543. octonis.* [O.]

Monstrabit magnas copia dives opes.
Non ego jacto meos, famam nec capto, labores;
Inventi laudes istius alter habet.
Antea gauderent cum libertate, coëgi
Nuper in aonios haec ego sensa modos.
Depositaque novam veteri sibi sumere vestem,
Nec non Pieria jussimus ire via,
Si qua tamen pejus forsan vertisse videbor,
Et mala pro sensis sensa dedisse bonis:
Livor abi, veniam spero me posse mereri,
Arguat errores candida lingua meos.
Vivit enim nemo, faciat qui singula recte,
Est grave, peccatum si tueare, scelus.
Non tamen hos ideo placuit tibi mittere versus,
Te mea quem multum scripta juvare queant.
Sed magis ingenuas ut discere jugiter artes
Pergat ab exemplo turba tenella tuo.
Ut fera tirones ardentius arma capessunt,
Si videant laetos mittere tela duces:
Sic tener ad studii metam contendit ephebus,
Si quoque, qui currat fortiter, alter erit.
Te deus ingenio, te divitiisque beavit,
Quaeque dedit, parca non dedit illa manu.
Nam cum bis septem vix dum compleveris annos,
Et sint aetatis tempora verna tuae:
Es tamen in studiis adeo versatus honestis,
Ut nunc spem segetis fertilioris alam.
Quae legis, haec nostris ex tempore reddere verbis
Sic potes, ut melius reddere nemo queat.
Jam te Parnassi capiunt, Comes inclyte, colles,
Jam tibi Pieridum sacra chorusque placet,
Castalidesque juvat tibi conciliare sorores,
Carminaque ausonia pangere laeta cheli.
Te plures equidem de nobilitate sequentur,
Si modo non coeptam desinis ire viam:
Hac immortalis continges atria famae,

Haec est ad summum semita recta decus.
Ergo favere sacris, Comes o generose, Camoenis,
Et studiis pergas invigilare bonis.
Te virtute parens, pietateque notus ad astra
Hortatur matris te domus ipsa tuae.
Est tuus exemplo patruus tibi, munus in urbe hoc
Tempore qui nostra pontificale gerit.
Quamvis et titulis et stemmate clarus avorum,
Sitque simul populo divitiisque potens;
Sed tamen ingenuis haec posthabet omnia Musis,
Quas colit et toto pectore semper amat.
Inde viros magno doctos veneratur amore,
Atque omni dignos esse favore putat.
Hunc tibi proponens vestigia nota suarum
Cupes virtutum tempus in omne sequi.
Jamque tuum assiduus studium feliciter urge,
Cujus sunt pulchra semina jacta tibi.
Qui curent artes, doctique evadere certent,
Vix inter magnos unus et alter erit.
At tibi sint Musae sanctissima numina cordi,
Sit tuus hoc tristi tempore Phoebus amor.
Observesque sacrae sanctissima dogmata legis,
Quin ea sint regni pignora cara tui.
Inde tibi veniet sapientia, cujus origo est,
Sincero aeternum corde timere deum.
Sic deus (ut coepit) forti defendere dextra
Te velit, et rebus dexter adesse tuis.

SENTENTIAE
NILI EPISCOPI ET MARTYRIS,
CARMINE REDDITAE
PER
MICAELUM TOXITEN RHAETICUM.

Cum desiderio semper deus esto timendus,
Qui regit aetherei sidera clara poli.
Ast homines erga, pravosque bonosque memento
Sint tibi nullius conscia corda doli.
Quidquid agis, sic semper agas, ut in omnibus ipsum
Credas praesentem rebus adesse deum.
Ob quod culpari possis, fecisse pudebit,
At neque, si sapies, laudis amator eris.
Si quando celebri dignum quid laude patrasti,
Gaude, at non ideo corda superba geras.
Ne tibi fortassis portum imprudenter in ipsum
Frangatur damno cymba reducta tuo.
Quo plus in sacra te lege videbis adeptum,
Hoc te perfectum noveris esse minus.
Prospicias finem cunctarum ante omnia rerum,
Debet hic in primis cognitus esse tibi.
Seu Phoebus medio coeli super axe vehatur,
Seu praesit tenebris candida luna nigris,
Ante tuos semper sic observetur ocellos,
Ultima quae celeri te petet hora gradu.
Sic numquam fragilis capiere cupidine vitae,
Et nihili fluxas feceris orbis opes.

Ipsa probatorum quem vitat turba virorum,
Hunc evitandum duxeris esse tibi.
Nec dictis, nec te factis statuisse decebit,
Aut cuiquam studiis velle nocere tuis.
Quae tibi praesenti vita florere videntur,
Haec propter nunquam gaudia laetus agas.
Ceu flos, qui leviter contactus forte, tabescit:
Sic ea sunt certo sueta perire die.
Dic grates superis, cum te sors urget iniqua,
Et quae fers melius ferre pericla potes.
Incautam inveniat caveas tentatio mentem,
Quae venit a summo corda probare deo.
Infirmos etenim crux esse coarguit illos,
Qui non perspectum, quis crucis usus, habent.
Ferre deum peccata vides, reprendere noli,
Hinc bonus, hinc sumit pharmaca nempe malus.
Ipse quidem vitiis infensus turpibus esto,
Quod ferat, accuses ne tamen, ista, deum.
Nec juvet alterius dictis incessere mores,
Sed vitam discas degere rite tuam.
In nobis etenim videas existere multa,
Quae possent alii carpere jure viri.
Te debet assidue sacris incumbere psalmis,
Et canere aeternum voce precante deum.
Nam procul hinc erebi tristes deus ipse tyrannos,
Sincero quoties ore vocatur, agit.
Sit tua fac omni perfecta oratio parte,
E puro sobrias pectore funde preces.
Nec placare deum rebus conaberis illis,
Sese placari non velit ipse quibus.
Mens quoque tota deo tua semper adhaereat ipsi,
Sint digna aetherio quae meditare polo.
Lumina quin etiam tua refrenare memento:
Cum non advertis, flectier illa vides.
Prudenter clauso linguam ore coërce loquacem,
Ne laedat posito garrulitate jugo.

Quae non est etenim fas evulgare, proterve
In vulgum spargit saepius illa levem.
Perpetuo domini legem meditando sacratam,
Amplum divinae percole mentis agrum.
Namque indefesso si pectore feceris illud,
Expelles animi sensa nefanda tui.
Ipse tuae innumeros testes acquirito vitae,
Verum virtutes dissimulato tuas.
Sperne voluptates caro quas tibi suggerit ipsa;
Et dignas odio tempus in omne puta.
Nam foedae inficiunt animamque et pectora sordes
Corporis, et vitium mens trahere inde solet.
Non quantum cupiet debes impendere ventri,
Namque satis vitae, quod petit usus, erit.
Aufuge delicias, vitae in praesentis amorem
Illiciunt, odium progenerantque dei.
Nunquam laetitiae capieris amore dolosae,
Vitabis vitae gaudia vana brevis.
Nam cum sint certas nunquam mansura per horas,
Invitus medio liqueris illa choro.
Si te divitiae Plutonia dona bearunt,
Has aliis etiam distribuisse velis.
Si te Plutus opes nullas donavit habere,
Ne studeas ullas velle parare tibi.
Esse preces muros, arma et jejunia credas,
Esse putes lacrimas balnea grata tuas.
Illiusque gemens semper memor esto diei,
Membra sepulcrali quae tibi condet humo.
Namque animae exoritur crebra hinc compunctio, foedis
Arceri a vitiis qua tremefacta solet.
Cumque deus propter tibi concilietur egenos,
Non illos turpi ferto perire fame.
Quae paucis vitae contentus postulat usus,
Ne praebere piis ista gravare viris.
Fiet enim nobis placatior ipse per illos,

Qui vere est toto solus in orbe deus.
Haud secus ac coelo sacra verseris in aede,
Devotus summo nam locus iste deo est.
Hic igitur meditare nihil, coelestia praeter,
Nil hoc terrenum dixeris ipse loco.
Fidentes domino contenti simus oportet,
Ut curam nostri solus habere queat.
Carnem exercitiis sanctis macerato, nec illam
Vincere te speres, usque rebellis erit.
Observaque modum, nec largius utere vino,
Sit mensura, vide, certa bibendo tibi.
Ut laedunt etenim nulla ratione bibentem,
Sic prosunt certo pocula sumta modo.
Iram commotae mentis compesce ferocem,
Atque illam frenis dirige rite tuis.
Nam simul atque modum victrix excesserit illa,
Fervens insani flamma furoris erit.
A domino certam precibus sperato salutem,
Cum tua letalis corpora morbus habet.
Inde Machaonias adjungito laetior artes,
Curaque prosperius cesserit ista tibi.
Quin et presbyteros studiose honoraveris omnes,
Nam sunt aeterno turba sacrata deo.
Sed tamen hos inter semper discrimen habeto,
Et te cum solis consociato bonis.
Templa dei sacras equidem veneraberis aedes,
Atque suo dignas semper honore coles.
Esse laborabis sed tu domus ipsa tonantis,
Et tua cultori corda parare deo.
Sacratos hominum coetus invise piorum,
Sacra deo supplex templa frequenter adi.
Affectus etenim, motusque e pectore pellunt,
Qui tandem exterius cumque venire solent.
Et quia vel toto firmum nihil extat in orbe,
Quod promsit penu maxima terra suo:
Ne dolor afficiat tristis tua corda, videbis

Si quidquam ex illis interiisse bonis.
Si qua voluptatis furiosa cupido dolosae
Impete fortassis pectus adorta tuum est:
Dedecus opponas humanum fortiter illi,
Offensum graviter subjiciasque deum.
Lumina, cum patulis observes auribus, illac
Praecipue scelerum tela meare solent.
Cum coeli supplex tua brachia tollis ad astra,
Sit mens ad summum casta levata deum.
Si tamen hinc alio sese converterit ipsa,
Rursus ad inceptas est revocanda preces.
Multa vigil voluit semper sub pectore sensus,
Tu servare bonum, pellere suesce malum.
Pectore si prudens humili vitaveris alta,
A casu metues arduiore nihil.
Sic tua sunt vegeto membra exercenda labore,
Pellantur motus carnis ut inde mali.
Ast ea carnifices faciunt ubi languida morbi,
Rursus Apollinea restituantur ope:
Non ut deliciis tamen enerventur ineptis,
Verum ut reddantur viribus aegra suis.
Si tibi mens pravos sensus male suggerat, illos
Purgata sensis mente repelle bonis.
Quam bona sint omni coelestia plena decore,
Erectus vultu contueare tuo.
Sic, non fluxarum capiere cupidine rerum,
Sic erit ex istis nil tibi suave bonis.
E deus excelsa deponit sede potentes,
Idem etiam supplices tollit ad alta viros.
Non minus acceptum referas mortalibus illud,
Quam domino, solus qui bonus esse potest.
Nam non his animos tutum est sumsisse superbis,
Dum spernunt mediam cautius ire viam.
Si non recta, parit quae mens tibi sensa, putabis,
Sementem infesti daemonis esse malam:
Ipse sator scelerum procul hinc confusus abibit,

Cessabunt mentis sensa nefanda tuae.
Si sapis a nimio te protinus abstrahe risu,
Ille animae vires frangere namque solet.
Quin etiam legem, si non medicina paretur,
Spernit, et illius frena relaxat iners.
Ut sua sint animae curandum est munia semper,
Quae decet in partes distribuisse duas.
Aut sit frugifero vigilans intenta labori,
Aut coeli suplices fundat ad astra preces.
Ad nos inferno sic otia nulla tyranno
Praebebunt, quamvis quaerat ubique, viam.
Est opus egregium sacrae meditatio legis,
Acceptos magno quae facit esse deo.
Rarus enim libris labor impendetur in ipsis,
Si comes est menti sedula lingua suae.
Cum manus est certo tua forte admota labori,
Lingua canat, precibus mens vacet ipsa piis.
Nam bene cum faciat nobis, sine fine, malignis,
Nos etiam memores vult deus esse sui.
Omnia praecedat supplex oratio facta,
Nil non per sanctas incipiatque preces.
Hoc tamen in primis precibus signare memento,
Quod circum mentis plurima sensa volant.
Facta cupis manuum fieri divina tuarum,
Ex his pauperibus divide saepe viris.
Te pius oblectet sanctorum sermo virorum,
Namque per hos notus fit deus ipse tibi.
E factis vere poteris cognoscere sanctos,
Arbor ut e fructu noscitur ipsa suo.
Sanctorum quoties volvis sub pectore vitam,
Semper in hac aliquid, quod tibi prosit, erit.
Et formam et vultum simul observabis eorum,
Namque juvare modis pluribus ambo solent.
Corde insons, casto semper sis corpore oportet,
Nam templum summo condit utrumque deo.
Non aliter templum conserva corporis, ac si

Illud tu digitis feceris ipse tuis.
Nec non momentis tibi imaginis omnibus ejus
Et sit judicium, et causa ferenda deo.
Impia perpetuo mundi qui castra sequuntur,
A vero avertunt pectora nostra deo.
Ergo locuturos nobis vitare decebit,
Cumque illis sermo paucus habendus erit.
Convicio affectus, tecum perpendito, numquid
Dignum convicio feceris ante mali.
Quodsi nullius mens est sibi conscia culpae,
Jam tibi convicium nil nisi fumus erit.
Corde ferenda quidem patienti injuria, tandem
In caput auctoris sed cadet illa sui.
Gloria, divitiae, viresque ubi laude feruntur,
Quam male sint reputes tempore firma brevi.
His tua firmabis contemtis pectora rebus,
Quo minus illecebris decipiare malis.
Pectora in afflictis serves patientia rebus,
Nec male sors animum laedet acerba tuum;
Aerumnas etenim virtus sic germinat inter,
Ut rosa, quae spinis juncta virere solet.
Est virtute nihil toto pretiosius orbe,
Quantumvis varias undique fundat opes.
Esse dei quoniam perhibetur imago supremi,
Sic manet, ut constans ille manere solet.
Qui peccator agit longum feliciter aevum,
Illius tristi crimina mente fleas.
Nam districtus ei prope Virginis imminet ensis,
Ulcisci trepidos quae solet aequa reos.
Quid non pigrities producit inepta malorum,
Qua non est homini pejus in orbe malum?
Illa rapit multo quae sunt tibi parta labore:
Si nihil est, quidquam quaerere stulta vetat.
Deploratus hic est aevo quem vulnere laesum,
Designasse nihil plurima foeda pudet.
Sis memor humanae quanta inconstantia vitae,

Nil quod te a recti tramite flectat erit.
Non tua deliciis laetentur corpora fluxis,
Nec moveant animum gaudia vana tuum.
Uncus inescatos pisces ut decipit hamus,
Sic animam fallunt suavia quaeque piam.
Ipsa quidem vitanda tibi tentatio, at illam
Si venit, invicto pectore fortis adi.
Haud unquam lacrimas miseri videbis egeni,
Quas fortasse tuas fuderit ante fores,
Ne, tibi lacrimulas si sors excusserit atra,
Tu quoque cum precibus despiciare tuis.
Sola bonum est homini constans sapientia: quam, cum
Sola sit, agnoscit non nisi solus habens.
Induitur virtute deus, si texeris illam,
Vestitus domini protinus instar eris.
Non tibi thesauros in terra feceris ullos;
Furis namque rapax auferet hosce manus.
Sed bona anhelanti coelestia pectore quaeras,
Quae non praedonum perfida turba capit.
Dulce voluptatum de te propelle venenum,
Armat amatores ad mala facta suos.
Ast homo quos edit gemitus moestissimus, ad se
Post ea cum tandem facta reversus erit?
Quin adversari carnis te sensa decebit,
Illaque quo poteris pellere cunque modo.
Namque solent animam tristi maculare veneno,
Labeque corrumpunt corpora nostra gravi.
Cum bona sint multo terrena paranda labore,
Quae tamen intereunt tempora fluxa brevi:
Quin aliquam propter caelestia munera curam
Suscipis? an lento praebeat ista deus?
Cum te virtutis vexabunt forte labores,
Ingressumque vetant ne gradiaris iter:
Mercedem impensis compone laboribus; isti
Cessant, aeternos permanet illa dies.

Qui falsura suam stulte per gaudia vitam
Foeda voluptatis castra secutus, agit,
Expendat, poenas quam sit luiturus atroces,
Quamque voluptatis tempus inane levis.
Hoc animus bruto tuus est vicinior ipsi,
Quo tua vita tibi foedius acta fuit.
Jure igitur cunctis homo deplorabitur, ut qui
De se tam poenas exigat ipse graves.
Cuncta dies abolet, totus quae continet orbis,
Corrumpi virtus tempore sola nequit.
Evita, spoliant hominem quae sensibus: ortum
Quod te monstrabit coelitus, illud agas.
Si potes ignavum certo regere ordine ventrem,
Pareat imperio garrula lingua tuo.
Ne frustra illius te libertate superbum
Haec regat, et servum gaudeat esse suum.
Corde deum toto supremum dilige semper,
A te nullus huic anteferendus erit.
Ne quando indignus nolens reputeris et ipso,
Discipulos docuit Christus ut ante suos.
Ferre crucem forti nos pectore oportet in, illa
Certantum cingit festa corona caput.
Felix ille malum laeto qui pectore suffert,
Haeres enim Christi cernitur esse sui.
At qui solum aliis fuerit dare damna voluptas,
Et miser, et Satanae jure cohaeres erit.
Quam bona sunt homini jejunia sobria? servant
Nos a deliciis protinus illa malis.
Sancta precum vis est, etenim Sanctissimus ad nos
Optatam trahitur voce precantis opem.
Nemo justitiam virtute carere putabit,
Qua sine nil purum protinus esse potest.
Quae tua sunt miseris solum plantabis egenis,
Propria pauperibus quae seris arva ferant.
Tam non infelix lolium esse videtur amarum,
Quam de non propriis semina jacta bonis.

Vix adeo est homines caeco miserabilis inter,
Ni sit justitiae, ni pietatis amans.
Ille colit vanis sine fruge laboribus agrum,
E cujus capiet fructibus ipse nihil.
Exspectanda ferox omni mors omnibus hora,
Sed metuenda nihil legibus illa suis.
Hanc si non metues, tamen exspectabis: utrumque
Indicium sophiae certaque signa dabit.
Non ut decipias virtutibus imbue pectus,
Sed cura exemplo commodus esse tuo.
Semper honesta loqui, nec honesta decebit agentem,
Sermo licet factis dissonet ipse suis.
Nam simul incutient verba illi obscoena pudorem,
Per bona condiscet facta placere deo.
Si cupis aethereum conscendere victor Olympum,
Cum terra poterit quid precor esse tibi?
Nam quia delicias ostentat ubique suaves,
Obstabit coeptis protinus illa tuis.
Hac tibi divitias ratione parare studebis,
Ut possis inopi ferre benignus opem.
Nam decet ex opibus, domini quas dextra ministrat,
Pauperibus larga distribuisse manu,
Si, quam lympha labris forsan sitientibus offers,
Ante potest summum justificare deum.
Quaenam supplicia hunc, quae poena manebit, egentes
Qui vetat ex opibus participare suis?
Ipsa pudicitiae miseratio juncta virenti,
Virtutes fertur progenuisse sacras.
Qui nulla est igitur pulchre exornatus earum,
Hicne potest Christi signa beata sequi?
Non tibi salvificans miseratio spreta jacebit,
Quae facit aeterno posse placere deo.
Ipsa salus nobis iterum est reparata per illam,
Quae male sub primo perdita patre fuit.
Pende pudicitiam, ceu fas est pendere, magni:

Atque illam toto pectore castus ama.
Hujus enim nobis mortalibus organon olim,
Edidit aeternum virgo pudica deum.
Haud ita constitues tecum, nunc digna rependam,
Nunc sumenda meo est ultio ab hoste mihi:
Caelesti quoniam judex sedet aequus in arce,
Qui dederit meritis digna cuique suis.
Nunquam delicias, nec opes aut nomen honoris,
Contendes votis a domino ipse tuis.
Haec etenim vitae sunt corruptela caducae,
Ast homo corrumpi nescius ipse manet.
Non illum tristi lugebis mente, sub ipsa
Qui jam putris humo vermibus esca jacet.
Juno semel cunctis adeunda est infera, felix
Qui dudum fati triste peregit iter.
Non illum propter tangantur corda dolore,
Quem paupertatis difficile urget onus.
Sed qui se vitiis immergit turpiter atris,
Hunc merito lacrimis prosequerere tuis.
Illius viridi cingentur tempora lauro,
At domino poenas mox dabit iste graves.
Sperne deam, nullo quae temperat ordine vitam,
Et regit arbitriis omnia coeca suis.
Mente tamen sortem cauta vitabis iniquam,
Ad quam fidentes dejicit illa sibi.
Pauca scias semper mortalibus esse loquenda,
Quos apud est melius, quam tacuisse nihil.
Plura sed aeterno tibi sunt facienda Tonanti
Verba, fides omnis quem penus usque manet.
Ipsa salutiferae sed enim meditatio legis,
Quo sint haec tandem tradet agenda modo.
Lavacrum est animae pergratum oratio nostrae,
Quae cum lacrimulis est tibi fusa piis.
Ast orans causas lacrimarum expende tuarum,
Factarum ratio sit tibi certa precum.
Non orbis reges ideo mundive tyranni

Felices, populis quod dominentur, erunt.
Quamvis et toto metuantur in orbe superbi,
Vique gerant solum sceptra timenda truci:
Ipsa verebuntur mox judicis ora severi,
Cum stabit puteal quilibet ante sacrum.
Cumque patrem primum cuncti numeremus Adamum,
Sunt pigra a nobis otia agenda procul.
Praemia suscepto nam digna labore feremus,
Quando anima Elysio laeta quiescet agro.
Cum genus antiqua nostrum ducamus ab Eva,
Nos opus est equidem tristia multa pati.
At vero nobis laeto si corde feratur,
Quae crux a domino cunque venire solet:
Finiet in verum maledictio dira favorem,
Proque ira rediet gratia laeta dei.
In rebus mentis lux sit tibi lampas agendis,
Qua duce justitiae rectius ibis iter.
Haec bona judicio vitae monstraverit acri,
Et sint ejusdem quae mala cunque dabit.
Si, quae de nostro spectemus, mantica tergo
Pendeat, et censor sit sibi quisque suus.
Et pius aethereae judex placabitur arcis,
Atque ejus nobis desinat ira minans.
Ut bonus est etenim, sic nos agnoscere gaudet,
Quam grave peccati quemque fatiget onus.
Si quid committas foede, mox pectora factum
Torqueat incusso moesta dolore tuum.
Namque creatoris cum simus imago, decebit
Nos equidem vacuos sordibus esse malis.
Sanato lacrimis animae prius ulcera laesae,
Quam denudentur turpiter illa tibi.
Haec procul avertent instantes pharmaca poenas,
Quas, nisi sumsisses illa, daturus eras.
Ut cernis faciles illos haud carpere gressus,
Quos male constrictos vincula dura premunt:

Sic qui perpetuo mundana negotia tractant,
Nunquam virtutis rite sequuntur iter.
In peccata odiis accensi simus acerbis,
Per quae mors in nos jus habet ipsa suum.
Illorum laqueos, et retia tensa licebit
Hac, ne dent nobis, arte cavere, malum.
Quamvis non pecces, si non tamen oderis illud,
Inter peccantes connumerere viros.
Non secus indoleas, lapsus cum proximus erat,
Atque soles vitiis indoluisse tuis,
Peccatis quoniam sic est obnoxius omnis,
Ut sit, qui careat crimine, nullus homo.
At cum ferventis jactari fluctibus illum
Aequoris adspicies, multaque dura pati,
Judicis aetherea regnantis in arce memento,
Curabisque animo vulnera facta tuo.
Non hic consilium est aliud mortalibus ullum,
Ultorem scelerum quam statuisse deum.
Seu quid facturus, seu quid dicturus es unquam,
Cujus te possit poenituisse semel,
In mentem veniat, quidnam praetexero causae,
Succedent votis cum minus illa meis?
Et tua mutabis motus delicta timore,
Et magis in cunctis inde modestus ages.
Ne quid delinquas, ne quid peccesve vetabunt,
Cumque timore pudor, cumque pudore timor.
Sed tamen haud facile est his recte motibus uti,
Perturbant etenim pectora nostra nimis.
Cum tua tristities vexabit corda, memento
Quae bona sint justis, quanta parata piis.
Hinc tibi proveniet, coelestia gaudia, fructus,
Qui semper nobis inde venire solet.
Credentem erga omnes sese dimittere oportet,
Si, quod habet, vere nomen habere velit.
Nam paucis humilem semper se ostendere tantum,
Sub virtute latens fraus simulantis erit.

Perpetuo nobis est afficiendus honore.
Proximus, et vero dignus amore coli.
Non tamen aetherei rector laedatur Olympi,
Cujus amor quovis tempore salvus erit.
Non cuiquam domini contra auxiliabere legem,
Quae fuit aeternos condita stare dies.
Absurdum est etenim quemquam praeferre Tonanti,
Quo non est toto major in orbe deus.
Ne tutare malos, vitiis alioquin eorum
Te inficies, socias attulerisque manus.
Non mox incuses commissa ob crimina fratrem,
Sed potius verbis ante moneto piis.
Nam primo miserandus erit, convicia demum
Addas, proficiet cum monuisse nihil.
Saepe piis studeas praebere loquentibus aures,
Saepius his etiam fundere verba velis.
Ad bona semper enim pravis emulanda, relictis
Hortantur zelo pectora nostra suo.
Mens sua cuique domi sit templum, ἐκκλήσιας in qua
Sincerae faciat pectore sacra pio.
Quod si tempus adest aedes invisere divûm,
Te quoque mox alios inter adesse decet.
At tecum, conclusa vides ubi templa, canendo
Tractabis Christi nuntia laeta dei.
Haec est virtutis verissima gloria demum,
Quam semper vere cernis habere pios.
Nam quia mortalis non est, haud occidit unquam,
Florida perpetuos statque viretque dies.
Tunc odi peccata, ferum cum daemonis ensem
In nos quo saevus fulminet, esse scies.
Si cupis a vitiis peccantem abducere foedis,
Hortetur verbis lenibus ille tibi.
Praebebit patulas equidem tibi cereus aures,
Et sua fulgebunt lumine corda sacro.

Cumque loquere piis, loquitor coelestia solum,
At non sint vitae dissona verba tuae.
Namque ita, virtutes qui fraude absque occulit omni,
E sermone feret gaudia vera tuo.
Ut neque virtutes possunt latuisse tenebris,
Sic neque perpetuum crimina tecta manent.
Si qua bona institues opera, illa decebit ad unguem
Perficere, et summam his addere rite manum.
Cogaris, Stygias ne forte vocatus ad undas,
Vix dum fatali linquere coepta gradu.
Sic tibi currendum est; palmae ut merearis honores,
Utque tuum laurus cingat amoena caput.
In vitae quoniam studio nos currere oportet,
Quo nos virtutis cunque vocabit iter.
In virtute pigrum minime decet esse paranda,
Namque labor segni cunctus inanis erit.
Est tibi venturum patientia semper ob usum
In tempus cunctis omne colenda modis.
Assultus etenim contra dabit optima quosvis
Arma, petet sortis res ubi dura tuae.
Corruptis obsta sensis, atque illa repelle
Dogmata per legis non violanda sacrae.
Fac tua terrenis avertas lumina rebus,
Cura sit his oculos abstinuisse tuos.
Fumus ab his etenim tetra fuligine nostras
Ascendens animas inficiendo nigrat.
Si te forte tenet rerum assuetudo malarum,
Sensim illam lento dissue, linque, gradu.
Sic animae sentes facile extirpabis acutas,
A quibus ad tristem pungitur usque necem.
Mente deum pura, sincero et pectore amabis,
Quo certum equidem purius esse nihil.
At, quae mundus agit, pendeto negotia parvi,
Quo sint haec tandem cunque vocata modo.
In toto Sophia nihil extat honestius orbe,

Non videt hac majus Phoebus et astra decus,
Cum sit salvificae mater pulcherrima legis,
Consors et regni, quo fuit orta, dei.
Qui sacrum domini templum desiderat esse,
Offerat assiduas pinguia sacra preces.
Quaerere consilium nemo debebit ab illo,
Cujus vita putet moribus acta malis.
Qui sua criminibus traducit tempora foedis,
Ille nihil poterit consuluisse boni.
Nulla tuum subeat morum corruptio pectus,
Semper et e sacro participato cibo.
Nam sic in nostrum corpus mutatur Ihesu,
Ultro pro membris quod dedit ipse suis.
Irrites nullo supremum murmure patrem,
Si cruce fortassis detineare gravi.
Namque pater natos veluti castigat amandos,
Sic quoque dilectos corripit ipse sibi.
Cum nobis igitur large benefecerit ille,
Dignus, cui grates semper agantur, erit.
Si probro affecto tibi forte injuria fiat,
In tua plaudentes gaudia tolle manus.
Nam si non merito tibi turpiter accidat illa,
Olim, crede mihi, praemia digna feres.
Ast hanc si meritus pateris meruisseque nolles,
Vitabis poenas, verbera dira, graves.
Quaecunque in nostra videas contingere vita,
Quae vel laetitiam tristitiamve ferant,
Haec umbrae facies, nigroque simillima fumo,
Protinus instabili protulerisque rotae.
Umbra velut fugiunt: ceu fumus, vana videntur.
Instar vertuntur mobilis illa rotae.
Non aliena tuis immisce negotia rebus,
Si vacuus vitiis omnibus esse velis.
Cumque homo sis, fastus equidem vitaveris omnes,
Quamvis possideas plurima dives opum.
Sic tibi non unquam deus adversabitur, illum

Propitium hoc poteris semper habere modo.
In sacra quoties domini versaberis aede,
Ne tua sint fastu pectora plena truci.
Nam neque se jactant, neque sunt impune superbi,
Qui cum magnanimis regibus esse solent.
Haud unquam propriam debes contemnere vitam,
Qua nil quidquam homini carius esse potest.
Quod lex sacra vetat, stulte non feceris illud,
Ne quoque sis damno lege vetante tibi.
Non aliena tibi moveant incommoda risum,
Et cave in alterius laetior esse malis.
Ne tibi fortassis, cum nolles, fiat id ipsum,
Inque tuum redeant scommata versa caput.
Magna sit in primis operum tibi cura bonorum,
Semper in his etiam longius ire velis.
Nam simul ac parvo non cessas addere parvum,
Quam mox optandas dives habebis opes.
Ad via virtutem brevis est et commoda veram,
Gaudia si mundi fugeris atra mali.
Ne praecepta velis, monitus, contemnere nostra,
Ut caput impediat laurea vera tuum.
Non res unius perituras aestimet assis,
Qui bona corrumpi nescia cunque petit.
Si cupis aeternum traducere jugiter aevum,
Laetaque cum sanctis vivere secla viris:
Exspecta impavido crudelem pectore mortem,
Quae nobis vitae est janua facta novae.
Tu nihil humanae tangare cupidine vitae,
Quae nobis odio est semper habenda gravi.
Namque rotam illius nullo volvi ordine cernis,
Atque hanc, fortunae quo movet aura, rapi.
Non bona quaesieris, quorum mox interit usus,
Quae vix possideas tempore fluxa brevi.
Ille quidem naso tibi suspendendus adunco est,
Fortuna in gremio quem fovet ipsa suo.
Sed male quos eadem vexat, vultuque severo

Aspicit, his equidem condoluisse pium est.
Illud enim Sophiae nota non obscura severae est,
  Ast hoc indicium commiserentis erit.
Sunt terrena nihil, nullo sed spiritus aevo
  Occidit, aeterna sede beatus aget.
Quare ea praeferto perituris munera rebus,
  Quae sunt in nullos interitura dies.
Magnanimo adversos tolerabis pectore casus,
  Aeterna exoptas quisquis habere bona.
Cura sit, a domino chari nil poscere, verum
  Quae vitae possint utilia esse tuae.
Non optata tibi facilis dabit ille petenti,
  Sin dabit, ex illis plurima damna feres.
Nunquam pauperiem debes contemnere, athletam
  Invictum legis nam facit illa sacrae.
Ne sis divitiis tumidus, disjungere curae
  Illarum a domino pectora nostra solent.
Quisquis supplicium cupit evitare severum,
  Non quemquam nigro rodere dente velit.
Namque tuum turpi si laedas scommate fratrem,
  Offendes summi numina sancta dei.
Si cupis aerumnas de te propellere cunctas,
  Atque omnes vitae laetior esse dies,
Ne fratrem dictis studeas incessere amaris,
  In te ne culpa saeviat ille tua.
Sit tibi cumprimis divina modestia curae,
  Quantumvis summos inter habere viros.
Namque ita triste rei cum stabimus ante tribunal,
  Te tollet superûm rector ad alta deûm.
Inducas animum nullius laedere famam,
  Hoc semper poteris hoste carere modo.
Utque queas, nullo te reprendente, serena
  Fronte audax nocuis obvius ire viris,
Pectore sinceram toto complectere vitam,
  Dedecoret mores nec macula ulla tuos.
Non facile argueris, temere nec carpseris ullum,

Ne forsan fastus insimulere trucis.
Jam prope tempus adest, piger, o piger! ultima rerum
Linea, judicium quin opperiris atrox?
Mortiferas animae sentes runcemus ab agro,
Nos brevis, en, verni temporis aura monet.
Quum nihil immenso prorsus peccetur in orbe,
Quod possit summum forte latere deum:
Quae nos, o homines, tandem dementia cepit,
Ut juvet in vitiis vivere turpe malis?
Tametsi lateant homines tua facta, sacrorum
Novit spirituum sed tamen illa cohors.
Nobiscum plures etenim versantur, at illos
Aversos factis noveris esse malis.
Quam sis judicii trutinandus lance severi,
Pectore perpendas nocte dieque tuo.
Et quidquid vita mendosius exit in omni,
Hoc emendatum sancta litura dabit.
Non segnem ducas tranquilla per otia vitam,
Illis damnosum nil magis esse putans.
Ergo laborabis, non ullo tempore cessans,
Reddenda est operis sed tibi causa tui.
Nemo futurorum pondus tibi rite bonorum,
Et decus, et numerum dicere nemo potest.
At quae praesenti florere videntur in aevo,
Nil sunt, bulla nisi, fumus, et umbra simul.
Tu ne prava seras, spinarum namque colonus,
Cum prope sit vernum tempus, in igne lues.
Utque rosae, medio quae florent tempore veris,
Prono, languentes arbore, vere cadunt:
Sic sunt hypocritae, juvat et quos sola voluptas,
Quique relinquendas ardet avarus opes:
Perpaucas illos florere sinamus in horas,
Mox, calcata velut graminis herba, cadent.
Armatur vitiis equidem nos omnibus erga,
Qui tenet infernas rex metuendus aquas.

Saevus in armantes at vero insurgit, et inde
His movet invicta bella cruenta manu.
Qui privare suis hostem desiderat armis,
Peccatum resecet protinus omne prius.
Si sapis, hortari monitus ne despice nostrum,
Permittasque illud pondus habere suum.
Te clarum facient etenim mortalibus illa,
Quin' potes his summo gratior esse deo,
Praeceptis quoniam deus his gaudetque, cupitque
Virtutum studiis talibus usque coli.
Ve scelerate tibi, quando omnia luce fruuntur,
Solus eris tenebris obrutus ipse tuis.
Ve blaspheme tibi, cum lingua ligabitur ori,
Qui poteris causam dicere, cedo, tuam?
Ve injuste tibi, judex immitis, at aequus
Te manet aetherea legifer arce sedens.
Ve o avare tibi, tua te nam gaza relinquet,
Flamma sed excipiet corpus avara tuum.
Ve segni, quaeret quae tempora turpiter egit,
Quaerens inveniet, sed minus illa tamen.
Ve tibi, ventoso tumidus qui corde superbis,
Quique geris fastu pectora plena truci.
Nam tua condiderit simulac tibi membra sepulcrum,
Quam sis in misera conditione, scies.
Ve tibi, qui scortis tantum oblectare, cuique
Mater adulterii est unica cura Venus.
Nam tibi sponsalis graviter sordebit amictus,
Regis et e thalamis ejiciere sacris.
Ve tibi, qui semper convicia turpia jactas,
Quique soles nullo sobrius esse die.
Pendet enim poenas, velut interfector, atroces,
Et male cum moechis stabit uterque reus.
Ve molli, haud longum gaudebit namque sagina,
Ut qui mox vitulus pinguior ense cadet.
Ve tibi mendaci, perfusaque pectora fuco
Qui geris, et ficto decipis ore pios.

Namque lupum judex te pectore ferre probabit,
Esse suam pastor teque negabit ovem.
O felix nimium, bis, terque, quaterque beatus,
Qui vitae angustum cautius ibit iter.
Namque triumphali redimitus tempora lauro,
Coelorum aeterna sede beatus aget.
Felix delicias quisquis conculcat amaras,
Illum tartarei daemones ante tremment.
O vere felix anima qui simplice gaudet,
Labeque sincerum qui sine pectus habet.
Dignus enim (sed non quem mundus judicet) ille,
Ob sua qui mundum crimina damnet, erit.
Felix, quem solers humilem prudentia reddit,
Vitaque sublimem rite peracta facit.
Namque redemtoris sequitur vestigia Christi,
Cujus Olympiaca cinget in arce latus.
Felix et nimium felix multumque beatus,
A cujus nunquam lex abit ore dei.
Hujus enim dominus minime tentoria spernet,
Quamvis sit toto solus in orbe deus.
O quoties felix, quoties erit ille beatus,
Quem vere auxilio pluribus esse juvat.
Namque sui plures invenerit ille patronos,
Cum stabit puteal judicis ante sacrum.
Felix virtutem qui non vitiaverit ipsam,
Non in ventilabrum judicis ille cadet.
Felix ante suas quisquis virtutes adornat,
Nec sinit has foedo turpe jacere situ.
Tempore quam duro conflatus inardeat ignis,
Cujus spectari cuncta calore solent.
Quisquis perpetuam properat contingere vitam,
Dicetur felix omnibus ille modis.
Nil nisi perniciem praesentia perspicit esse,
Ad mortem soleant ducere quaeque feram.
O felix mundo viventi pectore mundus,
Qui se consocians pessima quaeque fugat.

Felix attentis qui percipit auribus ista,
Atque imo semper pectore fixa tenet.
Namque patet toto nihil esse beatius orbe,
Quam colere aeternum corde timere deum,
Atque illam vigili sub pectore volvere lucem,
Omnia qua fient, quae latuere, palam.
Quid vos o illo facietis tempore pigri,
Quo nihil, heu, sero poenituisse juvat.
At modo sincera cunctos ego mente cohortor,
Ut mea praesenti pectore dicta legant.
Factaque sint horum qua mox trituranda libella,
Perpendant animis gnaviter usque suis.

Τέλος.

GREGORII NAZIANZENI
THEOCTISTI
ET
ALIORUM
SENTENTIAE QUAEDAM.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ

ΓΝΩΜΑΙ ΜΟΝΟΣΤΙΧΟΙ

Κατὰ Ἀλφάβητον Ἰαμβικόν.

---

1. Ἀρχὴν ἁπάντων καὶ τέλος ποιοῦ θεόν.
2. Βίου τὸ κέρδος εὖ βιοῦν καθ' ἡμέραν.
3. Γίνωσκε πάντων τῶν καλῶν τὰ δράματα.
4. Δεινὸν πένεσθαι, δεινὸν εὐπορεῖν κακῶς.
5. Εὐεργετῶν ἔθιζε μιμεῖσθαι θεόν.
6. Ζήτει θεοῦ σὺ χρηστότητα, χρηστὸς ὤν.
7. Ἡ σὰρξ κρατείσθω καὶ δαμαζέσθω καλῶς.
8. Θυμὸν χαλίνου, μὴ φρενῶν ἔξω πέσῃς.
9. Ἴστη μὲν ὄμμα, γλῶσσα δὲ στάθμην ἔχοι.
10. Κλεὶς ὠσὶ κείσθω μηδὲ πορνεύοι γέλως.
11. Λύχνος βίου σοὶ παντὸς ἡγείσθω λόγος.
12. Μή σοι τὸ εἶναι τῷ δοκεῖν ὑποῤῥέοι.
13. Νόει τὰ πάντα, πράττε δ' ἃ πράττειν θέμις.
14. Ξένον σεαυτὸν ἴσθι, καὶ τίμα ξένους.
15. Ὅτ' εὐπλοεῖς μάλιστα, μέμνησο ζάλης.
16. Πάντ' εὐχαρίστως τὰκ θεοῦ δέχεσθαι χρή.
17. Ῥάβδος δικαίου πλεῖον ἢ τιμὴ κακοῦ.
18. Σοφῶν θύρας ἔκτριβε, πλουσίων δὲ μή.
19. Τὸ μικρὸν οὐ μικρὸν, ὅταν ἐκφέρῃ μέγα.
20. Ὕβριν χαλίνου, καὶ μέγας ἔσῃ σοφός.
21. Φύλασσε σαυτὸν, πτῶμα δ' ἄλλου μὴ γέλα.
22. Χάρις φθονεῖσθαι, τὸ φθονεῖν δ' αἶχος μέγα.
23. Ψυχὴ θύοιτο μᾶλλον, ἢ τὸ πᾶν θεῷ.
24. Ὦ τίς φυλάξει ταῦτα, καὶ σωθήσεται.

GREGORII THEOLOGI NAZIANZENI

MONOSTICHA IAMBICA

Secundum ordinem Alphabeti, Jacobo Billio interprete.

1. Agendorum initium sit ac finis deus.
2. Beata lucra vitae cottidie mori.
3. Cognoscere hominum facta egregiorum stude.
4. Durum est egere; pejus ditem esse improbe.
5. Eris si beneficus, imitaberis deum.
6. Fac sis benignus, ut benignum habeas deum.
7. Geras cave carni morem, sed eam doma.
8. Habenis retine iram, ne te occupet furor.
9. Inhibeto visum: quaedam linguae norma sit.
10. Clavem auribus obde, risum lascivum fuge.
11. Lucerna sit ratio vitae tibi totius.
12. Missam fac opinionem remque amplectere.
13. Noscenda cuncta putato, sed quae fas age.
14. Omnem exhibe hospiti honorem, cum hospes ipse sis.
15. Procella timeri cursu debet prospero.
16. Quaecunque dat deus, animo grato accipe.
17. Res virga justi potior est, quam honos mali.
18. Sapientum mihi fores, non locupletum tere.
19. Tibine pusillum est, unde quid ingens provenit?
20. Vir magnus esse potes frenans petulantiam.
21. Probe tibi cave; alterius lapsum haud riseris.
22. Gratum invideri, at invidere ingens probrum.
23. Praestat animum, quam cetera offerre deo.
24. O quam beatus, quisquis haec servaverit.

ΓΝΩΜΑΙ ΘΕΟΚΤΙΣΤΟΥ

πρὸς τοὺς μαλακῶς καὶ ὑπτιωτέρως διακειμένους μάλιστα τὴν ὠφέλειαν παρέχουσαι, κατὰ στοιχεῖον.

---

1. Ἀνιαρὸν μὲν, πῶς γὰρ οὔ; τὸ μὴ ἐπικουφίζειν ἀτυχίας ἐλέῳ καὶ συμφόρῳ δια τὸ ἀνθρώπινον ἀδοκήτως παραπιπτούσας, ἀλλ' ὀνειδίζειν καὶ δριμυτέραν τὴν ὀδύνην ἐργάζεσθαι, ὑπέκκαυμα τοῦ πάθους καὶ τῆς δίκης διὰ τὸ ὁμογενὲς καθεστῶτας.

2. Βέλτισν ἐπὶ ξυροῦ ἢ ὄγκου βαίνειν μετὰ προλήψεως, διὰ τὸ ἀβέβαιον καὶ ἀστάθμητον τοῦ βίου.

3. Γῆν ὥσπερ ἐπαμησάμενοι ἄνθρωποι, ἐπὶ τὸ ἀσελγέστερον προϊούσης τῆς μοχθηρίας, κατέχεαν ἑαυτοῖς, καὶ τοῖς ἐχθροῖς γέλωτα ὤφλησαν· ὡς καὶ ἐπιγενόμενοι ὀφλισκάνουσι.

4. Δεινὴ πέφυκεν ἡ συνήθεια κόρον ἀπογεννῆσαι, καὶ φύσιν ἐκ παραλλήλου μεταποιῆσαι.

5. Εὖ πάθοῦσι τοῖς φίλοις οἱ πολλοὶ ἥδονται· δυσπαθοῦσι δὲ εὐαρίθμητοι συμπάσχουσι, κακῷ τὸ κακὸν παρηγοροῦντες.

6. Ζωὴν ἀμείψασθαι χειρίστης τὴν κρατίστην, ἐπιπονώτερον.

7. Ἠληθιότητος οὐχ ἧττον ἢ κενοσπουδίας τὸ ὑπεκλύειν τὸ ἀνακεχωρηκὸς τοῦ θυμοειδοῦς ἐν τοῖς περιπάτοις.

8. Θράσει μὲν οὐδεὶς οὐδέπω, πόνῳ δὲ καὶ γενναιότητι καὶ ἐπιεικείᾳ τὴν ἀρετὴν ἐκτήσατο.

THEOCTISTI
SENTENTIAE QUAEDAM

perquam utiles ad eos, qui molli et supino sunt animo, juxta literarum Graecarum seriem.

(Editae a Trincavello et Conrado Gesnero ad calcem Stobaei, interprete Conr. Gesnero.)

---

1. Molesta res est infortunia, quae propter miseriam et calamitatem humanae naturae ingruunt, non levare, sed exprobrare et doloris acrimoniam augere, veluti fomentum perturbationis et poenae erga congenerem naturam existentes.

2. Praestat super novacula ingredi, quam uti fastu cum praesumtione. Inconstans enim et instabilis vita est.

3. Homines, improbitate magis magisque lasciviente, veluti terra congesta sese obruunt, et inimicis ridiculi sunt, itemque ipsorum posteri.

4. Magna vis consuetudinis est ad amoliendam satietatem et naturam vicissim immutandam.

5. Amicis feliciter agentibus plurimi congratulantur; infortunatis autem pauci condolent, malo malum solantes.

6. Vitam optimam pro pessima acquirere laboriosum est.

7. Stultitiae non minus est quam inanis stud ii internam animorum et strenuam alacritatem disso. vere otiosis deambulationibus.

8. Nullus adhuc unquam audacia, sed labore generositate et modestia virtutem acquisivit.

9. Ἰατρεύειν δεῖ τοὺς ἀναφέροντας καὶ μή, μήπως οἱ μὲν εἰς τὴν αὐτὴν νόσον, οἱ δὲ τὴν ἐπὶ θάνατον βαδίσωσι.

10. Κράτιστον μὴ μᾶλλον ὑπ' ἀγχινοίας, ἢ ἀρετῆς ἐγκαλλωπίζεσθαι.

11. Λίαν εὖ βεβηκότων ἀνδρῶν τῶν ἀκλινὲς τὸ τῆς ψυχῆς ὄρθιον ἐν τοῖς δεινοῖς διαφυλαττόντων.

12. Μέγιστον μὲν καὶ θεοῦ μόνον τὸ ἀνάλωτον· γενναίων δὲ τὸ καὶ μετὰ τὸ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἀχθῆναι ἐν τῷ παραχρῆμα ἀνενεγκεῖν.

13. Ναῦν ἐξ ἑνὸς ἀγκυρίου, καὶ ἐκ μιᾶς ἐλπίδος πρὸς τὸν λιμένα τῆς ἀπαθείας οὐ καθορμίζομεν.

14. Ξένον χρὴ πάντα τρόπον τῶν γλαφυρῶν θεαμάτων τυγχάνειν, καὶ μετέωρον σκιατροφίας μήπως ὑφ' ἡδονῆς ἀρθέντα ἐπίσημον σχεῖν τὴν πονηρίαν.

15. Οὐ χαλεπὸν τοσοῦτον αὐτοῖς πληρώμασι καταδῦναι ναῦν, ὅσον ὑπέραντλον αὐτὸν τοῖς πάθεσιν ἀπειρηκότα τῷ βυθῷ τῆς ἀπωλείας καταβαπτίσαι.

16. Πᾶν ὃ τιμῆς τε καὶ τιμωρίας κατὰ τὸ ἴσον ἀφέστηκεν, οὔπω ἀρετή.

17. Ῥαστώνης τὴν ἀκμὴν προαιρεῖσθαι, κακίας ὑποπιμπλώσης, καὶ διωλύγγιον τὸν ὄλισθον παρασκευαζούσης.

18. Σαινόντων παρασίτων ἐπ' ἀῤῥήτοις καὶ ἀνωνύμοις αἰσχρουργίαις, καὶ ὡς τὸ πολὺ καταγοητευόντων μὴ ἐπιστρέφεσθαι.

19. Τὸ μὲν δυσωπεῖσθαι τὰς τῶν φίλων συνουσίας εἰς δυσμένειαν ἀποτελευτώσας φυλάξασθαι οὐ ῥάδιον προπολλοῦ σ' ἂν ἴδειν. ἐπηλυγαζόντων τὸ ἀμύνασθαι. τὸ δὲ τὰς τῶν διαφόρων.

20. Ὑψιτενεῖν, μὴ ὑπερφρονεῖν, τῶν σωτηρίων ὁδῶν ἐπιλαμβανόμενον.

21. Φεύγειν δεῖ πάντα τρόπον τὰς σκολιὰς καὶ πρανεῖς· τὰς δὲ ἀποτόμους καὶ ὀρθίους τρίβους ἀσπάζεσθαι.

9. Mederi oportet tum recipientibus se a morbo, tum non recipientibus: his, ne moriantur: illis, ne in eundem morbum recidant.

10. Non tam ingenii sollertia, quam virtute gloriari decet.

11. Virorum constantium est animi statum in periculis rectum et immobilem conservare.

12. Praestantissimum quidem est et deo proprium omnino non delinquere, generosorum vero hominum, ut quis peccato succubuit, resipiscere.

13. Ut navis una anchora non stabilitur, sic unica spe ad portum tranquillitatis non appellimus.

14. Ab instructis ornatu nimio spectaculis omni modo abesse oportet ac vitae molli ac umbratili te subtrahere, ne voluptate elato improbitatis nota tibi inuratur.

15. Non tam aegre ferendum est, navem cum omnibus quae vehit submergi, quam se ipsum perturbationibus obrutum et jam desperatum in altum perniciei gurgitem demergere.

16. Quidquid aequo intervallo ab honore et poena distat, nondum virtus est.

17. Otii malitia replentis, et lapsum ingentem afferentis infringendae sunt vires.

18. Parasitos nefandis et indignis dictu vitiis adblandientes, et ut plurimum fascinantes nihil moraberis neque commoveberis.

19. Difficile est cavere et antevertere amicorum conversationes, qui clanculum nobis male volunt, cum omnis suspicio familiaritatis nomine occultetur. Ab externis vero et inimicis nobis cavere facilius est.

20. In altum tendere oportet, non autem superbire salubres vias occupantem.

21. Obliquae et declives viae modis omnibus fugiendae sunt: abruptae autem et recta sursum ferentes complectendae.

22. Χαλεπὰ τὰ καλὰ, τὰ δὲ κακὰ μὴ χαλεπά.

23. Ψυχὴν ὅτι μάλιστα τῆς τοῦ σώματος βδελυρίας χωρίζειν· ὅτι πᾶσα ἀνάγκη τὴν τούτων συμπάθειαν ἀποικονομεῖσθαι.

24. Ὥρας χρὴ ἀπεριμαχήτως ἠρηκέναι· τὸ γὰρ περιμεῖναι αὐτὰς κινδυνεύει μὴ οὐχὶ ἐπ' ἔσχατον κακὸν, ὥσπερ αὖ κατὰ τὸ ἐναντίον χωρῆσαι.

ΓΝΩΜΑΙ ΠΕΡΙ ΦΘΟΝΟΥ.

1. Ὥσπερ τῶν βελῶν τὰ βιαίως φερόμενα, ἐπειδὰν καρτερῷ τινι καὶ ἀντιτύπῳ προσπέσῃ, ἐπὶ τὸν προϊέμενον ἐπανέρχεται, οὕτω καὶ τὰ τοῦ φθόνου κινήματα οὐδὲν λυποῦντα τὸν βασκαινόμενον αὐτοῦ πληγαὶ γίνονται τοῦ βασκάνου.

2. Τί στενάζεις, ὦ φθονερέ; τὸ ἴδιον κακὸν ἢ τὸ ἀλλότριον ἀγαθόν; Τοὺς μὲν κύνας τρέφοντες ἡμεροῦμεν, τὸν δὲ βάσκανον εὐεργετοῦντες χαλεπώτερον ἀπεργαζόμεθα.

3. Ὥσπερ τὰς ἐχίδνας φασὶ τὴν κυήσασαν αὐτὰς γαστέρα διεσθιούσας ἀπογεννᾶσθαι, οὕτω καὶ ὁ φθόνος τὴν ὠδίνουσαν αὐτὸν ψυχὴν πέφυκε δαπανᾷν.

4. Τὸ μόνον τῶν παθῶν ἀδικώτατόν τε ἅμα καὶ δικαιότατον· τὸ μὲν, ὅτι πᾶσι διοχλεῖ τοῖς καλοῖς, τὸ δὲ, ὅτι τήκει τοὺς ἔχοντας.

22. Difficilia quae pulchra sunt, mala vero non difficilia.

23. Anima a corporis inquinatione summo studio separanda est. Nam valde necessarium est, ut a contagio ejus remoti liberique simus.

24. Occasiones caute deligendae sunt. Nam si transgrediaris ipsas, extreme aliquando periclitaberis, nec non si citra nimium constiteris.

SENTENTIAE DE INVIDIA.

(*Ex variis scriptoribus sacris profanisque collectae et editae ab Aldo Manutio et Othmaro Luscinio ad calcem sententiarum VII Sapientum.*) *)

---

1. Quemadmodum sagittae, quum magna cum vi emittuntur, si firmum aliquod et durum invenerint obstaculum, in eum, a quo emissae sunt, repelluntur, ita invidiae tela, cum nihil obesse possunt ei, cui invidetur, ipsi plagas inferunt invido.

2. Quid gemis, invide? an de proprio malo, an de alterius bono? Qui quidem canes enutriunt, mansuetos, qui vero invidis benefaciunt, difficiliores efficiunt.

3. Quemadmodum viperas tradunt nasci, ipso ventre corroso, in quo natae sunt, ita et livor ipsum animum, cui ortum debet, exedit consumendo.

4. Una passionum injustissima simul et justissima invidia est: illa, quoniam omnibus infesta est bonis, haec autem, quoniam quos occupavit tabe enecat.

---

*) *Omisimus hic eas sententias, quae jam supra editae fuerunt in VII Sapientum sententiis et aliis opusculis.*

5. Ὁ δαίμων φθονεῖ μὲν, ἀνθρώποις δὲ, δαίμονι δὲ οὐδενί· σὺ δὲ ἄνθρωπος ὢν ἀνθρώποις φθονεῖς, καὶ ποίας τεύξῃ συγγνώμης;

6. Θεόφραστος εἶπε τοὺς μοχθηροὺς τῶν ἀνθρώπων οὐχ οὕτως ἥδεσθαι ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἀγαθοῖς ὡς ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς.

7. Πλάτων· ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε γίνεται φθόνος.

8. Τοῦ πολεμεῖν χεῖρόν ἐστι τὸ βασκαίνειν· ὁ μὲν γὰρ πολεμῶν, τῆς αἰτίας λυθείσης, δι' ἣν ὁ πόλεμος, καὶ τὴν ἔχθραν κατέλυσεν, ὁ δὲ βάσκανος οὐδέποτε ἂν γένοιτο φίλος. καὶ ὁ μὲν φανερὰν τὴν μάχην ἐπιδείκνυται, ὁ δὲ συνεσκιασμένην. καὶ ὁ μὲν αἰτίαν ἔχει πολλάκις εὔλογον τοῦ πολέμου, ὁ δὲ οὐδὲν ἕτερον ἢ μανίαν καὶ γνώμην φθαρτικήν.

9. Φθονερῷ ἀτύχημα μέν ἐστιν οὐ τὸ ἴδιον κακὸν, ἀλλὰ τὸ ἀλλότριον ἀγαθόν· κατόρθωμα δὲ πάλιν οὐ τὸ οἰκεῖον καλὸν, ἀλλὰ τὸ τοῦ πέλας κακόν.

10. Τὰ καλὰ κἂν φθόνῳ πρὸς ὀλίγον ἐπισκιασθῇ χρόνον, ἐπὶ καιρῷ λυθέντα αὖθις ἀναλάμπει.

11. Χάριεν ἀληθῶς τὸ παρὰ Διογένους εἰρημένον πρὸς τὸν ἐρόμενον· πῶς ἀμυνοῦμαι τὸν ἐχθρόν; αὐτὸς καλὸς κἀγαθὸς γενόμενος. Εἰ γὰρ ἵππους ἐχθρῶν ὁρῶντες εὐδοκιμοῦντας ἀνιῶνται, καὶ χωρίον ἐκπεπονημένον καὶ κύνας ἐπαινουμένους, τί ἂν οἴει τούτους παθεῖν, εἰ ἑαυτὸν ἐπιδείξεις ἄνδρα δίκαιον καὶ χρηστόν;

12. Ζηλοτυπία ἅπαξ ἐμπεσοῦσα ψυχῇ δυσεκλειπτόν ἐστιν.

13. Βίων ὁ σοφὸς ἰδών τινα φθονερὸν σφόδρα κεκυφότα, εἶπεν· ἢ τούτῳ μέγα κακὸν συμβέβηκεν, ἢ ἄλλῳ μέγα ἀγαθόν.

14. Τῷ φθόνῳ τοῦτο μόνον πρόσεστιν ἀγαθὸν, ὅτι μέγιστον κακὸν τοῖς ἔχουσίν ἐστιν.

5. Invidet quidem daemon, sed hominibus, nulli vero daemoni: tu vero homo, hominibus cum invideas, quomodo consequi possis veniam?

6. Theophrastus dicebat, malos non tam delectari suis bonis, quam alienis malis.

7. Bonus erat: bonus autem vir nulli unquam ob ullam rem invidet.

8. Proeliari melius est quam invidere. Quippe qui bellum gerit, sublata caussa belli et simultatem dissolvit: invidus autem nunquam reddetur amicus. Ille quidem apertum Martem prae se fert, hic vero obtectum. Et ille quidem non raro caussam belli habet satis justam, hic vero nil aliud praeter vesaniam et mentem perdendi cupidam.

9. Invido infortunium est non suum malum, sed alterius bonum: felicitas contra non suum bonum, sed vicini malum.

10. Honesta, etiamsi per invidiam ad tempus aliquod obscurentur, tamen suo tempore soluta iterum resplendent.

11. Scitum omnino illud Diogenis dictum ad interrogantem: quomodo talionem reddam inimico? Ipse honestus et bonus factus. Si enim equos inimicorum videntes bene probatos, et agellum bene excultum, et canes commendatos contristantur, quidnam existimes tales pati, si te ipsum ostenderis virum justum bonumque?

12. Zelotypia, cum semel in animum inciderit, aegre illinc revelli potest.

13. Bion ille sapiens cum invidum quendam admodum tristem vultu in terram demisso animadvertisset: Aut huic, inquit, magnum malum accidit, aut alteri magnum bonum.

14. Invidiae hoc solum bonum inest, quod maximum malum est habentibus ipsam.

15. Ὥσπερ αἱ γύπες πρὸς τὰ δυσώδη φέρονται, πολλοὺς μὲν λειμῶνας, πολλοὺς δὲ ἡδεῖς καὶ εὐώδεις τόπους ὑπεριπτάμενοι· καὶ αἱ μυῖαι τὸ μὲν ὑγιαῖνον παρατρέχουσι, πρὸς δὲ τὸ ἕλκος ἐπείγονται· οὕτως οἱ βάσκανοι τὰς μὲν τοῦ βίου λαμπρότητας καὶ τὰ μεγέθη τῶν κατορθουμένων οὐδὲ προσβλέπουσι, τοῖς δὲ σαθροῖς ἐπιτίθενται.

16. Θεμιστοκλῆς μειράκιον ὢν οὐδὲν ἔφη πράττειν λαμπρόν· οὔπω γὰρ φθονεῖσθαι. καθάπερ γὰρ αἱ κανθαρίδες ἐμφύονται μάλιστα τῷ ἀκμάζοντι σίτῳ καὶ τοῖς εὐθαλέσι ῥόδοις· οὕτω ὁ φθόνος ἅπτεται μάλιστα τῶν χρηστῶν καὶ αὐξανομένων πρὸς ἀρετήν, καὶ δόξαν ἠθῶν καὶ προσώπων κεκτημένων.

15. Ut vultures ad male olentia cadavera, praeteritis pratis et locis aliis multis amoenis et odoriferis, feruntur, item muscae, quae sana sunt, praetervolantes ad ulcera festinant; sic invidi splendida ac magna et praeclare facta ne intuentur quidem, sed putria invadunt.

16. Themistocles adhuc adolescens nihil dum praeclari se facere dixit; nondum enim invideri sibi. Nam sicut cantharides vegeto maxime tritico adhaerent et rosis pulchre florentibus; sic invidia maxime invadit bonos viros, et in virtute proficientes, et ingenii personaeque gloriam sustinentes.

VITA BREVIS
PYTHAGORAE
E
VARIIS SCRIPTORIBUS GRAECIS
CONSCRIPTA
A
IOACHIMO ZEHNERO.

Ο ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΒΙΟΣ

ἐκ διαφόρων συγγραφέων ἡρμοσμένος.

a) Πυθαγόρας ὁ Σάμιος, b) Μνησάρχου δακτυλιογλύφου, c) πρῶτον μὲν Φερεκύδου τοῦ Συρίου, μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου τελευτὴν τοῦ Ἑρμοδάμαντος ἤκουσε. Νέος δὲ ὢν καὶ φιλομαθὴς, ἀπεδήμησε τῆς πατρίδος, καὶ πάσας ἐμυήθη τάς τε Ἑλληνικὰς καὶ βαρβαρικὰς τελετάς. d) ἱστοροῦσι γὰρ αὐτὸν ἀπελθόντα εἰς Αἴγυπτον e) Σώγχιδι τῷ ἀρχιπροφήτῃ f) Ἡλιουπολίτῃ g) μαθητεῦσαι h) καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν Αἰγυπτίων προφήταις συμβεβληκέναι, i) εἶτα καὶ τῆς περιτομῆς ἀνασχέσθαι, k) ἵνα δὴ καὶ εἰς τὰ ἄδυτα κατελθὼν, τὴν μυστικὴν παρ' Αἰγυπτίων ἐκμάθοι l) θεολογίαν καὶ φυσιολογίαν ἀκριβεστέραν. μετὰ ταῦτα m) φιλομαθίας χάριν καὶ εἰς Βαβυλῶνα ἀπῆλθεν, ὅπου n) Χαλδαίων τε καὶ Μάγων τοῖς ἀρίστοις συνεγένετο. o) Παιδευθεὶς δὲ παρ' Αἰγυπτίοις καὶ Χαλδαίοις, ἀπῆρεν εἰς Κρότωνα τῆς Ἰταλίας, καὶ σχολὴν συστησάμενος, p) φιλόσοφον ἑαυτὸν πρῶτος ἀνηγόρευσε. q) Φησὶ δὲ Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος ἐν τῷ περὶ φυσιολογιῶν, Πυθαγόραν αὐτὸν ὀνομασθῆναι, ὅτι τὴν ἀλήθειαν ἠγόρευεν οὐχ ἧττον τοῦ Πυθίου. r) Γαμετὴν ἐποιήσατο Θεανὼ τὴν Βροντίνου τοῦ Κροτωνίατου θυγατέρα. s) Ἠξίου μὴ μόνον λογιώτατον ἀλλὰ καὶ πρεσβύτατον ἡγεῖσθαι τῶν σοφῶν, τὸν θέμενον τὰ ὀνόματα τοῖς πράγμασι. t) Τῆς σαρκοφαγίας ἀπείχετο συνασκῶν καὶ συνεθίζων εἰς εὐκολίαν βίου τοὺς ἀνθρώπους, ὥστε εὐποριστους αὐτοῖς εἶναι τὰς τροφὰς, ἄπυρα προσφερομένοις καὶ λιτὸν ὕδωρ πίνουσιν, u) ἐντεῦθεν γὰρ καὶ σώματος ὑγίειαν καὶ ψυχῆς ὀξύτητα περιγίνεσθαι. x) Τοῖς

VITA BREVIS PYTHAGORAE

e diversis scriptoribus collecta a Joachimo Zehnero.

Pythagoras Samius Mnesarchi annulorum sculptoris filius, primum quidem Pherecydem Syrum: post hujus vero obitum Hermodamantem audivit. Cum autem juvenis esset, ac discendi studiosissimus, e patria peregre profectus et omnibus tam Graecis, quam barbaricis sacris initiatus est. Ferunt enim ipsum digressum in Aegyptum, Sonchidis archiprophetae Heliopolitani discipulum fuisse, et cum ceteris Aegyptiorum prophetis conversatum fuisse, tum etiam circumcisionem subiisse, ut in adyta intromissus, mysticam Aegyptiorum Theologiam et Physiologiam exquisitissimam perdisceret. Postea discendi studio etiam in Babyloniam abiit, ubi Chaldaeorum et Magorum praestantissimis conversatus est. Porro ab Aegyptiis et Chaldaeis institutus navem solvit, Crotonem in Italia profecturus, ibique schola aperta se ipsum primus philosophum appellavit. Aristippus Cyrenaeus in libro de Physiologia refert, eum Pythagoram nominatum, quod veritatem non minus, atque ipse Apollo Pythius, loqueretur. Uxorem duxit Theano, Brontini Crotoniatae filiam. Arbitratus est merito ex omnibus sapientibus, non modo peritissimum, verum etiam antiquissimum censeri illum, qui primus nomina rebus indidisset. Carnium esu abstinuit, exercens et assuefaciens homines ad faciliorem victus rationem, ut cibos parabiles haberent, quippe qui edulia flammae non indiga proferrent, et simplicis aquae potu contenti essent. Hinc enim et corporis sanitatem et ingenii acumen provenire. Juvenibus (recens in disciplinam rece-

νέοις πενταετῆ σιωπὴν ἔταξεν, ἐχεμυθίαν προσαγορεύσας, ὅθεν ἡ y) παροιμία· Σιωπηλότερος ἔσομαι καὶ τῶν τοῦ Πυθαγόρα τελεσθέντων. z) Τοῦτον τὸν νόμον ἐπεδείκει τοῖς φοιτηταῖς, ἵνα σιγὴν ἄγοντες καὶ μόνον ὑπέχοντες τῷ λόγῳ τὰς ἀκοὰς, ἀναμφισβητήτως καὶ ἀμαχήτως δέχωνται τὰ λεγόμενα, πιστεύοντες οὕτως ἔχειν, καὶ μὴ πολυπραγμονοῦντες, ὡς ἐνδοιάζοντες. Τῷ τοι καὶ οἱ ἐκεῖνον ὑποδεξάμενοι, εἴ τις ἀπήτησε τῶν λεγομένων ἀπόδειξιν, aa) Αὐτὸς ἔφα, λέγειν εἰώθεσαν· πάσης ἀποδείξεως ἰσχυροτέραν καὶ εἶναι νομίζοντες, καὶ ἔχειν κελεύοντες τὴν τοῦ Πυθαγόρου φωνήν. bb) Ἦν δὲ πρὸ Κύρου τοῦ Πέρσου, cc) καθ' ὃν χρόνον Ἑβραίων οἱ μὲν ἐπ' Αἰγύπτου, οἱ δ' ἐπὶ Βαβυλῶνος φαίνονται τὴν μετοικίαν πεποιημένοι. dd) Ὀγδοηκοντούτης ee) ἐτελεύτα τοῦτον τὸν τρόπον. Συνεδρεύοντος μετὰ τῶν συνήθων ἐν τῇ *) Μίλωνος οἰκίᾳ, τούτου ὑπό τινος τῶν μὴ παραδοχῆς ἀξιωθέντων διὰ φθόνον ὑποπρησθῆναι τὴν οἰκίαν συνέβη. Τὸν δὲ Πυθαγόραν καταληφθῆναι διεξιόντα. Καὶ πρός τινι χωρίῳ γενόμενος, πλήρει κυάμων, ἵνα διήρχετο, αὐτόθι ἔστη εἰπών· ἁλῶναι μᾶλλον, ἢ πατῆσαι· ἀναιρεθῆναι δὲ κρεῖττον, ἢ λαλῆσαι. Καὶ ὧδε φασὶν αὐτὸν πρὸς τῶν διωκόντων ἀποσφαγῆναι. Οὕτω δὲ καὶ τοὺς πλείστους τῶν ἑταίρων αὐτοῦ διαφθαρῆναι, ὄντας πρὸς τοὺς τεσσαράκοντα. ff) Τὸ δὲ αὐτοῦ σύστημα διέμεινε μέχρι γενεῶν ἐννεακαίδεκα.

---

*) *Alii* Μήλωνος. *Laert.* Μύλωνος.

ptis) quinquennale silentium injunxit, quod ἐχεμυθίαν vel sermonis continentiam nuncupavit: unde vulgatum est proverbium: *Taciturnior ero etiam iis, qui Pythagorae sacris initiati sunt.* Ceterum legem hanc discipulis suis sanxit, ut silentium agerent, et tantum praeceptoris sermonibus aures praeberent, ita ut, quae dicerentur, sine ulla disceptatione aut reclamatione susciperent, firmiter credentes, rem ita se habere, nec in quidquam curiose inquirerent, quasi dubii in alterutram partem traherentur. Unde factum est, ut, qui semel ejus disciplinae se addixissent, si forte rerum, quas dicerent, demonstrationem poscerentur, respondere soliti fuerint: *Αὐτὸς ἔφα*, IPSE DIXIT, omni demonstratione validiorem esse censentes Pythagorae vocem, idque ipsum etiam aliis persuadere conantes. Vixit ante Cyrum Persarum regem, eo tempore, quo Judaeorum alii quidem in Aegyptum, alii in Babyloniam transmigrarunt. Annos jam octoginta natus in hunc modum e vivis excessit. Cum aliquando ipse cum sociis in aedibus Milonis consedisset, accidit, ut domus a quodam ex iis, quos ille in numerum auditorum admittere, vel discipulorum nomine dignari noluerat, per invidiam incenderetur, et Pythagoras flammae devitandae causa egressus, comprehenderetur. Ac tum quidem, cum in agrum fabis plenum pervenisset, eumque transiturus esset, ibi constitit ac dixit: Praestat capi, quam has pessum dare, et satius est caedi, quam quidquam proloqui. Atque hoc modo cum ipsum a persecutoribus mactatum, tum etiam plures ex sociis, circiter quadraginta, interiisse ajunt. Schola vero ab ipso constituta usque ad generationem decimam nonam duravit.

Ἡ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΓΕΝΕΑΛΟΓΙΑ.

Ἵππασος.

Κλεώνυμος.

Εὐθύφρων.

Ἵππασος.

Μνήσαρχος. Ζώϊλος.

Εὔνομος. Τυῤῥηνός. Πυθαγόρας.

ὁ Τηλαυγής. ἡ Δαμώ.

PYTHAGORAE GENEALOGIA.

Hippasus.

Cleonymus.

Euthyphron.

Hippasus.

Mnesarchus Zoilus.

Eunomus. Tyrrhenus. PYTHAGORAS.

Telauges. Damo.

CATALOGUS AUCTORUM,

e quibus haec vita Pythagorae collecta est, annotatis etiam libris et capitibus, e quibus singulae phrases transcriptae sunt.

---

a) Euseb. Lib. X. Praeparat. Evang. Cap. IV. fol. 276.

b) Diogen. Laert. Lib. VIII. §. 1. et Suid. in *Πυθαγόρας*.

c) Diogenes Laert. loco cit.

d) Strabo Lib. XIV. Geograph. fol. 439.

e) Clemens Alexandr. Lib. I. Stromat. fol. 131. (*Sylb.*)

f) Plutarch. *περὶ Ἴσιδος* fol. 263. ubi tamen *Σώγχηδα* vel *Σόγχιτα* Solonis praeceptorem constituit, et Pythagorae magistrum *Οἰνούφεα* nominat.

g) Clemens Alex. Lib. I. Stromat. fol. 131.

h) idem fol. 130.

i) Theodoretus de Graecor. affect. curat. Serm. I. fol. 6.

k) Clemens Alex. Lib. I. Stromat. fol. 130.

l) Georgius Cedrenus Compend. Hist. fol. 77. (ed. Basil.) et Plutarchus Lib. VIII. *Συμποσ. Ζητημ.* 8. fol. 576. *Πυθαγόρας Αἰγυπτίων τοῖς σοφοῖς συγγενέσθαι πολὺν χρόνον ὁμολογεῖται, ζηλῶσαί τε πολλὰ καὶ δοκιμάσαι τῶν περὶ τὰς ἱερατικὰς ἀγιστείας.*

m) Strabo Lib. XIV. Geograph. fol. 439.

n) Clemens Alex. Lib. I. Stromat. fol. 139.

o) Suid. in *Πυθαγ.*

p) Clem. Alex. Strom. p. 129. Hinc Augustinus Lib. XIV. de Trinitate Cap. 1. *Numquidnam profiteri audebimus sapientiam, ne sit nostra de illa impudens disputatio? Nonne terrebimur exemplo Pythagorae? qui cum ausus non fuisset sapientiam profiteri, philosophum potius, id est amatorem sapientiae, se esse respondit: a quo id nomen receptum ita deinceps posteris placuit, ut, quantalibet de rebus ad sapientiam pertinentibus doctrina quisque sibi vel aliis videretur antecellere, nonnisi philosophus vocaretur.* et Lib. VIII. de Civ. Dei Cap. 2. *Italicum Philosophorum genus auctorem habuit Pythagoram Samium, a quo etiam ferunt ipsum philosophiae nomen exortum. Nam cum antea sapientes appellarentur, qui modo quodam laudabilis vitae aliis praestare videbantur: iste interrogatus, quid profiteretur, Philosophum se esse respondit, id est, studiosum vel amatorem sapientiae: quoniam sapientem profiteri arrogantissimum videbatur.* Lege etiam Ciceronem in V. Tusc.

q) Diog. Laert. Lib. VIII. §. 21.

r) Suid. in Pythag. Diog. Laert. Lib. VIII.

s) Theodotus *ἐκλογαῖς* fol. 548.

t) Plutarch. Serm. I. *περὶ σαρκοφαγίας* fol. 562.

u) Diog. Laert. Lib. VIII. §. 13.

x) Plutarch. *περὶ πολυπραγμοσύνης* fol. 309.

y) Suid. in *Πυθαγ.* Cui adjungas Tetrastichon Palladae in Anthologia Epigrammatum Graecorum Lib. I. Cap. 75.

Ἡ μεγάλη παίδευσις ἐν ἀνθρώποισι σιωπή.
Μάρτυρα Πυθαγόραν τὸν σοφὸν αὐτὸν ἔχω,
Ὃς λαλέειν εἰδὼς, ἑτέρους ἐδίδασκε σιωπᾷν,
Φάρμακον ἡσυχίης ἐγκρατὲς εὑράμενος.

z) Theodoret. de Graec. Affect. Curat. Serm. I. fol. 12.

aa) Obiter hic notetur illud D. Clementis Alexandrini Lib. II. Stromat. fol. 159. *Ἄτοπον, τοὺς μὲν Πυθαγόρου τοῦ Σαμίου ζηλωτὰς τῶν ζητουμένων τὰς ἀποδείξεις παραιτουμένους, τὸ Αὐτὸς ἔφα πίστιν ἡγεῖσθαι, καὶ ταύτῃ ἀρκεῖσθαι μόνῃ τῇ φωνῇ πρὸς βεβαίωσιν, ὧν ἀκηκόασι· τοὺς δὲ τῆς ἀληθείας φιλοθεάμονας ἀπιστεῖν ἐπιχειροῦντας ἀξιοπίστῳ τῷ διδασκάλῳ, τῷ μόνῳ σωτῆρι θεῷ, βασάνους τῶν λεγομένων ἀπαιτεῖν παρ' αὐτοῦ.* Et Gregorius Nazianzen. adv. Julian. *Στηλιτευτ.* 1. fol. 296. *Ἡμέτεροι, φησὶν, οἱ λόγοι, καὶ τὸ ἑλληνίζειν, ὧν καὶ τὸ σέβειν τοὺς θεούς· ὑμῶν δὲ ἀλογία, καὶ ἡ ἀγροικία; καὶ οὐδὲν ὑπὲρ τὸ Πίστευσον τῆς ὑμετέρας ἐστὶ σοφίας. Οὐκ ἂν μὲν, οἶμαι, τούτου καταγελάσαιεν οἱ παρ' ὑμῖν τὰ Πυθαγόρου φιλοσοφοῦντες, οἷς τὸ Αὐτὸς ἔφα τὸ πρῶτον καὶ μέγιστόν ἐστι τῶν δογμάτων, καὶ τῶν χρυσῶν ἐπῶν, ἤτι οὖν μολιβῶν, αἱρετώτερον. μετὰ γὰρ τὴν πρώτην καὶ πολυΰμνητον τοῖς τὰ ἐκείνου τελουμένοις φιλοσοφίαν τῆς σιωπῆς, ἵνα λόγου μέτρα σιωπᾷν ἀσκηθῶσιν, ἔννομόν, φησιν, ἦν ὁτιοῦν τῶν δογμάτων ἐρωτωμένοις, ἔπειτ' ἀποφαινομένοις, ἀπαιτουμένου καὶ λόγου, ἄλλο μὲν μηδὲν ἀποκρίνεσθαι, ὅτι δὲ Πυθαγόρᾳ τοῦτ' εἴη δεδογμένον, καὶ λόγον εἶναι τοῦ δόγματος, τὸ παραστὰν ἐκείνῳ, ἀνεύθυνόν τε καὶ ἀβασάνιστον, εἰς ταυτὸν ἥκοντος τοῦ Αὐτὸς ἔφα τῷ παρ' ἡμῖν Πίστευσον, ἐν ἄλλαις συλλαβαῖς τε καὶ ῥήμασι, κἂν εἰ μὴ παύεσθε κωμῳδοῦντες τοῦτο καὶ διασύροντες. Βούλεται γὰρ ἡμῖν ὁ λόγος, μὴ ἐξεῖναι διαπιστεῖν τοῖς ὑπὸ τῶν θεοφόρων ἀνδρῶν εἰρημένοις, ἀλλ' ἀπόδειξιν εἶναι τοῦ λόγου, τὸ ἐκείνων ἀξιόπιστον πάσης δυνάμεως λογικῆς καὶ ἀντιλογικῆς ἰσχυρότερον.*

bb) Suid. in *Πυθαγ.* e Bathone.

cc) Euseb. Lib. X. Praeparat. Evang. Cap. 4. fol. 276. unde Augustinus Lib. XVIII. de Civ. Dei Cap. 37. *Tempore nostrorum Prophetarum, quorum jam scripta ad notitiam fere omnium gentium pervenerunt, Philosophi gentium nondum erant, qui hoc et-*

iam nomine vocarentur, quod coepit a Samio Pythagora, qui eo tempore, quo Judaeorum soluta est captivitas, coepit excellere atque cognosci. Multo ergo magis caeteri philosophi post Prophetas reperiuntur fuisse.

dd) Diog. Laert. Lib. VIII. §. 39.

ee) idem §. 45. ubi adjectum est Graecum carmen:

Αἶ αἶ, Πυθαγόρης τί τόσον κυάμους ἐσεβάσθη;
Καὶ θάνε φοιτηταῖς ἄμμιγα τοῖς ἰδίοις.
Χωρίον ἦν κυάμων· ἵνα μὴ τούτους δὲ πατήσῃ,
Ἐξ Ἀκραγαντίνων κάτθαν' ἐνὶ τριόδῳ.

Paulo aliter de numero discipulorum, qui una perierint, refert Athenagoras Legat. pro Christ. fol. 51. (Sylb.) *Πυθαγόρας μὲν ἅμα τριακοσίοις ἑτέροις κατεφλέχθη πυρί.* [Conf. Obss. nostr. ad Arnob. Lib. I. Cap. XL. Tom. I. pag. 324. O.]

ff) Diog. Laert. Lib. VIII. §. 45.

ΕΠΙΜΕΤΡΟΝ

ΓΝΩΜΩΝ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ

ex collectione Conradi Rittershusii. *)

Pag. 50. post Sentent. 47. adde:

48. Πλοῦτος ἀσθενὴς ἄγκυρα, δόξα ἔτι ἀσθενεστέρα, τὸ σῶμα ὁμοίως, αἱ ἀρχαὶ, αἱ τιμαὶ, πάντα ταῦτα ἀσθενῆ καὶ ἀδύνατα. τίνες οὖν ἄγκυραι δυναταί; φρόνησις, μεγαλοψυχία, ἀνδρεία· ταύτας οὐδεὶς χειμὼν σαλεύει. [*Stobaeus Serm. I.* περὶ ἀρετῆς.]

49. Ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός. ἀπόφθεγμά ἐστι Πυθαγόρου αὐτοῦ. [*Jamblichus de vita Pyth. Cap.* 29. *pag.* 342. *ed. Kiessling.*]

50. Φιλότης ἰσότης, ἰσότης φιλότης. [*Jamblich. ibid.*]

51. Πυθαγόρας ἐρωτηθεὶς, τί ποιοῦσιν ἄνθρωποι θεῷ ὅμοιον; ἔφη· ἐὰν ἀληθεύωσιν. Οἱ δὲ Μάγοι ἀποφαίνονται, τοῦ μεγίστου τῶν θεῶν (ὃν Ὠρωμάγδην καλοῦσιν) ἐοικέναι τὸ μὲν σῶμα φωτὶ, τὴν δὲ ψυχὴν ἀληθείᾳ. [*Stob. Serm. XI.* περὶ ἀληθείας.]

52. Πυθαγόρας εἶπεν, εἰσιέναι εἰς τὰς πόλεις πρῶτον τρυφὴν, ἔπειτα κόρον, εἶτα ὕβριν, μετὰ δὲ ταῦτα ὄλεθρον. [*Stob. Serm. XLI.* περὶ πολιτείας.]

53. Οὐδὲν δεῖ τῶν ἀνθρωπίνων συμπτωμάτων ἀπροσδό-

---

*) *Serius, cum jam priores hujus voluminis plagulae sententias Pythagoricas continentes typis emissae essent, oblata mihi est Collectio Sententiarum Pythagoricarum facta a Conrado Rittershusio et illius editioni Malchi sive Porphyrii de Vita Pythagorae Altorfii anno 1610. excusae ad calcem addita. Ex qua pauca quaedam, quae in collectione Joachimi Zehneri, supra pag. 34—36. et 44—50. exhibita, desiderantur, excerpta*

AUCTARIUM SENTENTIARUM PYTHAGORICARUM.

48. Divitiae anchora sunt infirma, gloria etiam infirmior, corpus itidem, magistratus, honores; omnia haec imbecilla et viribus destituta. Quae ergo sunt anchorae firmae? prudentia, magnanimitas, fortitudo: eas nulla tempestas agitat. [*Stob. Serm. I. de virtute.*]

49. Principium dimidium totius.

50. Amicitia aequalitas; aequalitas amicitia est.

51. Pythagoras interrogatus, quid deo simile facerent homines, cum veritatem, respondit, exercent. Caeterum Magi maximum deorum, quem Oromagden ipsi vocant, corpore quidem asserunt esse luci similem, anima vero veritati. [*Stob. Serm. XI. de veritate.*]

52. Pythagoras dixit: primum luxuriam civitates ingredi, deinde saturitatem, postea contumeliam, postremo exitium. [*Stob. Serm. XLI. de republica.*]

53. Sapiens nihil eorum non exspectare debet,

---

et Vitae Pythagorae a Zehnero conscriptae adjungere, reliqua autem, cum sint non sententiae, sed Fragmenta potius majorum operum vel Fragmentorum particulae, nostrae collectionis Volumini secundo reservare placuit, quod continebit inter alia Fragmenta Pythagoreorum Moralia a Stobaeo, Jamblicho aliisque servata. [O.]

κητον εἶναι παρὰ τοῖς νοῦν ἔχουσιν, ἀλλὰ πάντα προσδοκᾷν, ὧν μὴ τυγχάνουσιν αὐτοὶ κύριοι ὄντες. [*Jamblich. de vit. Pyth. Cap. XXXII. pag.* 444. *Kiessl.*]

54. Συμβουλεύειν μηδὲν παρὰ τὸ βέλτιστον τῷ συμβουλευομένῳ· ἱερὸν γὰρ συμβουλή. [*Jamblich. ib. Cap. XVIII. pag.* 183.]

55. Ἀγαθὸν οἱ πόνοι· αἱ δὲ ἡδοναὶ ἐκ παντὸς τρόπου κακόν. [*idem ibid.*]

56. Ἀρχή ἐστιν ἡ περὶ τὸν οἶκον δικαία διάθεσις τῆς ὅλης ἐν ταῖς πόλεσιν εὐταξίας· ἀπὸ γὰρ τῶν οἴκων αἱ πόλεις συνίστανται. [*idem Cap. XXX. pag.* 359.]

57. Προνοεῖν δεῖ μᾶλλον φιλοσοφίας ἢ γονέων καὶ γεωργίας· οἱ μὲν γὰρ γονεῖς καὶ γεωργοὶ αἴτιοί εἰσι τοῦ ζῆν ἡμᾶς, οἱ δὲ φιλόσοφοι καὶ παιδευταὶ τοῦ εὖ ζῆν καὶ φρονῆσαι, τὴν ὀρθὴν οἰκονομίαν εὑρόντες. [*idem Cap. XXXIV, pag.* 480.]

58. Φεύγειν μὲν τὸ κακὸν, ἰχνεῦσαι δὲ καὶ ἑλεῖν τὸ πάντων ἄριστον, καὶ ἑλόντα αὖ καινῇ ξυνοικεῖν τὸν ἐπίλοιπον βίον· τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ δεόντως φιλοσοφεῖν. [*Jamblich. Adhortat. ad Philos. Cap. V. pag.* 80. *Kiessl.*]

59. Σχεδὸν ταῖς ἀγωγαῖς διαφέρουσι οἱ μὲν ἄνθρωποι τῶν θηρίων, οἱ δὲ Ἕλληνες τῶν βαρβάρων, οἱ δὲ ἐλεύθεροι τῶν οἰκετῶν, οἱ δὲ φιλόσοφοι τῶν τυχόντων. [*idem de vita Pyth. Cap. VIII. pag.* 90.]

60. Ἀναγκαῖόν ἐστι τῷ μὲν ἀνεπιστήμονι μανθάνειν ἃ τυγχάνει ἀγνοῶν τε καὶ οὐκ ἐπιστάμενος, τῷ δὲ μανθάνοντι προσέχειν τῇ τοῦ ἐπισταμένου τε καὶ διδάξαι δυναμένου ὑπολήψει τε καὶ δόξῃ· καθόλου δὲ εἰπεῖν ἀναγκαῖον τοὺς σωθησομένους τῶν νέων προσέχειν ταῖς τῶν πρεσβυτέρων τε καὶ καλῶς βεβιωκότων ὑπολήψεσί τε καὶ δόξαις. [*idem ibid. Cap. XXXI. pag.* 409.]

61. Ἀνοήτου ἐστὶ καὶ τὸ πάσῃ καὶ παντὸς δόξῃ προσέχειν, καὶ μάλιστα τὸ τῇ παρὰ τῶν πολλῶν γινομένῃ. [*idem ibid.*]

62. Δεῖ φυτὸν ἥμερον μήτε φθείρειν μήτε σίνεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ ζῶον, ὃ μὴ βλάπτει ἀνθρώπους. [*Diog. Laert. VIII.* §. 23.]

quae homini accidere possunt, quaeque in ejus potestate non sunt.

54. Consilium poscenti nullum aliud quam optimum dandum, res enim sacra est consilium.

55. Laborare bonum, voluptatibus vero indulgere omnino malum est.

56. Principium est omnis boni ordinis in civitate justa rei domesticae dispositio, utpote quum ex domibus civitates constituantur.

57. Philosophia majori studio prosequenda est, quam parentes et agricultura: parentes enim et agricolae ad hoc tantum contribuunt, ut vivamus, philosophi autem atque praeceptores, ut bene vivamus, utpote qui rectam sapientiae dispensationem excogitaverunt.

58. Malum fugere omniumque optimum sectari et eligere idque electum per reliquam vitam constanter tueri oportet. Hoc jam nihil aliud est, quam ita, ut decet, philosophari.

59. Institutione potissimum efficitur, ut homines bestiis, barbaris Graeci, liberi servis et philosophi plebeiis praestent.

60. Necesse est, ut is, qui ignarus est, se ad discenda, quae ignorat, componat, discenti vero incumbit, ut animum ad opinionem sententiamque ejus, qui gnarus est et facultatem habet docendi, advertat: generatim insuper opus est, ut juvenes, quibus salus sua curae cordique est, attendant, quid seniores, quique vita recte acta inclaruerunt, senserint opinatique fuerint.

61. Insipientis est omnem undique opinionis auram captare, praesertim quae a promiscuo vulgo proficiscitur.

62. Arbor, quae agrestis non est, neque excidenda neque laedenda, ut ne animal quidem, quod hominibus non nocet.

63. Ἐρωτηθεὶς ποτε ὁ Πυθαγόρας, ὁπότε δεῖ πλησιάζειν; ὅτε βούλει γενέσθαι σαυτοῦ ἀσθενέστερος. [*idem VIII.* §. 9.]

64. Ἔλεγον οἱ Πυθαγορεῖοι, μὴ εἶναι πρὸς πάντας πάντα ῥητά. [*idem VIII.* §. 15.]

65. Ξενόφιλος ὁ Πυθαγορικὸς ὑπό τινος ἐρωτηθεὶς, πῶς ἂν μάλιστα τὸν υἱὸν παιδεύσειεν, εἶπεν· εἰ πόλεως εὐνομουμένης γεννηθείη. [*idem VIII.* §. 16.]

63. Interrogatus quodam tempore Pythagoras, quando esset concumbendum, Tunc, inquit, cum te ipso infirmior fieri vis.

64. Pythagorei dicebant, non esse omnibus pandenda omnia.

65. Xenophilus Pythagoricus interrogatus a quodam, quo pacto optime filium erudiret, dixit, si civitatis bonis legibus fundatae civis fieret.

Pag. 54.

Post Carmen aureum adde versus sequentes Pythagorae vel potius Christiani alicujus scriptoris, Pythagorae falso tributos, quos conservavit nobis Justinus Martyr Lib. de monarchia dei pag. 82.

Εἴ τις ἐρεῖ, θεός εἰμι παρὲξ ἑνὸς, οὗτος ὀφείλει
Κόσμον ἶσον τούτῳ στήσας εἰπεῖν· Ἐμὸς οὗτος,
Κοὐχὶ μόνον στήσας εἰπεῖν· Ἐμὸς, ἀλλὰ κατοικεῖν
Αὐτὸς ἐν ᾧ πεποίηκε· πεποίηται δ' ἀπὸ τούτου.

Quos versus sic latine reddidit Rittershusius:

Si quis erit, qui se pro numine poscat haberi
Ultra unum, is debet mundum fabricare parem isti,

Dicereque: Hic meus est. Neque solum ita dicere oportet,
Sed regere hunc ètiam vegetante numine. Quod cum
Praestiterit, tum demum ipse auctor habebitur orbis.

In eadem Collectione Rittershusii continetur etiam textus Graecus Carminis aurei Pythagoreorum, cum versione latina metrica Henrici Smetii: quam, cum haud paucis in locis tersior visa fuerit et elegantior Amerbachiana supra textui Graeco e latere apposita, coronidis loco addere operae pretium duximus.

VERSUS AUREI
PYTHAGOREORUM
latino carmine redditi ab Henrico Smetio.

In primis superos venerare, ut lege feruntur
Dispositi, et jusjurandum inviolabile lingua
Observa: hinc colito gestorum laude superbos
Heroas; justis simul infera numina votis.
Post et honore suo, qui te genuere, parentes
Affice; et affini quos stirps tibi sanguine junxit,
Ex aliis tibi concilia virtute valentes.
Utilibus factis pare, dictisque benignis.
Ne capias odium propter leve crimen amici,
Qua potes: at vicina habitant posse atque necesse,
Haec te scire decet. Quin assuesce indere frena

Praecipue ventri, somno, Venerique salaci,
Saevisque irarum flammis praescribere leges.
Turpe nihil committe alio praesente, nec ipse
Clam solus, sed cum primis te ipsum reverere.
Hinc cole justitiam factis et vocibus aeque.
Suesce nihil sine praescripto rationis obire:
Sed fati de lege mori scito esse necesse.
Dilige opes aliâs, aliâs quoque neglige easdem.
Terrigenis dii saepe solent immittere clades:
Harum si qua tibi decreta est portio, forti
Mansuetoque animo tolera; nec cede dolori,
Sed medicare malo, quantum potes; atque ita tecum
Cense: haud multa bonis immitti talia fato.
Sermones multi in populo pravi atque benigni
Sparguntur: sed tu his ne percellare, sinasque
Abduci recto te: si quis falsa loquatur,
Fer placide. Sed quod dicam, studiosus adimple:
Nemo tibi verbis factisque imponat, ut inde
Quid facias dicasve, tibi quo damna creentur.
Omnia consilio mature expende, priusquam
Incipias; tibi ne cedant stulte orsa sinistre.
Nam miser est, qui quid loquitur sine mente facitque.
Illa agito, nunquam quae te fecisse molestent.
Quod nescis, nihil aggreditor; quae nosse necesse est,
Discito: sic laetam poteris traducere vitam.
Sed neque corporeae linquenda est cura salutis.
Sit modus in dapibus potuque exercitioque.
Dico modum, qui membra tibi non languida reddat.
Sit victus tibi deliciis et sordibus expers.
Invidiam quaecunque movent, facere illa caveto.
Prodige nil importune, ut male doctus honesti:

Sordidus haud quoque sis. Modus est optimus in re.
Ne gere, quae noceant; pensa, quam coeperis, ante.
Ne prius admittas per mollia lumina somnum,
Singula quam longi ter volveris acta diei.
Quae praetergressus? Quid gessi in tempore, quid non?
Cur isti facto decus abfuit? aut ratio illi?
A primis memorans, ad finem cuncta recense.
Turpibus esto dolens factis, sed laetus honestis:
Huc opus, huc curas, huc mentis dirige vires.
Haec diae te ad virtutis vestigia ducent.
Sic per eum, nostris animis, affirmo, tetractyn
Qui tribuit, fontem, unde fluit natura perennis.
Ne te operi accingas, nisi divos ante precatus.
Horum si compos factus, si cuncta tenebis;
Quae sit terrigenûm, quae convenientia divûm
Mutua, cognosces; quâ manant atque reguntur
Singula; et ut fas est, cunctis in rebus eundem
Naturae cursum solito constare tenore.
Ut ne quid speres, quod non sperare licebat:
Omnia sed noris, neque res queat ulla latere.
Nosces praeterea, mortales saepe malorum
Esse sibi causas, praesentia quum bona nullo
Sensu percipiunt. Finem novêre malorum
Perpauci: haec mentes hominum sors percutit, atque
Turbinis in morem mala infinita volutat.
Nam gravis illa comes Lis intus nata latebat
Damna ferens, fugienda procul, non digna vocari.
Juppiter, aerumnis homines, precor, eripe multis;
Omnibus aut aperi, genio quo quisque regatur.
At tu animi fidens esto, quum caelitus ortum
Deducat mortale genus; quos sacra magistra
Natura, instituens sancte, per singula ducit.
Quorum si quid eris nactus, mea jussa sequendo

Evinces, animumque malorum fasce levabis.
Linque cibos vetitos discernens, casta sit ut mens:
Ut pura a vitiis, examine singula pende,
Aurigamque tuis rationem praefice rebus.
Sic positis tandem exuviis et mole relicta
Corporis, aetherias postquam penetraveris auras,
Efficiere deus, corrumpi nescius, omni
Liber ab interitu, nec morte teneberis ultra.

SIMILITUDINES QUAEDAM

ET SENTENTIAE

EXCERPTAE

EX ANTONII ET MAXIMI COLLECTANEIS

ET EDITAE

A D. WYTTENBACHIO ET I. G. HUTTENIO

INTER

FRAGMENTA LIBRORUM DEPERDITORUM PLUTARCHI

SUPPLEMENTUM AD PAG. 52.

SIMILITUDINES QUAEDAM
ET SENTENTIAE
EXCERPTAE
EX PLUTARCHI ET ALIORUM SCRIPTIS
AB
ANTONIO ET MAXIMO.

(Vide Plutarchi Opera ed. Hutten. Tom. XIV. pag. 362. et seqq.)

1. Ὀνείρῳ ἔοικεν ὁ τῶν ἀπαιδεύτων βίος, κενὰς ἔχων φαντασίας. [1—4. *Anton. et Max. Serm.* περὶ παιδείας.]

2. Δυσάρεστοι ὄντες οἱ ἀπαίδευτοι, καθάπερ ἐξ οἰκιῶν τῶν προαιρέσεων καθ' ἡμέραν μετοικίζονται.

3. Οἱ μὲν ξένοι ἐν ταῖς ὁδοῖς, οἱ δὲ ἀπαίδευτοι ἐν τοῖς πράγμασι διαπλανῶνται.

4. Οὔτε ὕδωρ θολερὸν, οὔτε ἀπαίδευτον ψυχὴν ταράσσειν δεῖ.

5. Καὶ ὁδοῦ καὶ ἀληθείας χαλεπὸν ἀποπλανηθῆναι. [5 et 6. *Anton. Serm.* περὶ ἀληθείας.]

6. Τὸ μὲν ἴσον ζυγῷ, τὸ δὲ ἀληθὲς τῷ ἐκ φιλοσοφίας λόγῳ κρίνεται.

7. Τῆς ἀγνοουμένης ἀρετῆς, ὥσπερ τοῦ κατορωρυγμένου χρυσίου, ἡ λαμπρότης οὐ βλέπεται. [7 et 8. *Anton. et Max. Serm.* περὶ βίου ἀρετῆς καὶ κακίας.]

8. Ἡ μὲν τροφὴ τοῖς γυμναζομένοις, ἡ δὲ ἀρετὴ τοῖς πεπαιδευμένοις ἡδεῖα φαίνεται.

9. Ἐκ μὲν τοῦ ποδὸς τὴν ἄκανθαν, ἐκ δὲ τῆς ἀλόγου ψυχῆς τὴν ἄγνοιαν ὑπεξελέσθαι δεῖ. [*Anton. et Max. Serm.* περὶ λογικοῦ καὶ λογισμοῦ.]

10. Ὁδηγὸν τυφλὸν λαβεῖν καὶ σύμβουλον ἀνόητον ἴσον ἐστίν. [*idem Serm.* περὶ ἀφροσύνης.]

SIMILITUDINES
ET SENTENTIAE
EX
PLUTARCHO ET ALIIS.

(Interprete Conr. Gesnero.)

1. Somnio similis est imperitorum vita, vanas imaginationes habens. [1—4. *Anton. et Max. Serm. de eruditione et philosophia.*]

2. Indocti morosi cum sint, tanquam ex aedibus, sic de suis institutis quotidie migrant.

3. Ut peregrini in viis, sic indocti in rebus ipsis aberrant.

4. Neque aquam turbidam, neque indoctum animum commovere juvat.

5. A via et veritate aberrare malum est. [5 et 6. *Anton. Serm. de veritate.*]

6. Aequalitas trutina, veritas autem ratione philosophiae examinatur.

7. Ignotae virtutis veluti defossi auri splendor non apparet. [7 et 8. *Ant. et Max. Serm. de virtute et vitio.*]

8. Ut iis, qui exercentur in gymnasiis, cibus, sic bene institutis virtus suavis videtur.

9. Pedi spinam, animae rationis experti ignorantiam eximere oportet. [*Ant. et Max. Serm. de rationali et ratiocinatione.*]

10. Qui viae ducem caecum adhibent, et qui stultum consultorem, idem faciunt. [*Iidem Serm. de insipientia.*]

11. *Ποτὸν μὲν ἔσβεσε τὴν ποτοῦ ὄρεξιν, καὶ τροφὴ τὴν τροφῆς ἐπιθυμίαν ἠκέσατο· φιλαργυρίαν δὲ οὐ σβέννυσιν ἀργύριον ἢ χρυσίον.* [*Ant. Serm.* περὶ φιλαργυρίας.]

12. *Ὥσπερ οἱ κόρακες παρεδρεύοντες ἐξορύσσουσι τοὺς τῶν νεκρῶν ὀφθαλμούς, οὕτως οἱ κόλακες τοῖς ἐπαίνοις τοὺς λογισμοὺς διαφθείρουσι τῶν ἀνθρώπων.* [12 — 14. *Ant. et Max. Serm.* περὶ κολακείας.]

13. *Λαγῷ μὲν κύνα, φίλῳ δὲ κόλακα φύσει πολέμιον ἡγητέον.*

14. *Χαίρειν χρὴ τοῖς ἐλέγχουσιν, οὐ τοῖς κολακεύουσιν· οἱ μὲν γὰρ ἡμᾶς λυποῦντες διεγείρουσιν, οἱ δὲ χαριζόμενοι ἐκλύουσι καὶ σκελίζουσι.*

15. *Γλῶσσα βλάσφημος διανοίας κακῆς ἔλεγχος.* [*Ant. et Max. Serm.* περὶ ψόγου καὶ διαβολῆς.]

16. *Ὁ τῶν ἀσώτων βίος ὥσπερ καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκων ἐκφέρεται.* [*Iidem Serm.* περὶ ἀσωτίας.]

17. *Ἡ χάρις, ὥσπερ ἡ σελήνη, ὅταν τελεία γένηται, τότε καλὴ φαίνεται.* [17 et 18. *Iidem Serm.* περὶ εὐεργεσίας.]

18. *Ἀχάριστον εὐεργετεῖν καὶ νεκρὸν μυρίζειν ἐν ἴσῳ κεῖται.*

19. *Φθείρεται ὁ μὲν κόσμος πυρὶ καὶ ὕδατι, ὁ δὲ τῶν ἀκολάστων πλοῦτος ἔρωτι καὶ μέθῃ.* [19 et 20. *Iidem Serm.* περὶ μέθης.]

20. *Ὕβρις καὶ οἶνος ἀποκαλύπτειν εἰώθασι φίλοις τὰ ἤθη τῶν φίλων.*

21. *Ὅπερ ἂν σιωπᾶσθαι βούλῃ, μηδενὶ εἴπῃς, ἢ πῶς παρά τινος ἀπαιτήσεις τὸ πιστὸν τῆς σιωπῆς, ὃ μὴ παρέσχες σεαυτῷ;* [*Iidem Serm.* περὶ σιωπῆς.]

22. *Ὥσπερ ὑπὸ τοῦ ἰοῦ τὸν σίδηρον, οὕτω τοὺς φθονεροὺς ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἤθους κατεσθίεσθαι.* [*Iid. Serm.* περὶ φθόνου.]

23. *Τὰ μὲν φυτὰ ἀπὸ τῆς ῥίζης, ἡ δὲ δόξα ἀπὸ τῆς πρώτης λήψεως αὔξει.* [*Iidem Serm.* περὶ δόξης.]

11. Potu restinguitur appetitus bibendi, et cibus desiderio cibi medetur: avaritiam vero non aurum nec argentum extinguit. [*Anton. Serm. de avaritia.*]

12. Ut corvi involantes cadaverum oculos effodiunt, sic adulatores suis laudationibus rationem et mentem humanam corrumpunt. [*Anton. et Max. Serm. de adulatione.*]

13. Lepori canem, amico adulatorem natura infestum esse cogitandum est.

14. Laetandum magis reprehensoribus, quam assentatoribus: illi enim velut stimulo animos excitant, hi vero gratificantes dissolvunt et subvertunt.

15. Lingua maledica malae mentis index est. [*Ant. et Max. Serm. de vituperatione et calumnia.*]

16. Luxuriosorum vita quasi quotidie moriens effertur. [*Iidem Serm. de prodigalitate.*]

17. Beneficentia, sicut luna, nunquam pulchrior apparet, quam cum plena est. [17 et 18. *Iidem Serm. de beneficentia.*]

18. Ingrato benefacere et ungere mortuum aequalia sunt.

19. Mundus quidem igne et aqua corrumpitur: luxuriosorum autem opes amore et ebrietate. [19 et 20. *Iidem Serm. de ebrietate.*]

20. Injuria et vinum detegere solent amicis mores amicorum.

21. Nemini dixeris, quod taceri vis: quomodo enim ab alio postulabis silentii fidem, quam tute tibi non praestitisti? [*Iidem Serm. de taciturnitate.*]

22. Ut ferrugine ferrum, sic invidos suis ipsorum moribus consumi videmus. [*Iidem Serm. de invidia.*]

23. Plantae capiunt a radice incrementum, gloria vero a prima sumptione augetur. [*Iidem Serm. de gloria.*]

24. Ἵππου μὲν ἀρετὴν ἐν πολέμῳ, φίλου δὲ πίστιν ἐν ατυχίᾳ κρίνομεν. [24—26. *Iidem Serm.* περὶ φίλων καὶ φιλίας.]

25. Σκεύη τὰ μὲν καινὰ κρείττονα, φιλία δὲ ἡ παλαιοτέρα.

26. Φεύγειν δεῖ τὴν φιλίαν, ὧν τινων ἀμφίβολος ἡ διάθεσις.

27. Αἱ ἐπιφανεῖς τύχαι, καθάπερ οἱ σφοδροὶ τῶν ἀνέμων, μεγάλα ποιοῦσι ναυάγια. [27—29. *Iidem Serm.* περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας.]

28. Ἀῤῥωστοῦντι φορτίον ἐπιθεῖναι, ἢ ἀπαιδεύτῳ ψυχῇ εὐτυχίαν ταυτόν ἐστιν.

29. Ἡ τύχη, καθάπερ τοξότης, ποτὲ μὲν ἐπιτυγχάνει βάλλουσα ἐφ' ἡμᾶς, ὥσπερ ἐπί τινα σκοπὸν, ποτὲ δὲ ἐπὶ τὰ σύνεγγυς παρακείμενα ἡμῖν.

30. Στάσιμοι εἰσὶν αἱ τῶν πεπαιδευμένων ἐλπίδες, ὡς ἐν λιμένι τῷ λογισμῷ ὁρμοῦσαι. [30 et 31. *Maxim. Serm.* περὶ ἐλπίδος.]

31. Αἱ μὲν τῆς ἀρετῆς ἐλπίδες ἴδιαι εἰσι τῆς ψυχῆς, αἱ δὲ τῆς κακίας νόθοι.

32. Ὁ μὲν χειμὼν σκέπης, τὸ δὲ γῆρας ἀλυπίας δεῖται. [*Anton. Serm.* περὶ γερόντων ἐν ἀρετῇ καὶ συνέσει κεκοσμημένων.]

33. Γέρων ἀνόητος, ὥσπερ τρίβων παλαιὸς, εἰς οὐδέν ἐστιν εὔθετος. [*Idem Serm.* περὶ γερόντων ἐν ἀνοίᾳ βιούντων.]

34. Ὡς γὰρ ὁ καικίας τὰ νέφη, καὶ ὁ φαῦλος βίος ὑφ' ἑαυτὸν ἕλκει τὰς λοιδορίας. [34 et 35. *Ant. et Max. Serm.* περὶ θυμοῦ καὶ ὀργῆς.]

35. Ὁ ὑπὲρ μικρῶν ἁμαρτημάτων ἀνυπερβλήτως ὀργιζόμενος οὐκ ἐᾷ διαγνῶναι τὸν ἁμαρτάνοντα, πότε ἔλαττον καὶ πότε μεῖζον ἠδίκησεν.

24. Equi bonitatem in bello, amici vero fidem in calamitate judicamus. [24—26. *Iidem Serm. de amicitia et amicis*]

25. Vasa quidem meliora sunt nova: sed amicitia praestat, quo vetustior.

26. Eorum fugienda amicitia est, quorum animus ambiguus et inconstans est.

27. Splendidae fortunae, sicut venti vehementes, inferunt magna naufragia. [27—29. *Iidem Serm. de fortuna bona et mala.*]

28. Infirmo onus imponere et animo indocto prosperitatem prorsus idem est.

29. Fortuna sagittarii more collimat, interdum in nos jaculans, tanquam in scopum quendam, interdum in ea, quae nobis adhaerent.

30. Stabiles eruditorum sunt spes, ut quae in rationis portu conquiescant. [*Max. Serm. de spe.*]

31. Virtutis spes propriae sunt animi, vitii autem nothae.

32. Hyems tegumentum, senectus doloris vacuitatem requirit. [*Anton. Serm. de senibus virtute et prudentia ornatis.*]

33. Senex stultus, quemadmodum lacerna vetusta, nulli rei est aptus. [*Idem Serm. de senibus inhonestis.*]

34. Ut caecias nubes, sic improborum vita in se convicia attrahit. [34 et 35. *Ant. et Max. Serm. de ira et excandescentia.*]

35. Qui ob levia peccata vehementissime ira commovetur, non sinit discernere peccantem, utrum leviter an graviter deliquerit.

LUCAE HOLSTENII

ALIORUMQUE

ET

EDITORIS

ANNOTATIONES

IN

PRAECEDENTIA OPUSCULA.

ANNOTATIONES
IN
DEMOPHILI SIMILITUDINES.

1. *Ἔοικεν ἡ κολακεία*] Eandem similitudinem Socrati auctori adscriptam servavit nobis Stobaeus Serm. XIV. [O.]

2. *Ἡ παιδεία ὁμοία ἐστὶ χρυσῷ στεφάνῳ* etc.] Respicit auctor antiquum morem victoribus coronas conferendi, quarum quaedam ex foliis et ramulis contextae honorem quidem afferebant, at pretio carebant. Maximum autem praemium corona aurea erat, quae utrumque habebat. [*Stroth.*]

3. *Οἱ ἐλαφροὶ .... εὐβάστακταί τοῖς ὠταρίοις εἰσίν*] Ita Plutarchus in Praeceptis Polit. (Cap. V. Tom. XII. pag. 148. ed. Hutten. O.) *τὸν μὲν οὖν λύκον οὔ φασι τῶν ὤτων κρατεῖν· δῆμον δὲ καὶ πόλιν ἐκ τῶν ὤτων ἄγειν δεῖ μάλιστα.* [*Holsten.*] Sensus est: facile quovis verbo moventur, et quo quivis ad eos loquens vult, impelluntur, Tale quid de Gallis Caesar narrat B. Gall. IV, 5. *rumoribus permoti de summis saepe rebus consilia ineunt, quorum eos e vestigio poenitere necesse est, cum incertis rumoribus serviant.* [*Stroth.*] Ceterum amphibolia quaedam latet in v. *ὠταρίοις*. *ὦτα* scilicet vel *ὠτάρια* apud Graecos utrumque significat, cum aures hominum vel animalium, tum etiam *λαβάς* i. e. ansas (*Handhabe*, *Henkel*) vasculorum, apud Latinos non item. Nam aliud est, quod Virgilius dicit Georg. I. v. 172. de aratro:

Binae aures, duplici aptantur dentalia dorso,

vide ibi Heynii et Vossii Notas. Etiam Germani distinguunt *das Ohr* animalis et *das Oehr* vasculi. Antonius in Melissa legit *τοῖς ὠτίοις*. [O.]

4. *Ὁ βίος ὥσπερ ὄργανον* etc.] Idem inculcavit Dion. Cato Libr. III. Distich. 7.

Interpone tuis interdum gaudia curis,
Ut possis animo quemvis sufferre laborem. [*Schier.*]

Paulo aliter legitur haec sententia Plutarcho adscripta apud Ma-

ximum Serm. περὶ φιλοπονίας p. 574. (ed. Stobaei Wechel.) "Ωσπερ ὄργανον ἄνεσιν καὶ ἐπίτασιν λαμβάνον ἡδὺ γίνεται, οὕτω καὶ βίος. [O.]

ἀνέσει καὶ ἐπιτάσει] Propria verba de instrumentis musicis fidibus tensis. Theano Epist. III. nostrae edit. Epist. Socrat. pag. 60. 'Αλλ', ὦ φίλη, ἴσθι μιμουμένη τὰ ὄργανα, ἃ διαφωνεῖ μᾶλλον ἀνειμένα, ἐκρήττεται δὲ μᾶλλον ἐπιτεινόμενα· καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν θεραπαινῶν ταυτόν. Ἡ μὲν ἄγαν ἄνεσις διαφωνίαν ἐμποιεῦσα τῆς πειθαρχίας, ἡ δὲ ἐπίτασις τῆς ἀνάγκης, διάλυσιν τῆς φύσεως. Ceterum eandem similitudinem Socrati auctori adscriptam servavit Stobaeus in Florileg. Cap. III. ubi pro ἁρμοζόμενος legitur ἁρμοττόμενος. Et omnino haec lyrae egregie consonantis et omnibus fidibus conspirantis cum vita sibi consonante comparatio familiaris erat antiquis Pythagoreis. Sic Euryphamus ap. Stobaeum: ἀνθρώπω γὰρ ὁ βίος λύρας ἐξακριβωμένας καὶ κατὰ πᾶν ἐπιτελέος ἐοίσας εἰκὼν ἐντι. Quam ob causam Pythagorei philosophiam appellant τὴν μεγίστην μουσικὴν, quia apte componat mores et efficiat τὴν ψυχὴν τὴν ἀρίστην ἁρμονίαν, ut docet Proclus in Politiam Platonis p. 564. Conf. de hac re doctissime disputantem Wernsdorf. ad Himerium Eclog. XXVIII. p. 284 seq. [O.]

5. Ὁ λόγος etc.] Ratio sola constituit, exornat et perficit hominem. Sine ea homo statua potius quam homo est. Unde stupidi et indocti statuis frequenter adsimulantur; uti quidem

truncoque simillimus Hermae

audit dives quidam, sed insulsus ac stupidus, Juvenali Sat. VIII. v. 53. [*Schier.*] Eandem sententiam Socrati adscriptam servavit Stobaeus Serm. LXXIX. περὶ γραμμάτων. [O.]

7. Τῆς ἀλαζονείας etc.] Sententia Diogeni auctori adscripta iisdem verbis legitur etiam apud Stobaeum Cap. VIII. Gesner. Francof. (XXII. Schow.) περὶ ὑπεροψίας. [O.]

10. Οὔτε τῇ γαμετῇ etc.] Antonius et Maximus Serm. περὶ κολακείας p. 247. hanc sententiam Plutarcho adscriptam melius sic efferunt: Οὔτε τῆς γαμετῆς τὴν ἑταίραν οὔτε τῆς φιλίας τὴν κολακείαν δεῖ προτιμᾶν. [O.]

11. ὥσπερ αἱ χελιδόνες] Hinc Graecorum proverbium: Χελιδόνων μουσεῖα. Aristophanes in Ran. v. 93.

'Επιφυλλίδες ταῦτ' ἔστι, καὶ στωμύλματα,
Χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης.

ubi Scholiastes: Χελιδόνων μουσεῖα — ἀντὶ τοῦ βάρβαρα καὶ ἀσύνετα. Καὶ γὰρ παροιμία ἐπὶ τῶν βαρβάρων καὶ πολυλόγων καὶ ἀπεχθῶν ἐστι ταττομένη. τοιοῦτον γὰρ τῶν χελιδόνων γένος, πλέον διὰ τὸ πολὺ τῆς ᾠδῆς ἀνιῶν τοὺς ἀκούοντας, ἢ διὰ τὸ μέλος εὐφραῖνον.

Conf. Erasm. in Adag. II. Chil. Cent. II, 2. et Menag. ad Diog. Laert. VI. segm. 78. pag. 254. et seq. ed. Meibom. [*Schier et O.*]

12. *Τοὺς μὲν κακοὺς* etc.] Nulla hic similitudo, obscurior item sententia, nisi forte hanc esse dicemus. Homines improbi in majora majoraque vitia prolapsi pergentesque, adeo deinceps fiunt dementes, ut, omnibus sanis consiliis spretis, ne ab ipso tempore quidem, quod alias multos imprudentes et refractarios sanare solet, medicinam exspectare habeant. Etenim in mentem traditi reprobam, ut spiritus sancti stylus fert, sic a stimulis vitiorum suorum vellicantur, sic roduntur, ut nihil placidum atque quietum mente concipere possint. [*Swedberg.*] Mihi alia videtur loci sententia, haec scil. *Maleficos* (sic enim interpretor *κακοὺς*, i. q. *κακούργους*, *scelestos*, *Verbrecher*) *statim post commissa facinora, dementes vero et protervos* (h. e. monitoribus asperos ideoque libidinibus suis vitiisque indulgentes) *in senectute saltem furiae* (pravae conscientiae stimuli) *exagitant.* [O.]

13. *Τὸν πεπαιδευμένον* etc.] Cui non haec legenti in mentem venerit Socratis morientis dictum apud Platonem in Phaedon. Cap. 154? *καὶ γὰρ ἀκήκοα, ὅτι ἐν εὐφημίᾳ χρὴ τελευτᾷν.* ubi Olympiodorus (quem locum apposite ad nostrum citat doctissimus Wyttenbach.): *ὅτι ἐν εὐφημίᾳ τελευτᾷν ἠξίουν οἱ Πυθαγόρειοι, ὡς ἀγαθοῦ καὶ ἱεροῦ τοῦ πράγματος ὄντος.* (*ἐν εὐφημίᾳ* scil. cum morientis, tum eorum, qui ei adsunt.) Similiter auctor Axiochi: *παρεπιδημία τίς ἐστιν ὁ βίος, καὶ δεῖ ἐπιεικῶς διαγαγόντας εὐθύμως, μονονουχὶ παιανίζοντας εἰς τὸ χρεὼν ἀπιέναι.* ubi vide Fischer. p. 118. ed. tertiae Aeschinis Socr. [O.]

ὥσπερ ἐκ συμποσίου ἐκ τοῦ βίου] Dorvillius ad Charitonem Lib. I. Cap. XIII. pag. 283. ed. Beck. posterius *ἐκ* delendum censet more Graecorum praepositionem, cum in priore praecesserit, in altero orationis membro omittere amantium, citans Platonem in Timaeo pag. 91. C. *καρπὸν δρέψαντες ὡς εἰς ἄρουραν τὴν μήτραν.* Heliodor. I. pag. 5. *ὥσπερ ὑπὸ πρηστῆρος τῆς ὄψεως βληθέντες.* VII. 360. *ὁ Θεαγένης ἐβέβλητο μὲν ὡς ἀπὸ τρώσεως τῶν λόγων.* IX. 429. *ὥσπερ ἐκ λόχου τοῦ ἐλέφαντος ἐκδρομὰς ποιεῖσθαι.* [O.]

15. *Πατρὸς ἐπιτίμησις* etc.] Habet etiam Stobaeus Serm. 81. ubi Socrati haec similitudo adscribitur, sed in Melissa C. 125. *πατρὸς ὕβρις* legitur. [*Holsten. et Schier.*]

τὸ ὠφελοῦν] Accusativus pro genitivo, ad vitandam ambiguitatem, quae ex gemino genitivo, diverso respectu adhibito, oriretur. [*Stroth.*]

16. *Τὰ βάρη μεταφέρειν*] Latet ambiguitas quaedam in

v. τὰ βάρη. In viro bono τὸ βάρος est *gravitas* (*Seelenstärke, gesetzter Ernst*), quo sensu *pondus* dicunt etiam Latini, v. c. Arnobius Lib. VII. Cap. 38. *homo quivis laetus nec ad studium plenae gravitatis et ponderis eruditus.* ubi vide quae annotavimus in Addendis ad Tom. II. pag. 479. nostrae edit. In luctatore autem τὰ βαρη sunt vel, ut Holstenius vertit, *corporis moles* aut *robur*, καρτεροὶ ὦμοι, ut ap. Lucian. Dial. Mort. I. νεῦρα εὔτονα καὶ ὦμοι καρτεροί: vel, quod cum ob numerum pluralem tum ob verbum μεταφέρειν magis placet, intelligendi ἁλτῆρες, *halteres*, massae plumbeae aut lapideae, quibus utebantur palaestritae in exercendis corporibus, de quibus videndi Galenus de sanitate tuenda Lib. II. pag. 242. Tom. IV. ed. Basil. Foesius in Oeconomia Hippocratis h. v. et Upton ad Arrian. Dissert. Epict. I. Cap. IV. §. 13. pag. 54. ed. Schweigh. Utrumque sensum et viro bono et luctatori convenientem Germanice expresseris vertendo *seine ganze Schwerkraft mitnehmen.* [O.]

17. Ἡ αὐτάρκεια] Per αὐτάρκειαν et *frugalitatem* et *animum sua sorte contentum* cum Josepho Schwedbergio hic loci intelligi arbitramur. Frugalitatem quippe Pythagoram adamasse et aliis inprimis commendasse testantur scriptores. Confer. Justin. Histor. Lib. XX. Cap. 4 et 5 seq. [*Schier.*] Eadem similitudo Socrati adscripta legitur etiam apud Stobaeum Cap. V. [O.]

κοπον δὲ μικρόν] MS. Vatic. legit τόπον δὲ μικρὸν nullo sensu; unde, cum apud Stobaeum Serm. V. πονον scriptum sit, non dubitavi κόπον hoc loco substituere. [*Holsten.*]

19. Τῷ γελοίῳ καθάπερ ἀλὶ etc.] Haud infrequens apud veteres joci et facetiarum cum sale comparatio. Cicero de Orat. I. 34. *Libandus est etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tanquam sale perspergatur omnis oratio.* Similiter in SS. litteris Coloss. IV, 6. Ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυμένος. Conf. qui veterum loca diligentissime collegit Wakefield in Silv. Crit. P. III. pag. 128. et seqq. Ceterum eadem sententia Socrati adscripta exstat apud Stobaeum Serm. XXXII. [O.]

20. Καὶ ὑπόδημα etc.] Haec sententia restituenda apud Stobaeum Serm. 3., ubi corrupta et male divulsa exstat. Contrarium sentit Aristippus apud Maximum Serm. 140. Οὐχ ὥσπερ ὑπόδημα τὸ μεῖζον ἄχρηστον, καὶ ἡ πλείων κτῆσις· τοῦ μὲν γὰρ ἐν τῇ χρήσει τὸ περιττὸν ἐμποδίζει, τῇ δὲ καὶ ὅλῃ χρῆσθαι κατὰ καιρὸν ἔξεστι, καὶ μέρει. (Sic enim legendum pro μένει.) [*Holsten. et O.*]

βίος ἁρμόττων] *Victus sufficiens, vel fortunae modus*

apte quadrans, ut vertit Holstenius. *βίος* de victu, rebus ad vitam necessariis in gen. Suidas: βίος — ποτὲ μὲν ἡ οὐσία των κτημάτων. Conf. Perizon. ad Aelian. V. Hist. XIV, 32. et quae observavimus ad Epist. Socratic. 29. pag. 260 et 311. [O.]

21. οὐσίαι] Melius Antonius Meliss. Serm. περὶ πλούτου p. 761. περιουσίαι. [O.]

23. Δεῖ ὥσπερ Σειρῆνας etc.] Ex notissimo Homeri figmento de Ulyssis navigatione per scopulos Sirenum. (Odyss. *M.* vs. 39 seqq. et 125 seqq.) Eas tamen Plutarchus Sympos. Lib. IX. Quaest. XIV. ex Platonis mente easdem cum Musis esse docet. Sed locum de Sirenum cantu hactenus pro dereiicto et desperato habitum hic emendatum propono: ἐνταῦθα δὲ πρὸς ἡμᾶς ἀμυδρά τις οἷον ἠχὼ τῆς μουσικῆς ἐκείνης ἐξικνουμένη. διὰ λόγων ἐκκαλεῖται καὶ ἀναμιμνήσκει τὰς ψυχάς· ὧν τὰ ὦτα μὲν πλεῖστον περιαλήλιπται καὶ καταπέπλυσται σαρκίνοις ἐμφράγμασι καὶ πάθεσιν, οὐ κηρωνοῖς. hoc ait: *Coelesti illa Sirenum musica excitari et admoneri animas, quarum aures obturatae et stipatae sunt sepimentis et affectionibus carneis, non cereis.* Nam voces istae τότε et κρινοῖς nauci sunt, et allusionis elegantiam perdunt. [*Holsten.*] Ceterum voces ab auctore adhibitae παρελθεῖν et ἰδεῖν πατρίδα abunde testantur, illum respexisse narrationem illam de Ulysse. [*Stroth.*] Eandem sententiam Socrati adscriptam habet Stobaeus Serm. V. ubi postrema verba ita leguntur: τὸν σπεύδοντα τὴν ἀρετὴν ἰδεῖν ὥσπερ πατρίδα. Voluptatum comparatio cum Sirenibus frequens apud antiquos. Vide, qui nubem exemplorum congessit, Jo. Columb. ad Incerti Fab. Homeric. de Ulyssis erroribus Cap. VII. pag. 124 seqq. [O.]

24. ὥσπερ οἱ ἐν εὐδίᾳ etc.] Ita Terentius in Phormione (II, 1, 11.):

> *Omnes, cum secundae res sunt maxime, tum maxime*
> *Meditari secum oportet, quo pacto adversam aerumnam ferant.* [*Holsten.*]

Nec abludit illud Horatii II. Od. X, 13.

> *Sperat infaustis, metuit secundis*
> *Alteram sortem bene praeparatum*
> *Pectus.*

Ceterum eandem similitudinem Socrati auctori adscribens servavit nobis Stobaeus Serm. III. ubi pro ἑτοιμάζουσι legitur ἡτοιμάκασι. [O.]

26. κἂν μὴ διώκωνται. . . . κἂν μήπω κακῶς πράσσωσι] Ita Stobaeus Serm. III. qui hanc sententiam Socrati adscribit, Holstenius, Gale et Jacobs V. Cl. in libro elementari

Curs. I. pag. 53. Schierius autem et Strothius habent διώκονται— πράσσουσι. At quamvis apud recentiores scriptores κἂν pro καὶ ἐὰν positum nonnunquam cum Indicativo construatur, (vide Schaefer. in Append. ad Bastii Epist. Crit. pag. 26. et in editione Aristophanis Pluti p. XXXVIII. et Hermann. ad Viger. pag. 822. ed. noviss.) nolim tamen aliquid mutare invitis codicibus. [O.]

ἄφρονες] *stulti*, hoc est eorum, quae per stultitiam admiserunt, male sibi conscii, qui interdum sic terrentur et perturbantur, ut foliorum strepitu expavescant. Nempe *ea communis poena stultitiae est: omnibus, quorum mens abhorret a ratione, semper aliquis terror impendet.* Cicero Quaest. Tusc. IV, 16. [*Schier.*]

27. Ὁ τῶν φιλαργύρων etc.] Stobaeus, qui Serm. XVI. (Schow.) περὶ φειδωλίας eandem similitudinem habet Socrati adscriptam, legit: Ὁ τοῦ φιλαργύρου. Ex eodem articulum ante ἥλιος addidi. [O.]

28. Οἱ μὲν κατ' ἐνιαυτὸν etc.] Apud Jamblichum Libr. II. de secta Pythagorica (sive Adhortat. ad philosophiam. O.) φιλοσοφίας, non φιλίας, legitur: sed suus utrique constat sensus. Melissa serm. 155. cum Demophilo congruit: rectius tamen verbis transpositis legit: οἱ μὲν ἐκ τῆς γῆς καρποὶ κατ' ἐνιαυτόν. Ego Vaticani Codicis scripturam repraesentavi. [*Holsten.*] Apud Jamblichum l. l. pag. 20. ed. Kiessling. sententia haec ita legitur: Ὁ μὲν τῆς γῆς καρπὸς δι' ἐνιαυτοῦ, καθ' ἕκαστον δὲ ὥρας μόριον ὁ τῆς φιλοσοφίας ἀποδίδοται. [O.]

29. ἁρμόσασθαι] *sibi adaptare, concinnare, zu seinem Gebrauche stimmen.* Nisi legere malimus εἰς vel πρὸς τὸ πᾶν ὄργανον ἁρμόσασθαι, ut Stobaeus habet Serm. III. in simili sententia Aristonymi: Κυβερνήτου μὲν ἔργον ἀγαθοῦ εἰς τὰς τῶν πνευμάτων μεταβολὰς ἁρμόσασθαι, ἀνδρὸς δὲ σοφοῦ πρὸς τὰς τῆς τύχης. Wakefield. in Silv. Crit. Tom. III. pag. 32. leg. τὸ παντὶ ὀργάνῳ ἁρμόσασθαι, *se aptare omni instrumento*, i. e. suas partes agere, quodcunque demum instrumentum ei in manus dederis, apposite citans Pers. Sat. V, 95.

Sambucam citius caloni aptaveris alto.

Sed vulgatam lectionem tuetur locus simillimus Juliani Orat. II. init. ab eodem Wakefieldio citatus: Τὸν Ἀχιλλέα φησὶν ἡ ποίησις, ὁπότε ἐμήνισε καὶ διηνέχθη πρὸς τὸν βασιλέα, μεθεῖναι μὲν ταῖν χεροῖν τὴν αἰχμὴν καὶ τὴν ἀσπίδα, ψαλτήριον δὲ ἁρμοσάμενον καὶ κιθάραν ᾄδειν καὶ ὑμνεῖν τῶν ἡμιθέων τὰς πράξεις. [O.]

πάσῃ ψυχῇ συμφωνῆσαι] Pro ψυχῇ reponerem τύχῃ et

sic saepe apud auctores peccatum. Proclus in Timaeum Lib. I. pag. 61. Stoicum hoc paradoxum affert, *τὸν σπουδαῖον οὐδὲν δεῖσθαι τῆς τύχης*, *sapientem non indigere fortuna*, ubi tamen *ψυχῆς* pro *τύχης* editum legimus. Ceterum haud dissimilem ex Demonacte sententiam habet Melissa Cap. 148. *οὔτε οἱ ἄμουσοι τοῖς ὀργάνοις, οὔτε οἱ ἀπαίδευτοι ταῖς τύχαις δύνανται συναρμόσασθαι*, quae apud Stobaeum Serm. IV. (ubi legitur *ταῖς ἀτυχίαις*. O.) leviter corrupta est, ut et alia similis (modo citata) ex Aristonymo Serm. III. [*Holsten.*] Holstenii emendationem probat quidem Wakefield in Silv. Crit. l. l., fatetur tamen, etiam vulgatam lectionem defendi posse loco Paulino 1 Corinth. IX, 19. *πᾶσιν ἐμαυτὸν ἐδούλωσα.* Sic et Levesque: *le musicien sait accorder sa lyre et le sage mettre son ésprit d'accord avec tous les ésprits.* Ceterum de frequenti v. *ψυχή* et *τύχη* permutatione vid. Wernsdorf. ad Himer. Eclog. II, 10. pag. 50. [O.]

31. *Ὑπενδύεσθαι*] Male apud Antonium Melissam C. 144. *ἐπενδύεσθαι* scribitur: subinduitur enim tunica thoraci, ne corpus premat, non inducitur. [*Holsten.*]

32. *καὶ ἄφρονος ψυχῇ*] Apud Stobaeum Serm. 4. et Meliss. C. 148. *ἄφρονος εὐτυχία* legitur, unde hic iterum *τύχη* pro *ψυχῇ* reponendum apparet: attamen Vaticani Codicis lectionem non ferendam solum, sed et praeferendam alteri existimo. [*Holsten.*]

δυσάρεστον] Plenius Stobaeus l. l. *πολὺ ἔχει τὸ δυσάρεστον.* [O.]

33. *συγχέουσιν*] h. e. discernenda non discernunt, miscendo suprema imis. [*Stroth.*]

35. *ὁ καιρὸς*] i. q. sequens *περίστασις*, *temporis conditio*, *der Zeitumstand.* Intellig. scil. morbi vel mortis periculum. *γλυκύτερον* est *suavius*, *exoptatius*, ut saepissime. [O.]

37. *Αἱ μὲν βρονταὶ* etc.] Eadem similitudo Socrati attributa legitur apud Stobaeum Serm. IV. ita: *Αἱ μὲν βρονταὶ μάλιστα τοὺς παῖδας, αἱ δ' ἀπειλαὶ τοὺς ἄφρονας καταπλήττουσιν.* [O.]

39. *Ταὐτόν ἐστιν* etc.] Exstat bis Melissae Cap. 135. sed posteriori loco male *εὐγνώμονος* legitur. Qui enim consilium malum ab homine amico et benevolo? [*Holsten.*] *Ἀγνώμων φίλος* autem est talis amicus, in quo vel ea imperitia est, ut dare consilium probum nequeat, vel ea malitia, ut improbum dare studeat. [*Schier.*]

40. *εὐδίαν σημαίνουσι*] *εὐδία* h. l. accipiendum non de die serena, sed in genere de tempestate anni laetiore, vere scil. aut aestate, quomodo accepit etiam Levesque vertens: *l'hiron-*

delle nous amene la belle saison. Hinc notissimum Graecorum proverbium: *Ἡ χελιδὼν τὸ θέρος λαλεῖ.* Vide Hadr. Iun. Adag. Cent. VII, 21. [O.]

42. *Τὸν μηδὲν πράξαντα*] Antonius *τοὺς μὴ νικήσαντας.* [O.]

43. *Εἰς μὲν τὸ εὐπλοῆσαι* etc.] Similiter Euryphamus Pythagoreus in egregio illo fragmento de vita ap. Stobaeum Serm. 101. (et in Gal. Opusc. Mythol. p. 868 seq. ed. Amst.): *Τὸ μὲν γὰρ βουληθῆμεν τὰ καλὰ, καὶ ὑποστᾶμεν τὰ δεινὰ, τᾶς ἀρετᾶς οἰκῆον ἐντί· τὸ δὲ ὀρθοπλοῆσαι, τᾶς προαιρέσιος, καὶ ἐπὶ τέλος ἐλθεῖν τὰς πράξιας, τᾶς εὐτυχίας. ἐνίκασε γὰρ ὁ στραταγὸς, καὶ σὺν τἀρετᾷ, καὶ σὺν τᾷ εὐτυχίᾳ, καὶ ἐπλόησεν ὁ κυβερνάτας, καὶ σὺν τᾷ τέχνᾳ, καὶ σὺν τοῖς οὐρίοις πνεύμασιν, καὶ εἶδεν ὁ ὀφθαλμὸς καλῶς, καὶ σὺν τᾷ ὀξυδορκίᾳ, καὶ σὺν τῷ φάει. καὶ ἄριστος ὁ βίος ὁ τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο, καὶ διὰ τὰν ἀρετὰν αὐτὰν, καὶ διὰ τὰν εὐτυχίαν.* [*Holsten. et O.*]

44. *Ὁ μὲν δειλὸς* etc.] Habet sententiam etiam Stobaeus Serm. IV. Socrati adscriptam, nisi quod *ἔχει* post v. *ὅπλα* ponit. [O.]

45. *ἐξ — ἀγκυρίου σκάφος ὁρμίζειν*] i. q. *ἐπὶ ἀγκυρίου ὁρμίζειν*, quae loquendi forma scriptoribus Graecis usitatior. Ita enim Homerus Il. Ξ. v. 77. *ὕψι δ' ἐπ' εὐνάων ὁρμίσσομεν*, et Thucydides *ὁρμίζοντες ἐπ' ἀγκυρῶν, anchoris stabilientes.* [*Schier.*] Sic et Diodorus Biblioth. L. XIII, 18. Contra *ὁρμίζειν ἐξ ἀγκυρίου* legimus etiam apud Epictetum in sententia nostrae simillima Fragment. No. 89. ed. Schweighaeuser. *Οὔτε ναῦν ἐξ ἑνὸς ἀγκυρίου, ουτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ὁρμιστέον.* quam itidem Socrati adscribit Stobaeus Serm. I. [O.]

Οὔτε τὸν ἀῤῥωστοῦντα] Apud Stobaeum, qui eandem sententiam habet Socrati adscriptam Serm. LXXXIX. pro *ἀῤῥωστουντα* legitur *ἄῤῥωστον.* [O.]

47. *Οὔτε τὸν ἄῤῥωστον* etc.] Melius et elegantius sententia haec Plutarcho attributa ap. Antonium et Maxim. Serm. *περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας* p. 818. sic legitur: *Οὔτε τὸν ἀῤῥωστοῦντα ἡ χρυσόπους ὠφελεῖ κλίνη, οὔτε τὸν ἀνόητον ἡ ἐπίσημος εὐτυχία.* [O.]

48. *ἐπελύει*] Legendum puto *ἐπικλύζει, abluit.* Vide celeb. Markland. ad Maxim. Tyr. Dissert. XXXIII, 5. [*Dorvill. ad Chariton. VIII, 6. pag.* 631. *ed. Beck.*] Antonius in Melissa p. 519. legit *διαλύει.* [O.]

ἐπιεικὴς λόγος] i. e. *mitis, lenis oratio,* ut bene vertit

Holstenius, *ein freundliches Wort.* Vide de h. v. Casaubon. ad Polyb. I. Cap. 14. et Schleusner. V. Cl. in Lexic. N. Test. [O.]

49. ἄγροικος] distinguendum ab ἀγροῖκος, quod *in agris versantem* denotat, seu *rusticum*, non propter mores, sed propter vitae genus ita appellatum. [*Stroth.*] Ammonius: ἀγροῖκος καὶ ἄγροικος διαφέρει· περισπωμένως μὲν, ὁ ἐν ἀγρῷ κατοικῶν· προπαροξυτόνως δὲ, ὁ σκαιὸς τοὺς τρόπους. Idem praecipitur a Polluce IX. §. 12. ubi vide intpp. p. 982. ed. Hemsterh. Sed vanam esse utriusque vocabuli differentiam, Atticosque, ut γέλοιος dixerunt, reliqui Graeci γελοῖος, sic etiam dixisse ἄγροικος pro communi ἀγροῖκος cum de ruri habitante rustico, tum de eo, qui ingenio, moribus atque vita rusticum refert, homine imperito et inhumano, pluribus docet Fischerus ad Aristophanis Plut. v. 705. pag. 373. ed. Beck. Conf. Ruhnken. ad Timaei Lex. Plat. pag. 13 seqq. ed. nov. Ceterum eadem similitudo, ut reliquae omnes, Socrati adscripta legitur quoque apud Stobaeum Florileg. Cap. IV. et quidem diversimode nonnihil a scriptura Vaticani Codicis, ita scil. Οὔθ' ὁ αὐστηρὸς οἶνος εἰς πόσιν εὔθετος, οὔθ' ὁ ἄγροικος τρόπος εἰς ὁμιλίαν. [O.]

50. Πιθήκου ὀργὴν] Simiae recte confertur adulator, uterque enim exprimere et aemulari conatur alterius facta dictaque. Vide Terent. Eunuch. Act. II. Scen. 1. et Act. III. Scen. 1. De simiae ira et adulatione confer C. Jul. Solinum Polyhist. Cap. 27. [*Schier.*]

51. Τοῦ βίου etc.] Sententia insignis. Habet enim adolescentia secuturae felicitatis vel infelicitatis, tum etiam honoris aut dedecoris quaedam quasi praesagia: saltem ex ea de his rebus aliquid ominari solent homines alii. Vere itaque Euphormio Lusininus, seu Joh. Barclajus Satyr. P. IV. C. 1. *sunt in ejusmodi annis*, inquit, *quaedam omina crescentium vitiorum aut futurae virtutis.* [*Schier.*]

52. Τὰς μὲν γραφὰς ἀσφαλεστέρας] Cum similitudines istae, teste Jamblicho, πρὸς τὰ ἐναργῆ δείγματα τῶν ὄντων, hoc est, rerum perspicuarum comparatione, exprimantur, non video, qui scripturarum certitudo et securitas cum splendore actionum comparari possit. Gesnerus Melissae Cap. 1. (ubi eadem sententia legitur Democrito auctori adscripta) ἀρχὰς legisse videtur, ubi vulgo γραμμὰς editur. Puto et ipsi haesisse aquam, ideoque hariolum potius egisse quam interpretem. Mihi vox ἀσφαλεστέρας suspecta, pro qua levissima mutatione ἀσαφεστέρας scriberem, verteremque: *Picturas umbra, actiones splendor commendat:* nam, ut Plinius ait Lib. XXXV. Cap. 5., *Pictura lumen*

invenit et umbras, differentia colorum alterna vice sese excitante. Si de scripturis vocem ancipitem quis accipere malit, referenda erit sententia ad arcanum et reconditum, eoque obscurum scribendi modum Pythagorici gregis, qui symbolis et aenigmatis animi sensa involvebat, Delphici Apollinis instar, *οὔτε λέγων, οὔτε κρύπτων, ἀλλὰ σημαίνων*, de qua obscuritate Jamblichum vide Lib. II. Cap. 21. Sed forte commodiori sensu *ἀφελεστέρας* scriberetur: cum scriptionis, praesertim philosophicae, maxima virtus sit *ἀφέλεια*, sive pura et non affectata simplicitas; qualis in Xenophonte potissimum ab Aristide aliisque magistris commendatur, et qualem in Rustici literis observat laudatque principum sapientissimus M. Aurelius: atque haec nativa simplicitas in Ocello, Timaeo, Cebete ceterisque, quorum fragmenta supersunt, antiquissimis Pythagoreis maxime elucet. [*Holsten.*] Sin vero verba edita retinenda fuerint, utique et illa commode explicari posse videntur hoc modo: Sicut syngraphae seu literae cautionibus munitae possessorem contra sycophantam praestant tutum: ita fama egregiis olim facinoribus comparata, et bonorum testimoniis comprobata confirmataque, hominem probum, ne improbus eam temerare audeat, neve, si ausus fuerit, eidem noceat, communit. Equidem clara vita, utut et ipsa obnoxia sit malorum spiculis, magis tamen idonea iisdem depellendis est: atqui obscura iisdem plus patet, nec tam feliciter ea amoliri valet. [*Schier.*] Equidem praetulerim Holstenii *ἀφελεστέρας* ob oppositum *λαμπροτέρας*, ut sensus sit: *Quae scripseris, simplicia sint: quae feceris, splendida.* [O.]

54. *Ἐν μὲν τοῖς συμποσίοις* etc.] Similis Socratis sententia est apud Stobaeum Serm. IV. et Antonium C. 148. *ἐν μὲν ταῖς μέθαις παροινοῦσιν· ἐν δὲ ταῖς ἀτυχίαις παρανοοῦσιν οἱ ἀνόητοι.* unde et hic *παρανοῶν* potius quam *παρανομῶν* legendum; e contra istic *εὐτυχίαις* scribendum existimo: nam res secundae animos potissimum dementant, et transversos agunt. [*Holsten.*]

ἐν δὲ τοῖς ἀγαθοῖς] scil. *ἀνθρώποις*. Melius utique conveniret, si praeeunte Holstenio pro *ἀγαθοῖς* legeretur *τῇ εὐτυχίᾳ*. Forsan etiam sub *ἀγαθοῖς* intelligi posset *πράγμασι*, quod nescio an usu receptum sit. [*Struth.*]

55. *Τὸ αὐτό ἐστιν ὄφιν* etc.] Confer ejusdem argumenti Fabulam Aesopiam No. 170. collect. Coray et Phaedri Lib. IV. Fab. XVIII. [O.]

56. *Ἐν μὲν εὐδίᾳ* etc.] Consilium, seu rationem omnino adhibere convenit etiam in fortuna secunda. Nam quemadmodum

navis destituta gubernatore, vento utut secundo et placido, ad portum non pervenit, sed allisa scopulis frangitur, ita, qui se fortunae secundae blandimentis, rejecta ratione, permittit, in exitium ruit. Vide Similitud. 43. et Max. Tyr. Dissert. 37. [*Schier.*]

57. *Τοὺς μὲν κενοὺς ἀσκοὺς* etc.] Habet Stobaeus quoque Serm. VIII. (Gesner.) Socrati adscriptam et Maximus Serm. III. [O.]

58. *Γυμναζόμενον* etc.] Eandem similitudinem ex Aristonymi tomariis iisdem verbis repetiit Stobaeus Serm. V. de temperantia. [O.]

59. *Μέτρον ἄριστον, ἔφη τις τῶν σοφῶν*] Pythagoram intelligit, quem suo nomine Pythagorei non facile compellabant, ut testatus Jamblichus de vita Pythagorae C. 18 et 38. Is in Carminibus aureis v. 38. ita canit . . . *Μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.* [*Schier.*]

Ἀσκληπιάδῃ] Quis hic Asclepiades fuerit, certo non constat. Swedbergius putat intelligendum fortassis illum, quem Lactantius laudat Lib. VII. Cap. 4. et collectorem harum sententiarum Demophilum esse Episcopum Constantinopolitanum, cujus meminit Suidas. Sed haec omnia incerta prorsus et dubia. De variis ejus nominis medicis vid. Fabric. Bibl. Graec. Lib. VI. Cap. IX. de aliis scriptoribus Voss. Hist. Graec. Lib. IV. p. m. 506 seq. et Jonsius Hist. Philos. Lib. II. Cap. XVII. [*Schier et O.*]

In Similitudines ex Stobaeo et Antonio Melissa collectas.

5. *Τὸν λιβανωτὸν*] Schowius ex Cod. W. ed. *τὸ λιβανωτόν*, citra necessitatem. Vide doctiss. Boissonade ad Marin. Vit. Procli p. 64. [O.]

6. *τὰ καλὰ βλέπεται*] Sic emendavit Gesnerus pro *καταβλέπεται*, quod antea legebatur, quodque retinuit Schowius. [O.]

7. *Οὔτε ναῦν* etc.] Vide not. ad Demophili Similitud. 45. [O.]

8. *χωρὶς ὁμιλίας*] Plutarchus ap. Antonium *ἄνευ ὁμιλίας*. [O.]

10. *τὴν λειοτάτην*] Sic edidit Schowius e correctione verissima C. Gesneri pro *τὴν τελειοτάτην*. [O.]

11. *Μόνῳ τῷ λόγῳ*] Wakefield. Silv. Crit. Tom. III. p. 52. locum luxatum credens sic refingit: *Μόνῳ τῷ λόγῳ παρακα-*

καθετέον τὸν βίον, καθάπερ ἐπιτρόπῳ σώφρονι, καὶ τὴν νεότητα etc. [O.]

καὶ τὰ ὑπολείμματα] Dedi correctionem Schowii e Cod. C. Antea legebatur καὶ τὰ ὑποδήματα, quod Cel. Jacobs cum sequenti fragmento jungit ita legens: Ὡς ὑποδήματα, βίος ἁρμόζων ἀλυπότερος. *Ut calceamenta, quae pedibus apta sunt, ita vitae ratio congrua atque accommodata nobis, minus molestiarum affert.* Sed quid sunt ὑπολείμματα? Schowius vertit *residuas opes*, quod vero male convenit cum praecedenti τὴν νεότητα. Malim equidem interpretari, *et quod superest, residuum est* (scil. vitae vel aetatis), *den übrigen Rest des Lebens.* Sed magis placet Jacobsii correctio. Multo minus audiendus Wakefield. legendum conjiciens: Ὁ καιροῦ ὑπομνήμασι βίον ἁρμόζων ἀλυπότερος. Vide supra ad Demophili Similit. 20. notam Holstenii. [O.]

12. Vide notam praecedentem. [O.]

13. Ὥσπερ εἰς κενὸν σκάφος etc.] Dedi Schowii lectionem. Gesnerus pro ἔρματα edidit ἔργματα, quae vox est poetica, Pindaro inprimis et Euripidi (Orest. 161.) usurpata. (Hesych. ἔργματα — πράγματα. Conf. Ez. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Jov. vs. 92.) Vertit igitur: *Prudenter facta, tanquam in vas inane, alia aliis superinjicere oportet*, accipiens τὰ ἀπὸ τῆς φρονήσεως ἔργματα pro τὰ ἀπὸ τῆς φρονήσεως ἐργαζόμενα. Sed unice verum est τὰ ἔρματα (ut habent Schowii Codd. D. C. W.), quod significat *arenam crassiorem, sive aliam materiam, quae injicitur in σκάφος κενὸν, vacuum navigii alveum (den leeren Schiffsraum)*, quo stabilius fiat. *Ballast.* Vid. Kühn. ad Polluc. I, 94. pag. 65. ed. Hemsterh. Idem Pollux I. §. 92. — εἴποις δ' ἂν κοίλη ναῦς, κοῖλον σκάφος, ἔδαφος νεώς, τὰ κάτωθεν τῆς νεώς. [O.]

14. Ψυχῆς ἐστι λόγος] Distinxi hanc sententiolam a sequenti similitudine, cum qua male cohaeret in editionibus Stobaei. Sensus esse videtur: *Ratione qui bene utitur, auget ipsam.* In eandem fere sententiam divinus Soter Matth. XIII, 13. ὅστις γὰρ ἔχει, δοθήσεται αὐτῷ καὶ περισσευθήσεται. [O.]

18. Οὔτε ἵππῳ etc.] Aliter Antonius Meliss. Lib. I. Cap. 8. Οὔτε ἵππον χωρὶς χαλινοῦ, οὐδὲ πλοῦτον δίχα φρονήσεως δυνατὸν κρατεῖσθαι. [O.]

19. Κυβερνήτου etc.] Vide Not. ad Demophili similit. 29. [O.]

εἰς τὰς τῶν πνευμάτων μεταβολὰς] Jacobs. V. Cl. in Notis ad Anthol. Graec. Tom. XII. pag. 116. legendum conjicit: τὰ ἱστία πρὸς τὰς τῶν πνευμάτων μεταβολὰς etc. Equidem

praefero vulgatam *ἁρμόσασθαι, se accommodare, praeparare adversus tempestatum mutationes.* [O.]

τύχης] Ita Gesn. e conjectura et Schow. e Codd. Antea *ψυχῆς*. Vide supra ad Simil. Demophil. 29. [O.]

22. *Ἐν μὲν ταῖς μέθαις* etc.] Vide Not. ad Demophil. Similit. 54. [O.]

ἐν δὲ ταῖς ἀτυχίαις] Scribe cum Wyttenbachio *ἐν δὲ ταῖς εὐτυχίαις*. [O.]

23. *Οὔθ' οἱ ἄμουσοι*] Vide Not. ad Demophil. Simil. 29. [O.]

24. *μετενδύματα*] Non bene expressit hanc vocem in versione sua Conr. Gesnerus. *Μετενδύματα τύφου*, ut optime explicat nostrum locum citans doctissimus Schneiderus in Lexico, sunt *vestimenta, quae quotidie induit et exuit fastus, stets wechselnde Bekleidungen.* Pro *περίκειται*, quod bene restituit Gesnerus, alii habent *παράκειται*. [O.]

29. *παρ' ἕκαστον*] Gesnerus vertens *ubique* subintelligit *τόπον*. Equidem malim supplere *πρᾶγμα*, ut sensus sit: *ad quamcunque rem, quae ipsi occurrat, nach jedem vorkommenden Gegenstande.* [O.]

32. *Οὔτε τὰ τοῦ Ἀχιλλέως*] *τοῦ Ἀχιλλέως*, quod Gesnerus reposuit, firmatur etiam Codicibus Schowii B. C. W. Antea *τῶν Ἀχαιῶν ὅπλα*. De Thersite vide Homer. Il. *B.* 212 seqq. [O.]

33. *οὐδεὶς δὲ ἀδικηθεὶς*] Jacobs V. Cl. ob sequens *ἀντιδάκνει* et antitheseos leges pro *ἀδικηθεὶς* legendum conjicit *δηχθεὶς*, quanquam fateatur, vulgatam lectionem tueri se posse loco Theocriti Id. VIII, 63.

Φεῖδευ τῶν ἐρίφων, φεῖδευ, λύκε, τῶν τοκάδων μευ,
Μηδ' ἀδίκει μ', ὅτι μικκὸς ἐὼν πολλαῖσιν ὁμαρτῶ.

et Xenoph. Ephes. p. 57, 13. *οὔτε τοῦ ὕδατος ἀδικοῦντος*. [O.]

34. *αἰσχρὸν ἁμάρτημα*] *αἰσχρὸν* non habet Antonius, qui eandem sententiam citat Plutarcho adscriptam p. 839. [O.]

36. *καθάπερ παρὰ τῷ κακῷ*] Articulum ex Codd. addidit Schow. [O.]

41. *Οἱ τὸ ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν* etc.] Paulo aliter ap. Anton. et Maxim. Serm. *περὶ πλεονεξίας* p. 225. *Οἱ ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν κερδῶν εἰς τὰς καλὰς ἀναλίσκοντες λειτουργίας ὅμοιόν τι ποιοῦσι τοῖς ἀπὸ ἱεροσυλίας θεοσεβοῦσιν*. [O.]

χορηγοῦντες] Al. *ἀναλίσκοντες*, scholion. [*Schow.*]

ἀπὸ ἱεροσυλείας εὐσεβοῦσιν] i. e. *sacrilegia impendentibus ad pias causas.* [O.]

42. *πάντα ποιοῦντες κατὰ τὴν λαβήν*] Perperam haec interpretatus est Conr. Gesnerus vertens: *omnia facientes*

secundum ansam. Sensus est: *omnia facientes, ut vulnerent,* vel: *ut inveniant ansam nocendi, alles versuchend, um andern beizukommen oder Streiche zu versetzen.* **λαβὴ** propr. i. q. **λῆψις,** *apprehensio*, dein gestus manus aliquid comprehendentis vel digitis comprimentis, *pugnus.* Sic Polemon in Laudatione funebri Callimachi circa finem (pag. 31. ed. Possin.): **αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι δεξιαὶ τῶν στρατιωτῶν πρὸ τῶν ἱερῶν θυρῶν ἔμειναν, ὑπὸ σπάρταν ἐχόμεναι ἐν τῷ τῆς λαβῆς σχήματι.** Quae significatio aptissime conveniret descriptioni avari, nisi obstarent v. **καθάπερ μαχαίρᾳ.** Quare unice vera h. l. tertia significatio, qua **λαβὴ**, vocabulum athleticum, denotat *locum, quo adversarius prehendi ac vulnerari queat.* Hinc formula **λαβὴν ζητεῖν,** *quaerere, qua parte prehendas adversarium.* Plutarchus in Fabio: **ὥσπερ δεινὸς ἀθλητὴς λαβὴν ζητῶν,** item **λαβὴν παρέχειν,** *latus dare, ad ictum patere*, Plato de Rep. III, 1. **εἰς λαβὰς ἔρχεσθαι,** idem in Phaedro Cap. 12. ubi vid. Ast. V. Cl. pag. 251. [O.]

44. **οἱ πολλοὶ**] Gesnerus vertit *multi.* Sed **οἱ πολλοὶ**, addito articulo, sunt *homines e vulgo*: quod autem male respondet praecedenti **οἱ κυνηγοί.** Annon legendum **οἱ ποικίλοι,** *homines astuti*, vel etiam **οἱ πλάνοι,** *impostores?* [O.]

47. **αὔξοντα**] Plutarch. ap. Anton. Meliss. **αὐξάνοντα,** et **τρέφων** pro **ἐκτρέφων.** [O.]

48. **ὥσπερ ὥρας**] Gesnerus *ut temporis.* Sed in Antonii Meliss. C. 48., qui eandem sententiam habet, idem Gesnerus *ut cujusque partis anni*, quod praefero. [O.]

49. **ἄπρακτον**] Gesnerus vertit *infructuosam.* Malim *otiosam, müssig, nicht ausgeübt.* [O.]

50. **ἐκ τῆς παιδείας**] **ἐκ τῆς ὁμιλίας** legitur ap. Antonium et Maxim. Serm. **περὶ παῤῥησίας,** ubi eadem sententia citatur Plutarcho attributa. [O.]

ἀρτίον] Solus B. **εἰρκτίον.** [*Schow.*]

52. **Ὥσπερ τὸ μέλι** etc.] Celsus de Medic. Lib. V. Cap. XXII. init. *Putrem vero carnem continet, nec ultra serpere patitur, et leniter exest mel vel cum lenticula, vel cum marrubio, vel cum oleae foliis etc.* [O.]

53. **νεκρῶν δείπνῳ**] Intellige **περίδειπνον,** *silicernium*, coenam feralem, quae in sepulchra mortuorum inferebatur, quales apud veteres sumptuosissimas nonnunquam fuisse videre est ex loco Tertulliani de resurrectione carnis Cap. I. *At ego magis ridebo vulgus tunc quoque, qui ipsos defunctos atrocissime exurit, quos postmodum gulosissime nutrit, iisdem ignibus et promerens et offendens.* Vide inprimis Herald. ad Arnobium Lib. VII. Cap.

ult. nostrae editionis Tom. II. pag. 456 seq. et annot. nostr. ad Aeneam Tacticum Cap. X. pag. 146. [O.]

55. *ἀῤῥυθμίαν*] Sic edidi e correctione C. Gesneri pro *εὐρυθμίαν*, quod est contra sensum. Alii *ῥαθυμίαν*. Male. [O.]

56 a. *μαραίνεται*] *διαφθείρεται* legitur apud Anton. et Maxim. Serm. *περὶ φθόνου* p. 408. [O.]

60. *συμμεταβάλλει*] Significatione passiva vel neutra, *mutat se*, *mutatur*. Sic Aristoteles Polit. Lib. V. Cap. 1. *ἐκ τίνων δὲ αἱ πολιτεῖαι μεταβάλλουσιν*. et M. Antoninus Comment. Lib. V. §. 13. *καὶ πάλιν ἐκεῖνο (μέρος τοῦ κόσμου) εἰς ἕτερον μέρος τοῦ κόσμου μεταβαλεῖ*, ubi vid. Gataker. qui nubem exemplorum citat Tom. II. Opp. pag. 156. Sic et Latini. Sallustius Jugurth. Cap. 38. *mortis metu mutabant.* Livius V, 13. *annona nihil mutavit.* et XXXIV, 51. *mores quidem populi Romani quantum mutaverint.* Conf. Vechner. Hellenolex. Lib. I. Part. I. Cap. VI. pag. 70 seq. ed. Heusinger. [O.]

62. *ἐκτενῆ*] Bene vertit Gesnerus *promtum*, *eifrig*, *dienstfertig*, *πρόθυμον*. Vide Gataker. ad Antonin. I, 4. et Schleusner. in Lexico N. Test. h. v. [O.]

63. *πεῖσμα βαλεῖν*] *ejicere funem* ad alligandam scil. navem. Opp. *πεῖσμα λύειν*. Homer. Odyss. XIII. v. 77. — *πεῖσμα δ' ἔλυσαν ἀπὸ τρητοῖο λίθοιο.* et Odyss. VI. 268 seq.

Ἔνθα δὲ νηῶν ὅπλα μελαινάων ἀλέγουσι,
Πείσματα καὶ σπεῖρα, καὶ ἀποξύνουσιν ἐρετμά.

ubi Scholia min. — *πείσματα — τὰ ἀπόγεια σχοινία, παρὰ τὸ πείθεσθαι αὐτοῖς τὴν ναῦν.* Hesychio etiam aequipollent *πείσματα*, *σχοινία ἀπόγεια*, *πρυμνήσια*, *περιβόλαια*, ubi vide intpp. Scholiastes autem ad Apollonii Argon. I, 652. *πείσματα* vocat *τὰ ἀπὸ τῆς πρώρας σχοινία*. [O.]

66. *δίκην λαχεῖν*] *dicam sortiri*, *criminis reum deferre ad judicem*, quia scil. judices sorte dabantur. Lex. Rhetor. in Bekker. Anecd. I. pag. 277. *τὸ συνάψασθαι δίκην πρός τινα λαχεῖν δίκην ἔλεγον.* et *λῆξις δίκης* ipsa criminis intentio. Vid. Kuhn. ad Polluc. VI, 177. intpp. ad Hesych. h. v. In hac formula v. *δίκην* per ellipsin omittitur saepissime: ita *ὕβρεως*, *ἐρήμου*, *λειποταξίου λαχεῖν*. Vid. Reisk. Ind. ad Demosth. v. *λαχεῖν*. [O.]

67. *παραινεῖν*] Apud Anton. et Maxim. *συμπαρεῖναι*, quod interpretamentum est v. *παραινεῖν*, quod complectitur significationem cum admonendi tum consolandi. Vide Hier. Wolf. ad Isocrat. Paraenes. ad Demonic. pag. 2 et 3. [O.]

71. *ἄνωθεν βαλεῖν*] *ἄνωθεν*, *denuo*, *iterum*, *wieder von vorne an.* Sic et Paulus Apostolus Gal. IV, 9. *οἷς πάλιν ἄνωθεν*

δουλεύειν ἐθέλετε. et Josephus Antiquitt. Lib. I. Cap. XVIII. §. 5. φιλίαν ἄνωθεν ποιεῖται πρὸς αὐτόν. quem locum apposite citat Schleusner. in Lex. N. Test. h. v. [O.]

73. τάχιστα] pro τάχιον. Superlativus pro comparativo positus, ita tamen, ut majorem comparationis gradum indicet. Vide Wesseling. ad Herodot. VII, 16. pag. 283. Tom. VI. ed. Schweigh. et Fischer. ad Weller. Gramm. Graec. Tom. III. a. p. 328. Vertendum itaque: *Nichts altert so ausserordentlich schnell als etc.* [O.]

75. καταπίνει] *deglutit, devorat,* de rebus solidis et aridis, ut saepius. vid. Bergler. ad Alciphron. I. Epist. 22. Sic et in N. Test. Matth. XXIII, 24. καταπίνειν κάμηλον. et eodem sensu *absorbere* apud Latinos, v. c. Horat. II. Serm. VIII, 24.

Ridiculus totas simul absorbere placentas. [O.]

κατὰ μέρος] *paullatim, una post aliam.* Ita Xenophon de Vectigg. Cap. IV. §. 36. Ἀλλὰ μὴν καὶ τῇδέ γε συμφορώτερον τὸ κατὰ μέρος, ἢ τὸ ἅμα πάντα πράττεσθαι. [O.]

76. ὡς ἰοβόλων δήγματα] Conf. Xenoph. Memorabil. I, 3. §. 11. [O.]

In Pythagoreorum Similitudines ex Jamblicho.

81. Ψυχῇ] Sic legendum esse pro ψυχή, quod exstat in edit. Arcerii et Cod. Ciz., viderunt jam Arcerius et Vulcanius, idemque confirmat Stobaeus, qui Serm. I. περὶ ἀρετῆς pag. 14. Schow. hunc locum citat. [*Kiessling.*]

82. τὴν ἀρετὴν etc.] Melius Stobaeus εἰς τὴν ἀρετήν. [O.]

ψυχῆς] Ne quis e Stobaeo τύχης, quod cum ψυχή saepe commutatur, ut docuit Schaeferus in Melet. Crit. pag. 117. et seqq. reponendum esse censeat, impediunt verba ἀγεννῆ et ἔκδοτοι. Nam neque illiberale fortunae ludibrium recte dicitur, neque huic ludibrio dediti, sed expositi dici possumus. [*Kiessl.*]

83. ἑταίρᾳ] In Cod. Ciz. vitiose scriptum erat ἑτέρῳ, quod jam Reinesius in ἑταίρᾳ ex Arcerio mutavit. [*Idem.*]

85. Κρεῖττον etc.] Non intellexit Arcerius hunc locum vertens: *praestabilius est virtutem suscipere cum paupertate, quam divitias cum violentia.* (Nam hoc sensu dicendum fuisset κρεῖττον — ὑπολαμβάνειν.) Immo ad κρεῖττον intelligendum est τί. Tum pro βίας, quod Arc. dedit, e Codd. Ciz. et Par. recepi κακίας, quod oppositum ἀρετῆς flagitat. [*Idem.*]

86. Βλαβερὰ etc.] Sic recte hic locus legitur in Cod. Ciz. In Par. est τῷ σώματι τὸ σῶμα et deinceps τὸ τὴν ψυχὴν μὴ διαr

κειμένῳ. Unde conjicias, in eodem Codice, ut in Arcerii editione, exstare καλῶς pro κακῶς. In hac enim omnis locus sic habet: *Βλαβερὰ μάλιστα τροφῆς μὲν ἀφθονία τῷ σώματι, κτήσεως δὲ ταύτην ψυχὴν διακειμένῳ καλῶς.* Sed veram totius loci rationem perspexit jam Vulcanius dicens: *Legendum puto: βλαβερὰ μάλιστα τροφῆς μὲν ἀφθονία σώματι, κτήσεως δὲ (nimirum ἀφθονία) τῷ τὴν ψυχὴν διακειμένῳ κακῶς. Noxia imprimis ac periculosa est corpori quidem redundantia ciborum, animo vero non recte constituto divitiarum.* Ceterum e Cod. Paris. loci lectio etiam sic constitui potest: *βλαβερὰ μάλιστα τροφῆς μὲν ἀφθονία τῷ τὸ σῶμα, κτήσεως δὲ τῷ τὴν ψυχὴν διακειμένῳ κακῶς.* [*Idem.*]

86b. *Καὶ, ἐπισφαλὲς* etc.] Locus sanus est, ut qui maxime, neque opus Arcerii conjectura, καὶ ὁμοίως ἐπισφαλὲς μαινομένῳ, quemadmodum hic locus legitur in Stobaeo λογ. μα ed. Venet. (Gesner. Cap. CIII. περὶ βασιλέως πονηροῦ Antistheni adscriptus. O.) Prius καὶ transitum facit ad novam sententiam, ut paullo inferius: καὶ, τὸν θεὸν σεβόμεθα. Tum ὅμοιον — καὶ ex notissimo Graecorum more dictum est. Conf. Duker. ad Thucyd. VIII, 7. pag. 288. [*Idem.*]

87. *καθάπερ τῷ ἐμπύῳ* etc.] Apud Stobaeum λογ. μδ hic locus ita habet: *καθάπερ τῷ ὑποπίῳ βέλτιον τὸ κάεσθαι τοῦ διαμένειν, οὕτω καὶ τῷ μοχθηρῷ κ. τ. λ.* De utroque verbo vid. Steph. Thesaur. Ling. Gr. Tom. III. p. 609. [*Idem.*] Conf. qui de h. v. multus est Foes. in Oeconom. Hippocrat. h. v. ἔμπυος, *vomica laborans.* [O.]

88. *Τῶν κατὰ σοφίαν* etc.] Ita Cod. Ciz. pro φιλοσοφίαν, quod in Arcerii editione exstat. Illud hoc loco praetuli, ut huic praeviae ad philosophiam cohortationi convenientius, quum τὰ κατὰ φιλοσοφίαν θεωρήματα potius propria Pythagoricae philosophiae decreta significent. [*Kiessl.*]

οἷόν τε] Ita bene Codd. Ciz. et Par. ut Hemsterh. ad Lucian. Tom. I. p. 212. n. 82. Arc. οἷον. [*Idem.*]

τὸ θεῖον τὸ μεγαλόψυχον] Posterius vocabulum declarat, quale divinum illud sit, quod sapientiae praecepta efficiant. Etiam in Vita Pyth. p. 58. ed. Kuster. τὸ θεῖον appellatur coelestis animi particula. [*Idem.*]

ἀϊδίων γε] Ita scripsi pro ἀϊδίων τε, quod aeque ac Arcerius Cod. Ciz. habet. Γε necessarium est ob praegressum εἰ μὴ, atque γε et τε saepissime inter se sunt commutata. Conf. Greg. Corinth. p. 710. Demosth. de Coron. p. 317. ed. Reisk. εἰ μὴ ὅλον, μέρος γ' ἐπιβάλλει τῆς βλασφημίας. Jambl. Vit. Pyth. p. 186. εἰ δὲ μή, ἔκ γε τῆς πατρῴας. Pro γε etiam ἀλλ' οὖν usurpa-

tur, ut Jambl. Vit. Pyth. §. 21. p. 16. *εἰ καὶ μὴ ἑκόντας, ἀλλ' ουν ἐπινοίᾳ καὶ μεθόδῳ παρατηρήσας* etc. Nam sic hic locus, quem male administravit Kuster., interpungendus est. [*Idem.*]

89. *εὐκτὸν*] Sic recte Ciz. et Par. pro *ἐκτὸν*, quod in Arcerii editione legitur. Illud reponendum jam Vulcanius vidit, qui locum recte sic interpretatur: *si vigor sensuum dignus, quem votis omnibus rogemus optemusque, magis in comparanda virtute laborandum.* [*Idem.*]

παραισθανόμεθα] Verbum *παραισθάνεσθαι* legitur etiam in Platon. Theaet. §. 39. pag. 336. ed. Heindorf. *ὅσα τε παρακούειν ἢ παροράν ἢ ἄλλο τι παραισθάνεσθαι λέγεται.* [*Idem.*]

90. *κατὰ τρόπον*] recta ratione, eo quo decet modo, quod etiam *πρὸς τρόπον* dicitur. [*Idem.*] Opp. *παρὰ τρόπον* et *ἀπὸ τρόπου.* [O.]

92. *Ὡς πρὸ τῶν μεγάλων μυστηρίων* etc.] Huc proverbium vetus pertinet, cum ab aliis relatum, tum a Simplicio ad Epictet. Enchirid. p. 17. *ἀδύνατον πρὸ τῶν μικρῶν φασὶ τῶν μεγάλων μεταλαχεῖν.* Sic Lactantius Lib. III. Cap. 25.: Multis artibus opus est, ut ad philosophiam possit accedi. [*Rittershus.*]

93. *ἐπιτυχόντι*] Animus non cum quovis agro, sed cum optimo comparatur. Quo major igitur in eo colendo cura adhibetur, eo praestantiores et natura dignos fructus profert. [*Kiessl.*] Immo ad v. *ψυχῆς* repetenda praecedentia verba: *ἐπιμελητέον τῷ τῆς ἀρίστης ἐπιτυχόντι.* [O.]

ἐνέγκηται] Sic Cod. Ciz. et Arcer.. Mihi scribendum videtur *ἐνέγκῃ καί.* [*Kiessl.*]

In Aristonis Similitudines.

94. *Ἀρίστων ὁ Χῖος τοὺς περὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα πονουμένους* etc.] Eandem sententiam Aristippo attribuit Laertius in Aristippo II, 79. Bioni autem Plutarchus *περὶ παιδ. ἀγωγῆς.* Ceterum *τὰ ἐγκύκλια μαθήματα* (ut bene Aldrobandus ad h. l.) sunt ingenuae quaedam et bonae artes, ut Grammatica, Geometria, Musica etc. quibus instituebantur pueri, antequam tradebantur rhetori vel philosopho. [O.]

περὶ τὰς θεραπαίνας ἐγίγνοντο] Ita Schowius e correctione G. Gesneri. Antea *παρὰ τὰς θεραπαίνας.* Male. Sensus est: *qui rem habebant cum ancillis. ἐμίγνυντο θεραπαίναις*, ut habet Plutarchus l. l. [O.]

96. *Οἱ ἄρτι ἐκ φιλοσοφίας πάντας ἐλέγχοντες*] Pessime haec interpretatus est Gesnerus: *Qui nunc ex philoso-*

phia omnes reprehendunt. *Οἱ ἄρτι ἐκ φιλοσοφίας*, ut verba sequentia *νεώνητοι κύνες* declarant, sunt *nuper prodeuntes vel dimissi ex philosophica institutione*, ut nos dicimus *die neugebacknen Philosophen.* [O.]

99. *καὶ γὰρ ἐκεῖνον αὐξηθεῖσαι τὰς πλεκτάνας κατεσθίειν*] Aelianus de Natura Animal. Lib. I. Cap. XXVII. *παμβορώτατον θηρίων θαλασσίων ἐστὶν ὁ πολύπους — εἴ τις αὐτῷ γένοιτο ἀθηρία, τῶν ἑαυτοῦ πλοκάμων παρέτραγε, καὶ τὴν γαστέρα κορέσας τὴν σπάνιν τῆς ἄγρας ἠκέσατο· εἶτα ἀναφύει τὸ ἐλλεῖπον, ὥσπεροῦν τῆς φύσεως καὶ τοῦτό οἱ ἐν τῷ λιμῷ παρασκευαζούσης ἕτοιμον τὸ δεῖπνον.* ubi vid. Schneider. V. Cl. pag. 19. Conf. Michael. Apostolius Proverb. Cent. XVI, 25. Hinc proverbium *πολύποδος δίκην αὐτὸς ἑαυτὸν καταφαγών* apud Hesychium. Conf. Athenaeus Lib. VII. pag. 316. ed. Casaubon. [O.]

102. *εἰς δὲ πάνυ μικρὰ τριφθεὶς πνίγει*] Idem docet Coelius Aurelianus Morb. Chronic. Lib. II. Cap. I. pag. 363. ed. Amst. *Item album helleborum* (nigrum enim per ventrem purgat) *parvum datum praefocationis ingerit periculum*, *et multo potius*, *quoties sunt in vomitum difficiles aegrotantes.* Conf. eund. Lib. I. Cap. IV. pag. 311. [O.]

103. *ἀρετῆς ἐπήβολοι γενόμενοι*] *Ἐπήβολος τινὸς*, *compos factus rei*, *adeptus rem*, *quam quaesiverat.* Ita Plutarch. de puer. educ. Cap. X. *καὶ δυοῖν ὄντοιν μεγίστοιν ἀγαθοῖν ἐπηβόλους ὑπάρχειν ὑπολαμβάνω, τοῦ τε κοινωφελοῦς βίου, πολιτευομένους, τοῦ τε ἀκύμονος καὶ γαληνοῦ, διατρίβοντας περὶ φιλοσοφίαν.* [O.]

In alias Pythagoreorum Similitudines.

105. *γλυκάζοντα τὴν κατάποσιν*] Verte *medicamentum reddere dulcius.* Nam *κατάποσις* h. l. videtur esse non *potus*, *potio*, ut Gesnerus vertit, sed i. q. *καταποτὸν* aut *καταπότιον* apud Hippocratem Lib. V. Epidem. (p. 1146 et 47. ed. A. Foesii), *medicamentum* (alias acerbum et amarum), *quod devorandum vel absorbendum est.* Vide Foes. Oeconom. Hippocr. h. v. [O.]

106. *Βίος ἔοικε πανηγύρει*] Egregius in hanc sententiam Jamblichi locus (sumtus ex Heraclide Pontico) de Vit. Pyth. Cap. XII. *Ἐοικέναι γὰρ ἔφη* (*ὁ Πυθαγόρας*) *τὴν εἰς τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων πάροδον τῷ ἐπὶ τὰς πανηγύρεις ἀπαντῶντι ὁμίλῳ. ὡς γὰρ ἐκεῖσε παντοδαποὶ φοιτῶντες ἄνθρωποι ἄλλος κατ' ἄλλον χρείαν ἀφικνεῖται, ὁ μὲν χρηματισμοῦ τε καὶ κέρδους χάριν ἀπεμπολῆσαι τὸν φόρτον ἐπειγόμενος, ὁ δὲ δόξης ἕνεκα ἐπιδειξόμενος ἥκει τὴν*

ῥώμην τοῦ σώματος· ἔστι δὲ καὶ τρίτον εἶδος, καὶ τό γε ἐλευθεριώτατον, συναλιζόμενον τόπων θέας ἕνεκα καὶ δημιουργημάτων καλῶν καὶ ἀρετῆς ἔργων καὶ λόγων, ὧν αἱ ἐπιδείξεις εἰώθεσαν ἐν ταῖς πανηγύρεσι γίνεσθαι· οὕτω δὴ κἀν τῷ βίῳ παντοδαποὺς ἀνθρώπους ταῖς σπουδαῖς εἰς ταυτὸ συναθροίζεσθαι. τοὺς μὲν γὰρ χρημάτων καὶ τρυφῆς αἱρεῖ πόθος, τοὺς δὲ ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας ἵμερος, φιλονεικίαι τε δοξομανεῖς κατέχουσιν. εἰλικρινέστατον δὲ εἶναι τοῦτον ἀνθρώπου τρόπον, τὸν ἀποδεξάμενον τὴν τῶν καλλίστων θεωρίαν, ὃν καὶ προσονομάζειν φιλόσοφον. Conf. Cic. Quaest. Tusc. V, 3. [*Rittershus.*] Conf. Davis. ad Ciceron. Tusc. V, 3. et Hemsterh. ad Lucian. Dial. Mort. XXVI. pag. 530. ed. Bipont. [O.]

107. *Βότρυας τρεῖς* etc.] Ad Epictetum auctorem refertur haec sententia apud Maximum λογ. λ' περὶ μέθης. Antonius Lib. I. λογ. μά περὶ μέθης habet sub Pythagorae nomine, ubi prima verba sic leguntur: *Ἡ ἄμπελος τρεῖς βότρυας φέρει.* Similem incerti cujusdam philosophi sententiam profert Apulejus Florid. Lib. III. pag. 363. ed. Elmenhorst. *Sapientis viri super mensam celebre dictum est: Prima, inquit, cratera ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam.* [O.]

110. *Λόγος ἐκείνου τοῦ φιλοσόφου*] Habet eandem sententiam Porphyrius ad Marcellam Cap. XXXI. *Κενὸς ἐκείνου φιλοσόφου λόγος, ὑφ' οὗ μηδὲν πάθος ἀνθρώπου θεραπεύεται. Ὥσπερ γὰρ ἰατρικῆς οὐδὲν ὄφελος μὴ τὰς νόσους τῶν σωμάτων θεραπεύειν·* (sic: at legendum cum Angelo Majo *εἰ μὴ θεραπεύει.*) *οὕτως οὐδὲ φιλοσοφίας, εἰ μὴ τὸ τῆς ψυχῆς ἐκβάλλει πάθος.* [O.]

114. *χρυσῆν ἔχοντα κλίνην*] Porphyrius in Adhortatione ad Marcellam uxorem addit *καὶ πολυτελῆ τράπεζαν ἐξ ἐργασίας θρηνώδους.* [O.]

115. *Πυθαγόρας παρηγγύα* etc.] Ejusdem plane argumenti sunt duo alia Apophthegmata Pythagorae a Laertio citata in ejus vita: *Ἀφροδίσια χειμῶνος ποιέεσθαι, μὴ θέρεος· φθινοπώρου δὲ καὶ ἦρος κουφότερα. βαρέα δὲ πᾶσαν ὥραν καὶ εἰς ὑγιείαν οὐκ ἀγαθά.* et: *Ἐρωτηθεὶς ποτε ὁ Πυθαγόρας, πότε δεῖ πλησιάζειν· ὅτε βούλει γενέσθαι σαυτοῦ ἀσθενέστερος, εἶπεν.* [*Rittershus.*] Conf. Democriti Fragment. 28. [O.]

In Demophili Sententias.

1. *Ἃ κτησάμενος* etc.] Sexti philosophi est sententia 79 et 80, (vide infra) quam Rufinus vertendo ita interpolavit, ut vix vestigia verae lectionis agnoscas. [*Holsten.*] Habet etiam iisdem plane verbis Porphyrius ad Marcellam Cap. 12. [O.]

δῶρον γὰρ θεοῦ πᾶν ἀναφαίρετον] Sextus Sentent. 84. *Quod deus tibi dat, nullus auferre potest.* Cynicorum quoque dogma, *ἀναπόβλητον εἶναι τὴν ἀρετήν*. Laert. VI, 105. et Suid. in *Κυνισμός*. Stoicorum quoque, e quibus Seneca Epist. 50. *Semel traditi boni perpetua possessio est, non dediscitur virtus.* Idem Epist. 71. *Maximum illud bonum est fixum.* Sic Cleanthes ap. Laertium VII, 127. Epicuri quoque scitum, non desciscere a sapientia *τὸν ἅπαξ γενόμενον σοφόν*. Laert. X, 117. 128. [*Fabric. ad Sext. Empiric. Pyrrhon. Hypot. III, 24. pag.* 187.]

2. *Ἄγρυπνος ἔσο* etc.] Democrito adscribit sententiam Antonius Meliss. Serm. *περὶ ὕπνου*. [O.]

3. *ἐπ' ἀβουλήτοις γὰρ ἡ ὀργή*] Vert. *in rebus ante non consideratis* vel *contra voluntatem accidentibus ira locum habet.* [*Stroth.*] Levesque: *les hommes se fâchent, parce qu'on résiste à leur volonté.* [O.]

4. *Βουλευόμενος* etc.] Apud Sextum ita habetur Sent. 512 et 513. *Qui cogitat adversus alium mala, ipsa praeveniens ipse praefert mala.* Unde hic quoque legendum constat *φθάνεις σεαυτὸν πάσχων*: quod in versione expressi. [*Holsten.*] Sententia vero haec, prout nunc edita est, ita explicanda videtur: *Quando meditaris aliis malum afferre, tibimet ipsi damnum affers. Quippe cum malus ipse existas, nihil boni a te exspectare potueris. Nam quale est ingenium cujusque atque animus, tales sunt actiones, boni bonae, mali malae.* [*Schier.*] Ferri quidem potest vulgata lectio hoc sensu: *tibi ipsi invides, male vis, du missgönnst dir dein eigen Glück, bist dein eigner Feind, meinst es mit dir selbst übel.* Sed praefero *φθάνεις σεαυτὸν*, *prior tibi ipsi injuriam affers,* scil. conscientiam tuam malo facinore contaminans. [O.]

Ψυχὴ γὰρ ἐστι ταμεῖον etc.] Planissime cum hoc Demophili dicto consonat illud divini Soteris Matth. XII, 35. *Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά, καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει πονηρά.* Insuper notandum est, de sermone quoque verbum *ἐκβάλλειν* usurpasse Pindarum Pyth. II, 148.

Ἀδύνατον ἔπος ἐκβαλεῖν
Κραταιὸν ἐν ἀγαθοῖς
Δόλιον ἀστῶν. [*Schier.*]

5. *Βουλευσάμενος πολλὰ* etc.] Ita Pythagoras, unde Demophilus sua mutuatus est, v. 27 seq.

Βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται.
Δειλοῦ τοι πρήσσειν τε λέγειν τ' ἀνόητα πρὸς ἀνδρός.

et v. 39. — — — — *λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου.*

vel, ut Stobaeus Serm. 3. hanc Pythagorae sententiam habet:

Πρῆσσε δὲ ταῦθ', ἅ σε μὴ βλάπτει, λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου.

Nemo Pythagoreorum e lecto surgebat, antequam, quae eo die oporteret, esset meditatus et disposuisset, ne quid praepostere ageret, teste Jamblicho Lib. I. C. 29. et Porphyrio in Vit. Pyth. p. m. 198. [*Schier.*] Apud Maximum Cap. II. *περὶ φρονήσεως* sententia haec Epicteto auctori adscripta ita legitur: *Βουλεύου πολλὰ πρὸ τοῦ λέγειν τι ἢ πράττειν· οὐ γὰρ ἕξεις ἄδειαν ἀνακαλέσασθαι τὰ λεχθέντα ἢ πραχθέντα.* [O.]

6. *Γλῶσσα σοφοῦ* etc.] Ita Sextus Sent. 401 et 402. (vide infra. O.) sed Graeca Ruffinus vertendo interpolavit. In Melissa Serm. 93. (*περὶ σιωπῆς καὶ ἀπορρήτων*) posterior paulo auctior legitur, ita scil. *σοφὸς ἀνὴρ καὶ σιγῶν τὸν θεὸν τιμᾷ, εἰδὼς καὶ διὰ τί σιγᾷ.* Sic et in MS. Anthologia Bibliothecae Barberinae, ubi Sexto disertim tribuitur. [*Holsten. et O.*]

7. *Γλωσσαλγὸς ἄνθρωπος*] Haec sententia partim apud Sextum, partim apud Hieroclem p. m. 25. aurei commentarii habetur. [*Holsten.*] Porphyrius ad Marcellam sententiam hanc cum praecedenti conjungit ita: *Οὐχ ἡ γλῶττα τοῦ σοφοῦ τίμιον παρὰ θεῷ, ἀλλὰ τὰ ἔργα. Σοφὸς γὰρ ἀνὴρ καὶ σιγῶν τὸν θεὸν τιμᾷ, ἄνθρωπος δὲ ἀμαθὴς καὶ εὐχόμενος καὶ θύων τὸ θεῖον μιαίνει* etc. [O.]

τὸ θεῖον] Sic praesertim Socratici et Platonici dicere solent pro *τὸν θεόν.* Vide v. c. Platon. in Euthyphr. Cap. 4. et alibi saepe. [*Stroth.*]

μόνος οὖν ἱερεὺς ὁ σοφὸς etc.] Plenius id explicat Hierocles in Commentario pag. 24. ed. Needham. *μόνος ἱερεὺς ὁ σοφὸς λέγεται, μόνος θεοφιλής, μόνος εἰδὼς εὔξασθαι. μόνος γὰρ οἶδε τιμᾶν ὁ τὴν ἀξίαν μὴ συγχέων τῶν τιμωμένων, καὶ ὁ πρώτως ἱερεῖον ἑαυτὸν προσάγων, καὶ ἄγαλμα θεῖον τεκταίνων τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, καὶ ναὸν εἰς ὑποδοχὴν τοῦ θείου φωτὸς τὸν ἑαυτοῦ παρασκευάζων νοῦν.* Pro *εὔχεσθαι* Porphyrius ad Marcellam l. l. habet *εὔξασθαι.* [O.]

8. *Γυμνὸς ἀποσταλεὶς* etc.] Idem Pythagoras clare docuerat: *Εἰς ἱερὸν ἀπιὼν προσκυνῆσαι, μηδὲν ἄλλο μεταξὺ βιωτικὸν μήτε λέγε μήτε πράττε.* Symb. I. Item in symbolo alio: *ἀνυπόδητος θύε καὶ προσκύνει.* [*Schier.*] Eandem sententiam, omisso tantum v. *σοφὸς,* servavit Porphyrius ad Marcellam C. 32. [O.]

9. *Δῶρον ἄλλο* etc.] Similem plane sententiam habet Plutarchus in Libro de Iside et Osiride: *Οὐδὲν ἀνθρώπῳ λαβεῖν μεῖζον, οὐδὲ θεῷ χαρίσασθαι σεμνότερον ἀληθείας.* [*Stroth.*]

10. *Δῶρα καὶ θυσίαι*] Haec quoque sententia dicto

Hieroclis loco (pag. 24. ed. Needh.) exstat, ubi auctius meliusque διαρκῶς ἡδρασμένον legitur. [*Holsten.*]

συνάπτει θεῷ] Significatione passiva (vide Viger. C. V. Sect. I. XI. pag. 186. ed. Herm. noviss. O.) invenies hanc vocem apud Plutarch. de discrim. amici et adulat. et ap. Polyb. Lib. III. C. 19. §. 2. τῶν δὲ Ῥωμαίων οἱ τῆς νυκτὸς ἀποβάντες εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον συνῆψαν. [*Stroth.*] Conf. Dorvill. ad Chariton. VI, 2. pag. 519. (ed. Beck.). Ceterum h. l. res eodem redit, utro modo accipiamus v. συνάπτει, active an passive. *Conjungit* (nos) *cum deo*, vel *cum deo conjuncta est mens pia.* Apud Porphyrium in Adhortatione ad Marcellam Cap. XVIII. sententia plenior exstat: Οὔτε δάκρυα καὶ ἱκετεῖαι θεὸν ἐπιστρέφουσι, οὔτε θυηπόλια θεὸν τιμῶσιν, οὔτε ἀναθημάτων πλῆθος κοσμοῦσι θεὸν, ἀλλὰ τὸ ἔνθεον φρόνημα καλῶς ἡδρασμένον συνάπτεται θεῷ. [O.]

χωρεῖν γὰρ ἀνάγκη etc.] Eadem sententia his verbis inest cum illis Christi, e quibus illustrari haec optime possunt: Πνεῦμα ὁ θεός, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. Joh. IV, 24. [*Stroth.*]

11. *Δουλεύειν πάθεσι*] Ita in Stobaeo Serm. VI. qui tamen Serm. I. hanc Pythagorae sententiam verbis paullo aliis refert: Ψυχῆς πᾶν πάθος εἰς σωτηρίαν αὐτῆς πολεμιώτατον. [*Schier.*]

ἢ τυράννοις] Joach. Zehnerus in Collectione Fragmentorum Pythagoricorum Lipsiae 1603. edita legendum censet ἠὲ τυράννοις, ut sit versus hexameter. Ceterum eadem sententia exstat etiam apud Maximum Cap. III. et similis plane eodem Capite: Ἐλεύθερον ἀδύνατον εἶναι πάθεσι δουλεύοντα. [O.]

12. *Διαλέγεσθαι* etc.] Pythagorici soliti erant in locis desertis et a strepitu liberis deambulare, ut in isto secessu et quiete expeditius meditationibus philosophicis invigilarent, testibus Porphyrio et Jamblicho. Conf. etiam Schefferus Philos. Ital. C. 8. [*Schier.*]

13. *Ἐὰν ἀεὶ μνημονεύῃς*] Eadem fuit Democriti mens: Ἣν πιστεύῃ τὶς θεοὺς ἐπισκοπεύειν πάντα, οὔτε λάθρῃ οὔτε φανερῶς ἁμαρτήσεται. [*Schier.*] Apud Porphyrium ad Marcell. Cap. XIX. init. sententia haec ita legitur: Ἐὰν οὖν ἀεὶ μνημονεύῃς, ὅτι, ὅπου ἂν ἡ ψυχή σου περιπατῇ, καὶ τὸ σῶμα ἐνεργὸν ἀποτελῇ, θεὸς παρέστη μὲν ἔφορος ἐν πάσαις σου ταῖς βουλαῖς καὶ ταῖς πράξεσιν, αἰδεσθήσῃ μὲν τοῦ θεωροῦ τὸ ἄληστον, ἕξεις δὲ τὸν θεὸν σύνοικον. [O.]

14. *Ἐφ' ὅσον σαυτὸν ἀγνοεῖς* etc.] Hoc erat apud Pythagoricos fundamentum omnium praeceptorum omnisque eorum studii summa: Γνῶθι σεαυτὸν, teste Hipparcho Pythagorico

apud Stobaeum Serm. 106. Conf. Luc. Holsten. de vita et scriptis Porphyrii C. VIII. ac proinde in tanto habitum pretio, ut e coelo profectum diceretur. Conf. Macrobius in Somn. Scip. I, 9. Casaubonus in Pers. Sat. III. p. 276. et Schefferus. E contrario ignorantiam sui putaverunt summam esse stoliditatem, quin a furore et insania nihil recedere. [*Schier.*]

15. *Ζητεῖν δεῖ* etc.] Haec sententia paullo auctior ita reperitur apud Stobaeum Serm. 1. (Pythagorae adscripta. O.) *Ζητεῖν δεῖ καὶ ἄνδρα καὶ τέκνα καὶ φίλους τοὺς κατὰ τὴν* (al. *καὶ μετὰ τὴν*) *ἀπαλλαγὴν τοῦ βίου παραμένοντας.* [*Holsten.*] Intelligit scil. auctor actiones egregias, quae manent post fata defuncti. Scite Epaminondas, cum ipsi orbitas liberorum objiceretur: *Neque stirps*, inquit, *mihi potest deesse; nam ex me natam relinquo pugnam Leuctricam, quae non modo mihi superstes, sed etiam immortalis sit, necesse est.* Conf. Cornelius Nepos in ejus vita Cap. X. In quam mentem et Ovidius de suis carminibus Trist. Lib. III. Eleg. XIV. v. 13. seq.

Palladis exemplo de me sine matre creata
Carmina sunt: stirps haec progeniesque mea est. [*Schier.*]

At v. *τέκνα* de egregie factis accipere vetant verba *καὶ ἄνδρα καὶ φίλους.* Et quid prohibet proprio sensu interpretari haec verba? ut sententia sit: *Talis maritus et tales amici comparandi, talesque liberi educandi, quorum, tanquam justorum bonorumque hominum, fama post fata superstes sit.* [O.]

16. *πρὸς εὐζωΐαν*] Aristoteles Ethic. Nicom. Lib. I. Cap. 8. *Συνᾴδει δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὸ εὖ ζῆν καὶ τὸ εὖ πράττειν τὸν εὐδαίμονα. σχεδὸν γὰρ καὶ εὐζωΐα τις εἴρηται καὶ εὐπραξία.* Conf. Gataker. ad Antonin. Lib. III. §. 12. Opp. Tom. II. pag. 87. [O.]

17. *Ἡ τῶν ὄντως ὄντων κτῆσις* etc.] Per vera bona intelligi hic animi virtutes in proclivi est. His gemina tradit Maximus Tyr. Diss. XXXIV. (IV. Reisk.) *οὐδὲν καλὸν ὑπὸ ῥᾳστώνης γίγνεται.* et Dissert. V. (XXI. Reisk.) adducit Hesiodi versus *Ἔργ.* 287.

Τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι,
Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν. [*Schier.*]

19. *Ἡγοῦ μάλιστα φίλους*] *Μάλιστα* pro *μᾶλλον.* Vide supra ad Simil. Socr. No. 73. [O.]

20. *ὅλα τὰ τῶν ἀμαθῶν ὄνειδος εἶναι τὸν βίον*] Ferenda quidem verba *τὸν βίον* tanquam appositio explicationis caussa v. *ὅλα* addita: *omnia, quae faciunt stulti, totam illorum vitam, alles was die Unverständigen treiben, ihr ganzes Wesen.* Malim tamen legere vel *τοῦ βίου*, vel, quod magis placet, *τὰ*

ὅλα (scil. *κατὰ*), i. q. *ὅλως*. Nisi forte scripsit Demophilus *ὅλα τὰ τῶν ἀμαθῶν ὄνειδος εἶναι τὸ ἴδιον*, *omnia* (quaecunque dicant faciantve imperiti) *proprium ipsorum esse opprobrium*. Joannes Weberus, qui sententias Demophili cum versione sua Germanica metrica edidit ad calcem Catonis Triglotti Francofurti 1605., plane neglexisse videtur posteriora verba, sententiam sic vertens:

Wenn dich ein Böser lobt, sollt du gar nit betrachten,
Das Loben eines Narrn sollt du für Thorheit achten. [O.]

21. *Θέλε μᾶλλον* etc.] Haec sententia integra legitur apud Stobaeum Serm. 44. [*Schier.*]

22. *Θυηπολία ἀφρόνων* etc.] Haec sententia auctius meliusque legitur apud Hierocl. Commentar. in aur. Carm. pag. 24. Needh. — *Δῶρα καὶ θυηπολίαι ἀφρόνων πυρὸς τροφή· καὶ ἀναθήματα ἱεροσύλοις χορηγία*. Porphyrius ad Marcellam Cap. 19. ita habet: *Θυηπολία τῶν ἀφρόνων πυρὸς τροφὴ, καὶ τὰ παρὰ τούτων ἀναθήματα ἱεροσύλοις χορηγία*. quae postrema verba bene vertit Levesque: *des appas pour les voleurs sacrileges.* [O.]

24. *Κακὰ μείζω πάσχει* etc.] Eandem hanc sententiam in Stobaeo (et Maximo Cap. 5.) leviter immutatam ita legimus: *κακὰ μείζω πάσχει διὰ τοῦ συνειδότος ὁ ἀδικῶν βασανιζόμενος, ἢ ὁ τῷ σώματι καὶ ταῖς πληγαῖς μαστιγούμενος*. [*Schier.*]

27. *Λυποῦντα τὸν πλησίον* etc.]

Si quis est, qui dictum in se inclementius
Existimarit esse, sic existimet,
Responsum, non dictum esse, quia laesit prior.

Ita molestias exhibuit Terentius molesto sibi Lavinio in Prologo Eunuchi v. 4., de quo etiam in Phormionis prologo v. 20.

Benedictis si certasset, audisset bene:
Quod ab illo allatum est, sibi id relatum putet. [*Id.*]

28. *Μεγάλην παιδείαν* etc.] Hanc Pythagorae sententiam ita nobis Stobaeus Serm. XIX. servavit: *Μεγάλην παιδείαν νόμιζε, δι' ἧς δυνήσῃ φέρειν ἀπαιδευσίαν*. [*Idem.*]

29. *Νόμον θεῖον* etc.] Stobaeus hanc Pythagorae sententiam habet Serm. II. [*Idem.*]

30. *ἀλλ' οὐδὲ συγγενοῦς τι διαφέρει*] Apud Stobaeum Serm. IX. rectius *ἀλλὰ καὶ συγγενοῦς διαφέρει*. [*Holsten.*] *συγγενοῦς διαφέρει* vert. *praestat, antecellit cognato*, significatione notissima. [O.]

31. *Ὅσα πάθη* etc.] Eandem sententiam habet etiam Porphyrius ad Marcellam Cap. XXXIV. fin. vide infra. [O.]

τοσοῦτοι οἱ ὠμοὶ] Rectius Porphyrius l. l, *τοσοῦτοι καὶ ὠμοὶ* etc. [O.]

32. *Οὐδεὶς ἐλεύθερος ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν*] Sententiam Pythagorae adscriptam habet etiam Stobaeus Serm. VI. Inserta copula emerget Senarius:

Οὐδεὶς ἐλεύθερός ἐστιν ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν. [*Zehner.*]

Qui affectibus succumbit et inservit, non censendus est amplius liber, quod Demophilus per *ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν* videtur intellexisse. *Ἐλεύθερον ἀδύνατον εἶναι, πάθεσι δουλεύοντα,* inquit Pythagoras apud Stobaeum Serm. XVII. et Maxim. Cap. III. [*Schier et O.*] Sic noster Poeta: *Kein Mensch ist edel und frei, der den Begierden gehorcht.* [*Stroth.*]

33. *Παντὸς καλοῦ κτήματος* etc.] Eandem sententiam Pythagorae adscriptam habet Stobaeus Serm. XVII. [*Schier.*]

34. *Πέπεισο μὴ εἶναι* etc.] Etiam hanc Pythagorae sententiam refert Stobaeus Serm. I. [*Idem.*]

35. *Ποίει ἃ κρίνεις* etc.] Et haec sententia Pythagorae est, quae apud Stobaeum Serm. 44. ita habet: *Ποίει ἃ κρίνεις εἶναι καλά, κἂν ποιῶν μέλλῃς ἀδοξεῖν. φαῦλος γὰρ κριτὴς παντὸς καλοῦ πράγματος ὄχλος· διόπερ ὧν ἂν τῶν ἐπαίνων καταφρονῇς, καὶ τῶν ψόγων καταφρόνει.* [O.]

36. *Πεῖραν ἀνθρώπου* etc.] Sextus Pythagoreus ita hanc sententiam effert: *Viri periculum in operibus primo, sicut in verbis, facito.* Et Plato Epist. X. *τὸ βέβαιον καὶ πιστὸν καὶ ὑγιές, τοῦτο ἐγὼ φημὶ εἶναι τὴν ἀληθινὴν φιλοσοφίαν.* [*Schier.*]

38. *Καὶ τὰ ἄλλα φυτὰ τῆς γῆς ῥίζης ἀποκοπέντα*] Dubito, annon deleto *ἄλλα* legendum sit *καὶ τὰ φυτὰ* etc. Nam minus bene *ὕδατος προχοαὶ* dicuntur *φυτὰ τῆς γῆς*. V. *ῥίζης* referendum ad utrumque, tum *radices plantarum*, tum audaciori nonnihil metaphora etiam ad *fontes rivulorum.* [O.]

39. *Ῥώμη ψυχῆς σωφροσύνη* etc.] Et hoc ex magistro suo hausit Demophilus noster. Nihil enim Pythagoras suis prius quam temperantiam commendavit. Vide Stobaeum Serm. V. et XVII. [*Schier.*] Postrema verba *τεθνάναι δὲ* etc. apud Porphyrium in Epistola ad Marcellam Cap. ult. ita leguntur: *Πολλῷ γὰρ κρεῖττον τεθνάναι, ἢ δι' ἀκρασίαν τὴν ψυχὴν ἀμαυρῶσαι.* [O.]

40. *Ῥᾳδίως* etc.] Hinc emendandus Antonius Meliss. C. 148. *περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας*, ubi postrema verba corruptissime leguntur ita: *ἐπισφαλῆ γὰρ τὰ τοιαῦτα· τὸ δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ ὀχεῖσθαι τοῦ θεοῦ μόνου βέβαιον.* [*Holsten. et O.*]

σαλεύοντα ἐπὶ φίλοις] Modus loquendi Atticis usitatus. Nam *σαλεύει*, *quatit*, saepe sumitur pro *σαλεύεται*, *quatitur*, docente Suida. [*Schier.*] Proprie de navibus fluctibus agitatis.

Conf. Pollux Onom. I. §. 114. et qui de h. v. multus est Schleusner. V. Cl. in Lex. N. Test. [O.]

ἐφ' ἑαυτοῦ ὀχεῖσθαι] Elegantissima metaphora, *se ipso niti, vehi, quasi navi vel curru,* quam pluribus illustrant Valckenaer Diatrib. ad Euripid. Fragm. p. 240. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 227. et Willet ad Galen. Adhortat. ad artes Cap. IV. p. 73. [O.]

42. *Συγγενεῖ καὶ ἄρχοντι* etc.] Corruptissima habetur sententia apud Stobaeum Serm. XIII. *Συγγενείᾳ καὶ ἄρχοντι πλὴν ἐλευθερίας πάντα εἰκαῖα.* qui hinc corrigendus. [*Holsten.*] Non corrupta, sed alia prorsus eaque elegans sententia apud Stobaeum, si modo pro *Συγγενείᾳ* cum Schowio restituamus *Εὐγενείᾳ* etc. [O.] Sextus: *Omnia auferenti a te cede praeter libertatem.* [*Schier.*]

44. *Φιλήδονον* etc.] Eadem sententia diversimode nonnihil legitur apud Porphyrium in Epistola ad Marcellam Cap. XIV. *Ἀδύνατον τὸν αὐτὸν φιλόθεόν τε εἶναι καὶ φιλήδονον καὶ φιλοσώματον· ὁ γὰρ φιλήδονος καὶ φιλοσώματος πάντως καὶ φιλοχρήματος· ὁ δὲ φιλοχρήματος ἐξ ἀνάγκης ἄδικος· ὁ δὲ ἄδικος, καὶ εἰς θεὸν καὶ εἰς πατέρας ἀνόσιος, καὶ εἰς τοὺς ἄλλους παράνομος· ὥστε κἂν ἑκατόμβας θύῃ, καὶ μυρίοις ἀναθήμασι τοὺς νεὼς ἀγάλλῃ, ἀσεβής ἐστι καὶ ἄθεος καὶ τῇ προαιρέσει ἱερόσυλος. Διὸ καὶ πάντα φιλοσώματον ὡς ἄθεον καὶ μιαρὸν ἐκτρέπεσθαι χρή.* Ceterum apposite comparat Strothius D. Salvatoris verba Matth. VI, 24. *Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει. οὐ δύνασθε θεῷ δουλεύειν καὶ μαμμωνᾷ.* [O.]

45. *Ψυχῆς ἁγνῆς* etc.] Haec sententia, qua nihil elegantius vel a Christiano dici potuit, familiaris erat Pythagoreis. Sextus Pythag. Senten. 46. ita: *Templum sanctum est deo mens pii et altare est optimum ei cor mundum et sine peccato.* Congrua etiam tradit Hierocles in Comment. ad Pythag. Aur. Carm. p. 24. *ψυχῆς καθαρᾶς τόπον οἰκειότερον ἐπὶ γῆς θεὸς οὐκ ἔχει.* [*Schier et O.*]

In Pythagoreorum Sententias.

1. *Ἀμέτρητος οὖσα* etc.] Similis sententia Jesu Siracidae Cap. XXXIII. v. 28. *πολλὴν κακίαν ἐδίδαξεν ἡ ἀργία.* [O.]

3. *Ἀσεβής, ὃς οὐκ ἐπῃσχύνθη* etc.] Haec sententia ab Antonio Melissa temere Pythagorae adscripta, non Pythagorica est, sed sententia Biblica e Libro Jobi Cap. XXXIV. vs. 18. et seq. ubi ita legitur: *Ἀσεβὴς ὁ λέγων βασιλεῖ· παρανομεῖς....ὃς οὐκ αἰσχυνθῇ πρόσωπον ἐντίμων* (al. *ἐντίμου*) *οὐδὲ οἶδεν τιμὴν θέσθαι*

ἀθροῖς (Cod. Alexandr. ἀνδρῶν) τοῦ θαυμασθῆναι τὰ πρόσωπα αὐτῶν. [O.]

4. *Βέλτιστοι γινόμεθα πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζοντες*] Ad hanc Pythagorae sententiam respexisse videtur Cicero, cum ista scripsit Libro I. de Legg. Cap. XI. *Siquidem et illud bene dictum est a Pythagora, doctissimo viro, tum maxime et pietatem et religionem versari in animis, quum rebus divinis operam daremus.* (ubi vide Goerenz p. 141 seq. O.) et Seneca (Epist. 94.): *Pythagoras ait, alium animum fieri intrantibus templum, deorumque simulacra ex vicino cernentibus, et alicujus oraculi operientibus vocem.* Egregius porro in eandem exstat Suidae locus (ex aliquo scriptore deperdito excerptus) in *Ἄνθρωπος αὐτὸς ἑαυτοῦ βελτίων γίνεται*, ubi haec leguntur: *Ἔλεγον (οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου), τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν ἑαυτοῦ βελτίω κατὰ τρεῖς τρόπους γίνεσθαι· πρῶτον μὲν τῇ ὁμιλίᾳ τῇ πρὸς τοὺς θεούς, ἀνάγκη γὰρ προσιόντα αὐτοῖς κατ' ἐκεῖνον καιροῦ χωρίζεσθαι αὐτὸν πάσης κακίας, εἰς δύναμιν ὁμοιοῦντα ἑαυτὸν τῷ θεῷ· δεύτερον ἐν τῷ εὖ ποιεῖν, θεοῦ γὰρ τοῦτο καὶ θείας μιμήσεως· τρίτον ἐν τῷ ἀποθνήσκειν· εἰ γὰρ κατὰ ποσόν τι ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος, ἐν τῷ ζῆν τὸ ζῶον, χωριζομένη βελτίων γίνεται ἑαυτῆς, ἔν τε τοῖς ὕπνοις κατὰ τοὺς ὀνείρους, καὶ ἐν ταῖς ἐκστάσεσι τῶν νόσων μαντικὴ γίνεται, πολλῷ μᾶλλον βελτιοῦται, ὅταν τέλεον χωρισθῇ ἀπὸ σώματος.* [*Rittersh.*]

πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζοντες] Sic etiam Latini *divos adire*, i. e. templa deorum ad precandum vel sacrificandum. [O.]

5. *Γλώσσης* etc.] Similiter D. Jacobus Epist. Cap. 1. vs. 26. *Εἴ τις δοκεῖ θρῆσκος εἶναι, μὴ χαλιναγωγῶν γλῶσσαν αὐτοῦ, ἀλλ' ἀπατῶν καρδίαν αὐτοῦ, τούτου μάταιος ἡ θρησκεία.* Conf. Cap. III. v. 2. et seqq. [O.]

7. *Ἑλοῦ βίον ἄριστον* etc.] Addit Plutarchus aliud ejusdem Pythagorae praeceptum: *Ἑλοῦ πόλιν τὴν ἀρίστην καὶ ἡδίστην· πατρίδα δὲ αὐτὴν ὁ χρόνος ποιήσει.* Idem tamen in Commentario de Tranquillitate animi quodammodo reprehendens hoc Pythagorae dictum haec addit: *οὐ γὰρ ἡ συνήθεια ποιεῖ τοῖς ἑλομένοις τὸν ἄριστον βίον ἡδύν, ὥς τις εἶπεν, ἀλλὰ τὸ φρονεῖν ἅμα τὸν αὐτὸν βίον ποιεῖ καὶ ἄριστον καὶ ἥδιστον.* Ejusdem praecepti meminit praeter Stobaeum Serm. I. etiam Basilius in Oratione ad adolescentes, quomodo ex Graecis literis utilitatem capere queant. [*Rittersh.*] Integra Pythagorae sententia, cujus hic et in Sententia 16. partes tantummodo dedit Zehnerus, ap. Stobaeum l. l. sic legitur: *Πυθαγόρας ἔφη, ὅτι χρὴ βίον αἱρεῖσθαι τὸν ἄριστον, ἡδὺν γὰρ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει. Πλοῦτος ἀσθενὴς*

ἄγκυρα, δόξα ἔτι ἀσθενεστέρα, τὸ σῶμα ὁμοίως, αἱ ἀρχαὶ, αἱ τιμαὶ, πάντα ταῦτα ἀσθενῆ καὶ ἀδύνατα. Τίνες οὖν ἄγκυραι δυναταί; φρόνησις, μεγαλοψυχία, ἀνδρεία. ταύτας οὐδεὶς χειμὼν σαλεύει. οὗτος θεοῦ νόμος, ἀρετὴν ἔχειν τὸ ἰσχύον μόνον, τὰ δ' ἄλλα λῆρον [O.]

8. *Ἡ ἐπιστήμη τῆς τελειότητος τῶν ἀρετῶν*] i. e. ars virtutes perficiendi et consummandi, *die Kunst die Tugenden zur höchsten Vollkommenheit zu bringen.* Sequentem vocem τῆς ψυχῆς possis conjungere cum ἀρετῶν, *virtutum animi.* Equidem malim cum εὐδαιμονία, ut sensus sit: *Scientia virtutum omnium consummandarum summa est animi felicitas.* [O.]

12. *Μοῦσαι Σειρήνων ἡδίους*] Sensum proverbii optime explicat ipse Clemens l. l. pag. 294. ed. Sylburg. Colon. *Μὴ λόγου χρῆσις ἀστεία, ἡ τέρπειν μᾶλλον ἢ ὠφελεῖν τοὺς ἀκούοντας δυναμένη. Μούσας Σειρήνων ἡδίους ἡγεῖσθαι Πυθαγόρας παραινεῖ, τὰς σοφίας ἀσκεῖν μὴ μετὰ ἡδονῆς διδάσκων, ἀπατηλὸν δὲ τὴν ἄλλην διελέγχων ψυχαγωγίαν.* [O.]

13. *Οἱ θεοὶ τῶν κακῶν εἰσιν ἀναίτιοι*] Egregie in eandem sententiam Antoninus Commentar. Lib. VI. §. 1. *Ἡ τῶν ὅλων οὐσία εὐπειθὴς καὶ εὐτρεπής· ὁ δὲ ταύτην διοικῶν λόγος οὐδεμίαν ἐν ἑαυτῷ αἰτίαν ἔχει τοῦ κακοποιεῖν· κακίαν γὰρ οὐκ ἔχει· οὐδέ τι κακῶς ποιεῖ· οὐδὲ βλάπτεταί τι ὑπ' ἐκείνου· πάντα δὲ κατ' ἐκεῖνον γίνεται καὶ περαίνεται.* ubi vid. Gataker. Opp. Tom. II. pag. 170. Conf. Hierocl. Fragment. pag. 282 seq. ed. Needham. et J. Ch. Wolf. Cur. Philol. in N. Test. ad Jacobi Epist. Cap. I. v. 13. [O.]

14. *Οἱ μὴ κολάζοντες* etc.] Valde ad rem facit ista Lactantii sententia de ira dei Cap. 17. *Bonorum salutem custodit, qui malos punit: at qui nocenti parcit, ut pluribus noceat, ipse est nocens.* Et Cleobuli apud Ausonium:

Parcit quisque malis, perdere vult bonos.

Sic enim ibi legendum probavi olim in Exercit. Epistolic. ad Auson. Vulgo male puto legi: *Parcit quisque bonis, perdere vult malos.* Sic C. Memmius apud Sallustium: *ne ignoscendo malis bonos perditum eatis.* [*Rittersh.*]

16. *τὸ ἰσχύον*] Legendum omnino τὸ ἰσχυρόν. [O.]

18. *Πάντων χαλεπώτατον* etc.] Sic et D. Jacobus in Epist. Cap. I. vs. 2. *Πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες· εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ πταίει, οὗτος τέλειος ἀνήρ, δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα.* [O.]

20. *Σαρκὸς φωνὴ* etc.] Hoc est: *Corpus nihil amplius requirit, desiderat, quam ne famem, ne sitim, ne frigus patia-*

tur. In eandem sententiam D. Paulus in I. ad Timotheum Epistola Cap. VI. v. 8. *Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα.* [O.]

24. *Τὰ τῶν φίλων κοινά*] *Κοινὰ τὰ τῶν φίλων λέγεται ἐπὶ τῶν εὐμεταδότων. Φασὶ δὲ λεχθῆναι πρῶτον τὴν παροιμίαν περὶ τὴν μεγάλην Ἑλλάδα, καθ' οὓς χρόνους ὁ Πυθαγόρας ἔπειθε τοὺς αὐτοῦ κατοικοῦντας ἀδιανέμητα πάντα κεκτῆσθαι. Φησὶν γοῦν ὁ Τίμαιος ἐν τῇ ΙΕ οὕτω· Προσϊόντων δ' οὖν αὐτῷ τῶν νεωτέρων, καὶ βουλομένων συνδιατρίβειν, οὐκ εὐθὺς συνεχώρησεν, ἀλλ' ἔφη δεῖν καὶ τὰς οὐσίας κοινὰς εἶναι τῶν ἐντυγχανόντων· εἶτα μετὰ πολλά φησιν, καὶ δι' ἐκείνους πρῶτον ῥηθῆναι κατὰ τὴν Ἰταλίαν, ὅτι κοινὰ τὰ τῶν φίλων. Ἐμνήσθη ταύτης καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Θ τῶν ἠθικῶν. Κλέαρχος δέ φησιν, ὑπὸ Χαλκιδέων τῶν ἐν Εὐβοίᾳ πεμφθῆναι δῶρα εἰς Δελφοὺς Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι· τῶν δὲ Δελφῶν μαντευομένων, εἰ ἐξ ἴσης τὴν ἀνάθεσιν ποιήσονται, ἔφησεν ὁ θεός· Κοινὰ τὰ τῶν φίλων. καὶ Μένανδρος ἐν Ἀδελφοῖς δευτέροις.* Haec Scholion ad Platon. Phaedr. in Siebenkees. Anecdot. Graec. pag. 70. [O.]

25. *κτήσασθαι εὐτονήσαντες*] Zehnerus vertit *qui assequi possint*. Sed quamvis *εὐτονέω* nonnunquam idem sit quod *δύναμαι*, v. c. ap. Plutarch. *περὶ δυσωπίας, μὴ βουλόμενοι μηδὲ εὐτονοῦντες εἰπεῖν, Οὐκ οἶδεν ἡμᾶς ὁ βασιλεύς*, malim tamen h. l. interpretari *qui laborant, operam dant, ut adipiscantur, die sich anstrengen es zu erlangen*. Hoc enim proprie est *εὐτονεῖν*. [O.]

29. *Χρὴ σιγᾶν* etc.] Aliter hoc praeceptum Laertius adfert: *Ἔλεγον οἱ Πυθαγόρειοι μὴ εἶναι πρὸς πάντας πάντα ῥητά.* Sic doctissimus Romanorum Varro apud S. Augustinum Lib. IV. de Civ. Dei Cap. 31. *Multa sunt vera, quae non modo vulgo scire non est utile, sed etiam, tametsi falsa sint, aliter populum existimare expedit. Et ideo Graeci τελετὰς ac mysteria taciturnitate parietibusque clauserunt.* [*Rittersh.*]

31. *οὐ δεήσῃ*] Futurum h. l. pro imperativo, ut saepissime, etiam in S. Scriptura, v. c. Matth. V, 48. *ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι.* ibid. XV, 21. *οὐ φονεύσεις, ne occidito.* Vid. intpp. ad Viger. pag. 198. Herm. et Matthiae Grammat. Gr. §. 511. pag. 717. et seq. [O.]

34. *Ἔστι δὲ αὐτῷ ὁ μὲν νεηνίσκος μειράκιον* etc.] Praeclarus est de nominibus Graecis variarum humanae vitae aetatum Ammonii locus de Diff. vocum v. *Γέρων* (ex Aristone vel potius, ut Valckenarius *ὁ πάνυ* emendat, Aristophane Byzantio): *Βρέφος ἐστὶ, τὸ γεννηθὲν εὐθέως· Παιδίον δὲ, τὸ τρεφόμενον ὑπὸ τιθηνοῦ· Παιδάριον δὲ, τὸ ἤδη περιπατοῦν καὶ τῆς λέ-*

ξεως ἀντεχόμενον· Παιδίσκος δ', ὁ ἐν τῇ ἐχομένῃ ἡλικίᾳ· Παῖς δ', ὁ διὰ τῶν ἐγκυκλίων μαθημάτων δυνάμενος ἰέναι· τὴν δ' ἐχομένην ταύτης ἡλικίαν, οἱ μὲν Πάλληκα, οἱ δὲ Βούπαιδα, οἱ δ' Ἀντίπαιδα, οἱ δὲ Μελλοίφηβον καλοῦσιν. ὁ δὲ μετὰ ταῦτα Ἔφηβος....... ὁ δὲ μετὰ ταῦτα Μειράκιον, εἶτα Μεῖραξ, εἶτα Νεανίσκος, εἶτα Νεανίας, εἶτα Ἀνὴρ μέσος, εἶτα Προβεβηκὼς (ὃν καὶ Ὠμογέροντα καλοῦσιν), εἶτα Γέρων, εἶτα Πρεσβύτης, εἶτα Ἐσχατόγηρως. [O.]

35. *Διαιρεῖται δὲ* etc.] Vitae hominum in quatuor partes divisio continetur etiam in Solonis Carmine, quod exstat ap. Clementem Alexandr. Lib. VI. Stromat. et Philonem Orat. I. de mundi opificio, ubi loquitur de mundi septenario. [*Zehner.*] Aliter Solon aevi humani spatia partitur, in decem videlicet annorum septimanas, docens, τὰς τῶν ἡλικίων μεταβολὰς κατὰ ἑβδομάδα γίνεσθαι. Vid. Clemens Alex. Lib. VI. Stromat. ubi elegantem Solonis ea de re elegiam citat. [*Rittersh.*]

38. *Μὴ ὀμνύναι θεοὺς* etc.] Jamblichus de Vita Pyth. C. 28. Κἀκεῖνο καὶ τῆς εἰς θεοὺς τιμῆς αὐτοῦ (τοῦ Πυθαγόρου) τεκμήριον, παραγγέλλεσθαι μηδέποτε ὀμνύναι θεῶν ὀνόμασι καταχρωμένους. Διόπερ καὶ Σύλλος, εἷς τῶν ἐν Κρότωνι Πυθαγορείων, ὑπὲρ τοῦ μὴ ὀμόσαι χρήματα ἀπέτισεν, καίτοι εὐορκῆσαι μέλλων. Vide et Simplicium Commentar. in Epictet. p. 83. (Salmas.) ad illud praeceptum: Ὅρκον παραίτησαι, εἰ μὲν οἷόν τε, εἰς ἅπαν, εἰ δὲ μή, ἐκ τῶν ἐνόντων. ubi simul observatur definitio: ὅτι ὅρκος ἐστὶ διὰ θεοῦ μέσου ὁμολογία. cui respondet illa Clementis Alex. Strom. VII. p. 309. ὅρκος ἐστὶν ὁμολογία καθοριστικὴ μετὰ παραλήψεως θείας. Vid. et Isocrat. ad Demonic. et Joann. Chrysostom. cum alibi, tum in homiliis ad populum Antiochenum. [*Rittersh.*]

39. *ἠγαυμένους*] Addit Diogenes: ὡς ἐν κόσμῳ μὲν ἀνατολὴν δύσεως, ἐν βίῳ δὲ ἀρχὴν τελευτῆς, ἐν ζωῇ δὲ γένεσιν φθορᾶς. [O.]

43. *Αἰδῶ καὶ εὐλάβειαν εἶναι*] Malim νεῖμαι. [*Rittersh.*]

Varietas lectionis in versus aureos Pythagoreorum, insertis G. H. Schaeferi V. Cl. Annotationibus.

v. 1. *διάκεινται*] Sic Aldd. Stephan. ad marg. Sylb. Curter. Marcil. Needham. Londin. Placet etiam Hierocli, Proclo in Plat. Timaeum p. 62. et Jamblicho in Vit. Pyth. Camerarius autem [et Glandorf.] διάκειται, quod in versione expressit Amerbachius. [*Gland.*] Equidem praeferam διάκειται. Conf. v. 5. Non

movent me, quae Rich. Warrenus (seu Car. Ashtonus fuit in Hierocl. ed. Lond.) ad pluralem tuendum adnotavit. [*Schaefer.*]

v. 2. ἀγανοὺς.] Punctum deleam. [*Schaefer.*]

v. 3. ἔννομα ῥέζων] Camerar. ἔντομα ῥέζων. Male. ῥέζειν verbum sacrum solenne in sacrificiis, ut Latinorum *facere*. [*Glandorf.*]

v. 6. ἔργοισί τ'] Junt. Froben. Ruffin. ἔργεισί τε sine elisione.

v. 9. δ' εἰθίζεο] Ita Stobaeus Serm. V. Aldd. Camerar. Salmas. Needham. consentiente Hierocle et III MSStis Oxon. δὲ ἐθίζεο Hertel. et Stephan. Curter. Marcil. Sylburg. [*Gland.*] Infra v. 35. εἰθίζου. Nota formam εἰθίζω, agnitam etiam H. Stephano Ind. in Thesaur. c. 814. G. ubi haec carmina citantur. Itaque non opus, quod alii habent, δὲ ἐθίζεο. [*Schaefer.*]

v. 11. πρήξεις] Sic pleraeque editt. et Stobaeus. Stephanus autem et eum secuti Lectius et Winterton. πρήξῃς.

v. 12. Μήτ' ἰδίῃ] Sic omnes edd. Stephanus tamen in margine adscripsit μήτ' αὐτὸς ex Stobaeo Serm. I.

v. 13. ἄσκει] Sic Stobaeus Serm. I. et Stephanianae. Reliquae omnes ἀσκεῖν.

v. 16. φίλει] Sic Aldinae, Marcil. Salmas. Arabica versio. φιλεῖ et ὀλέσθαι pro ὀλέσσαι Camer. Stephan. Sylb. Curt. Needh. et Hierocles p. 68. [*Gland.*] Malim φιλεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι, ut haec quoque a γνῶθι ὡς pendeant. κτᾶσθαι significatione passiva passim legitur, rarius in classicis, saepius in scriptoribus posteriorum temporum. Vide quae notavi ad Schol. Apollonii Rhodii p. 53. et ad Memnonis Excerpta p. 234. Orell. [*Schaefer.*]

v. 17. Ὅσσα τε] Ὅσσα δὲ habet MS. Oxon. B. et Plutarch. Consol. ad Apollon. Opp. Tom. II. p. 116. ed. Francof. Marcil. et Glandorf.

v. 18. Ἣν ἂν μοῖραν ἔλῃς] Ita Brunck. ex Medic. Editt. reliquae Ὧν ἂν, MS. Paris. Reg. Ὡς ἂν, quod Londinensis editor Hieroclis cum Curterio praefert. ἔλῃς pro ἔχῃς ex Stobaeo est. Cet. vid. Glandorf.

ταύτην φέρε] Sic Brunck. e Medic. Al. πρᾴως φέρε.

v. 22. ὧν μήτ'] Hierocl. p. 100. ed. Needh. οὔς μήτ', sequente Salmasio.

ἐάσῃς] Sic Aldd. Neander, Stephanianae, Curterius, Salmasius, Gland. et Stob. Serm. III. ἐάσσῃς Camerar. Marcil. Sylb.

v. 23. ψεῦδος δ' ἤν πέρ τι λέγηται] Stobaeus Serm. III. legit ψεῦδος δ' ἤν σοί τι γένηται.

v. 24. πράως ἴσχ'] Sic omnes Aldd. Hertel. Steph. Marcil. Sylb. πράως εἴχ' Curter. Dacer. Needh. etc. Stobaeus Serm. III. πράως εἴκ'.

ἐπὶ παντὶ] Sic edd. omnes. Stephanus autem in marg. ἐπὶ πᾶσι ex Stob. l. c.

v. 26. ὅ τι] Ald. in fol. ὅτι, in 4. autem ὅ, τι.

v. 28. Δειλοῦ τοι] Sic omnes editt. Camerarius tamen Δειλοῦ τι. Sic Wechel. Marcil. et Dacier. sed vitiose. Needhamus uncis inclusit versiculum, sed parenthesin Anglorum more, non νοθείαν indicantibus. Nam omnes Codd. etiam Oxon. hunc versum habent, Hierocles quoque et Stob. Serm. IV. [*Glandorf.*]

v. 32. τῆς περὶ σῶμ'] Stobaeus Serm. XCIX. leg. τῆς κατὰ σῶμ'.

v. 34. ἀνιήσῃ] Sic Curter. Marcil. Needh. et Brunck. ἀνιήσει Aldd. Stephanianae, Sylb. et Salmas.

v. 36. ταῦτα] Gallici MSS. et ACD Oxon. habent τοιαῦτα.

v. 37. ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων] Stob. Serm. XVI. leg. ἀπειροκάλως ἔνι ἡμῶν. (quod soloecum est. Legendum enim esset ἔνι i. e. ἔνεστι ἡμῖν.) Sed ἀπειροκάλως, vox prosaica, manifestum est glossema scioli cujusdam et interpretatio v. καλῶν ἀδαήμων.

v. 39. Inter hunc versum et sequentem in MSto Augustano chartaceo leguntur, uti Dav. Hoeschelius notavit, hi duo versus, qui etiam apud Porphyrium no. 40. ed. Kuster. occurrunt:

Πρῶτα μὲν ἐξ ὕπνοιο μελίφρονος ἐξυπαναστὰς
Εὖ μάλα ποιπνύειν, ὅσ' ἐν ἤματι ἔργα τελέσσεις.

v. 41. τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν] Sic Codd. et Edd. omnes et Porphyrius in vit. Pythag. No. 40. Dacier. autem et Needham. ex Hierocle p. 156. 158.

Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων λογίσασθαι ἕκαστον.

v. 42. Πῇ παρέβην] Sic editt. omnes, etiam Diog. Laert. VIII. §. 22. et Plutarchus de Superstit. Opp. p. 168. Suidas in v. Πυθαγ. legit ποῖ. Arabs reddit ποῦ. Sed πῇ unice verum. πῇ i. e. *qua ratione, qua in re.* Vid. Thom. Mag. p. 652.

δέον οὐκ ἐτελέσθη] Epictet. δέον ἐξετέλεσται.

v. 44. Δειλὰ] Sic habent omnes Edd. praeter Wechel. Curter. Marcil. Omeis. Dacier. Needh. qui legunt δεινὰ, uti habent quoque Epictet. Arrian. Lib. IV. Cap. VI. Clemens Alex. Paedag. Lib. I, 10. nec non Hierocles ad h. v. Praeferendum tamen δειλὰ, quod hoc sensu semper in Theognide et Hesiodo (v. c. Ἔργ. 713.) occurrit. Quid quod λ et ν saepe permutantur. Vid. Dorville ad Charit. p. 255. [*Gland.*]

τέρπου] Sic omnes edd. usque ad Needh. Sed praeferendum τέρπειν. Post hunc versum in Codd. Oxon. ACD et Augustan. reperitur iterum versus παρεμβεβλημένος:

Ταῖς αὐταῖς ἀρεταῖς ποιεῦ φίλον, ὅν κ' ἐθέλησθα.

quem Harlesius recte glossema suspicatur ex v. 5. ortum. [*Gland.*]

v. 47. Ναὶ μὰ] Plutarch. de Placit. Philos. Lib. I. Cap. III. leg. *Οὐ μά*. Jamblich. in vit. Pyth. n. 150. legit:

Οὐ μὰ τὸν ἀμετέρας σοφίας εὑρόντα τετρακτὺν
Παγὰν ἀενάου φύσεως ῥίζωμά τ' ἔχουσαν.

Pro ψυχᾷ MS. Vaticanum perantiquum habet γενεᾷ. Sext. Empiric. Lib. IV. adv. Arithmet. s. 2. p. 332. ed. Fabric. *Οὐ μὰ — ψυχᾷ — πηγὴν — ῥίζωμά τ' ἔχουσαν*. Sic etiam adversus Logicos Lib. VII. s. 94. p. 389. nisi quod pro ψυχᾷ habet κεφαλᾷ. [*Gland.*] Formas doricas cave sollicites. In talibus enim etiam dialectus servanda est. [*Schaefer.*]

v. 49. ἐπευξάμενος] Glandorfio videtur legendum esse ἐπευξάμενον, ut referatur ad σε in v. 46. vel majore distinctione post τελέσαι delecta sic explicari: *si preces necessarias ad deum miseris.*

v. 50. Γνώσεαι] Aldd. γνώσῃ.

v. 51. ᾗτε] Juntin. ἥτε bis sine iota subscripto.

v. 52. ᾗ] Juntina iterum ἥ sine iota subscripto.

v. 53. Ὥς τε] Sic Ald. in fol. Froben. Ruff. Amerbach. ed. Lips. Camerar. Curterius, Marcil. Omeis. Μή τε Ald. ap. Lascarim, Juntin. Amerbach. ed. Argent. Arcer. Stephanianae, Sylburg. Dacier. Ὥς τε μήτε Needham.

v. 54. Γνώσῃ] Sic omnes Edd. Marcilius tamen in Gellio VI, 2. invenit γνώσει, quanquam ed. Conradi habeat γνώσῃ.

ἔχοντας] Gell. l. l. ἑλόντας.

v. 55. Τλήμονες] Sic omnes Aldd. Camerar. Stephanianae, Sylb. *Τλήμονας* autem Curter. Marcil. Omeis. Dacier. Needham. omnesque deinceps edd. usque ad Brunck. qui restituit *Τλήμονες*. [O.] Alii *Τλήμονας — — — οὔτ' ἐσορῶσιν*. Quod si praeferas, vix repugnem. [*Schaefer.*]

v. 56. συνίασι] Ald. in fol. συνίασιν.

v. 57. ὡς δὲ κύλινδροι] Sic Needh. ex marg. MSS. Gall. suffragantibus MSS. A. D. Oxon. *οἱ δὲ κυλίνδροις* Stephanus, Sylb. Camer. Curter., Marcil. Aldinae et Salmasius. Forsitan neutra lectio vera est, sed scribendum: *οἱ δὲ, κύλινδροι Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα.* [*Gland.*]

v. 58. ἀπείρονα] Ald. in fol. et Froben. ἀπήρονα.

v. 60. κε] Ald. in fol. Froben. Ruff. τε. Aldina autem cum

Lascari, Juntina, Curter. Dacier. Stephanus et Hertelius omittunt τε. Marcilius in notis legendum suadet γε, quod in textum recepit Glandorf. Brunck. κε.

λύσειας] Ald. ap. Lascarin leg. παύσειας, sequente Junt. Amerb. Camerar. Neandr. Wechel. Sicque habent omnes MSS. Oxon. Needham. λύσειας revocavit ex Hierocle p. 202.

v. 61. Εἰ] Aldin. in fol. l. Ἠ πᾶσι etc.

v. 65. Ὧν εἴ σοί τι μέτεστι] Glandorf. leg. conj. Ἧς (scil. ἱερᾶς φύσεως) εἴ σοι τι μέτεστι. Potius Ἆς etc., ut servetur dialectas Dorica. [O.]

v. 66. Ἐξακέσας] Activum ex solo hoc loco H. Stephanus citavit: nec puto legi in classicis. [*Schaefer.*]

v. 67. εἴπομεν, ἔν τε καθαρμοῖς] Glandorfius sic interpunxit: εἴπομεν· ἔν τε καθαρμοῖς.

v. 68. κρίνων] Sic Ald. in fol. Arcer. Juntin. Stephanianae, Sylb. Curterius, Marcilius, Dacier. ut referatur ad v. 67. jungendaque sint εἶργου κρίνων, abstine a dijudicando. At κρίνον habent Ald. cum Lascari, Amerb. Ruff. Camerar. Neander, Salmasius.

v. 70. ἀπολείψας] Classici scribunt ἀπολιπών. Primum aoristum frequentavit Graecitas citerior. In Aristophan. Ecclesiaz. 1145. jure, ut puto, Brunckius dedit παραλείψεις pro vulg. παραλείψῃς. Plato Gorg. p. 201. Heind. μεταξὺ τὸν λόγον καταλίπωμεν; Editor: „Codd. Bodl. Aug. Meerm. καταλείψωμεν. Reposui cum Buttmanno καταλίπωμεν, quoniam usitata aoristi forma „est ἔλιπον, non ἔλειψα." Minus probo quae ibidem p. 525. scripta sunt: nam simplicis verbi compositorumque plane eadem est ratio. Pseudo-Phocylides 72. Δίκῃ δ᾽ ἀπόλειψον ἄμυναν. Argumentum Hippolyti Euripidis, quod dicitur e Parallelis Plutarchi sumtum, p. 263. Musgr. Ὁ δὲ καταλείψας καὶ εἰς Τροιζῆνα παραγενόμενος κ. τ. λ. Schol. ad Pindar. p. 174. Heyn. τοῦ ἐκλείψαντος. p. 206. ἐὰν μή με ὁ βίος ταχέως ἐπιλείψῃ. pro quo post εἰ μὴ ταχὺ λίποι ὁ αἰών. Add. quae notavi in Append. ad Aristophan. Plut. p. 510 et 555. [*Schaefer.*]

v. 71. Ἔσσεαι ἀθάνατος, θεὸς ἄμβροτος] Aldinae distinguunt: Ἔσσεαι ἀθάνατος, θεὸς, ἄμβροτος, at Camerar. Ruff. Curter. Marcil. Needh. ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς, ἄμβροτος.

οὐκ ἔτι] Aldinae οὐκέτι, una voce.

Annotationes in Symbola Pythagorica e collectione Zehneri.

Οὐδέν ἐστι etc.] Videtur hic locus sumtus ex quodam Porphyrii scripto deperdito Symbolorum Pythagoricorum collectionem continente. [O.]

1. *Ἐπὶ χοίνικος μὴ καθίζειν*] Aliter explicat hoc Symbolum Jamblichus in Protrept. Cap. XXI. p. 349. ed. Kiessling. *Εἰς φιλοσοφίαν σαυτὸν δοὺς ἐκείνου μᾶλλον προνοοῦ τοῦ ἐν σοὶ θειοδεστέρου, ὅ ἐστι ψυχὴ, καὶ πολὺ πρότερον τοῦ ἐν ταύτῃ νοῦ, ὧν τροφὴ οὐ χοίνικι, ἀλλὰ θεωρίᾳ καὶ μαθήσει μετρεῖται.* Erasmus Adag. Chil. I. Cent. I. p. 14. ed. Paris. exponit, non oportere per otium et inertiam cibum alienum sectari, apposite citans dictum Pauli Apostoli II. Thess. III, 10. *εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω.* Sic et Dacerius in Bibliotheque des anciens Philosophes Tom. I. p. 252. et Porphyrius Vit. Pythag. §. 42. *Μηδ' ἐπὶ χοίνικος καθέζεσθαι· οἷον, μὴ ἀργὸν ζῆν.* ubi vid. Rittershus. p. 228. ed. Kiessling. Conf. Creuzer. V. Cl. *Symbolik und Mythologie der alten Völker* Tom. I. p. 127. [O.]

2. *Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν*] *τοῦτ' ἔστι, μὴ πλεονεκτεῖν.* Porphyrius Vit. Pyth. §. 42. ubi vid. Rittershus. p. 224. In genere admonet Pythagoras, quod magni facere debeamus justitiam, neque ab ea recedere. Conf. Dacer. l. l. p. 251. Stanlej. Hist. Philos. p. 795. ed. Lips. Hinc proverbium: *trutina justior.* [O.]

3. *Μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιὰν*] Dacerius l. l. p. 257. explicat, *ne pro quovis vadimonium praesta, ne cautionnés pour personne,* citans Salomonis Proverb. VI, 1. *Υἱὲ, ἐὰν ἐγγυήσῃ σὸν φίλον, παραδώσεις σὴν χεῖρα ἐχθρῷ.* [O.]

4. *Καρδίαν μὴ ἐσθίειν*] Clemens Alexandr. Strom. V. *φθόνος γὰρ ἔξω θείου χοροῦ ἵσταται, καὶ ζῆλος, καὶ λύπη· ᾗ καὶ οἱ μύσται καρδίαν ἐσθίειν ἀπαγορεύουσι, μὴ χρῆναι ποτὲ διδάσκοντες ῥαθυμίαις καὶ ὀδύναις ἐπὶ τοῖς ἀβουλήτως συμβαίνουσι δάκνειν καὶ κατεσθίειν τὴν ψυχήν. Ἄθλιος γοῦν ἐκεῖνος, ὅν φησι καὶ Ὅμηρος* (Il. VI, 202. de Bellerophonte) *πλα . . ενον μόνον ὃν θυμὸν κατέδειν.* Hierocles autem in Aur. Carm. p. 218. ed. Needham. *τὸ καρδίαν μὴ ἐσθίειν προηγουμένως μὲν εἰς τὴν τοῦ θυμικοῦ κατάστασιν μὴ ἰέναι λέγει, κατ' ἐπακολούθησιν δὲ καὶ τὴν τούτου τοῦ μέρους ἀποχὴν εἰσηγεῖται.* Aliter Jamblichus in Protrept. l. l. *Τὸ δὲ, καρδίαν μὴ τρῶγε, σημαίνει τὸ μὴ δεῖν τὴν ἕνωσιν τοῦ παντὸς καὶ τὴν σύμπνοιαν διασπᾶν, καὶ ἔτι μᾶλλον τὸ, μὴ ἴσθι βάσκανος, ἀλλὰ φιλάνθρωπος* (h. e. ut vertit Creuzerus V. Cl. in *Symbolik* p. l. *Löse die Einheit des Ganzen und seinen Einklang nicht, sey*

menschlich und philosophire gemeinsam). Conf. Erasm. et Dacer. l. l. et qui multus est de hoc Symbolo Rittershus. ad Porphyr. p. 227. Kiessl. [O.]

5. *Κυάμων ἀπέχεσθαι*] Jamblichus l. l. *τὸ δὲ, κυάμων ἀπέχου, συμβουλεύει φυλάττεσθαι πᾶν ὅσον ἐστὶ φθαρτικὸν τῆς πρὸς θεοὺς ὁμιλίας καὶ θείας μαντικῆς.* cum quo consentit Cicero de Divin. Lib. I. Cap. XXV. *Jubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus adfectis, ut nihil sit, quod errorem aliis perturbationemque adferat. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne fabis vescerentur, quod habet inflammationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quaerentis vera contrariam.* Diogenes Laert. Lib. VIII. §. 34. *Φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ κυάμων παραγγέλλειν αὐτὸν (Πυθαγόραν) ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων, ἤτοι ὅτι αἰδοίοις εἰσὶν ὅμοιοι, ἢ ὅτι ᾅδου πύλαις, (ἀγόνατον γὰρ μόνον) ἢ ὅτι φθείρει, ἢ ὅτι τῇ τοῦ ὅλου φύσει ὅμοιον, ἢ ὅτι ὀλιγαρχικόν.* ubi vid. Menagii notas pag. 367 seq. ed. Meibom. Conf. et Gell. Noct. Att. IV, 11. ibique intpp. Erasm. l. l. Rittershus. ad Porphyr. pag. 232 seq. et intpp. ad Geopon. II. C. 35, 6. Tom. I. p. 180 seq. ed. Niclas. [O.]

6. *Μὴ συνδιατρίβειν μέλασιν ἀνθρώποις*] Huc referentur versus Horatii Lib. I. Epist. IV, 81.

— — — — Absentem qui rodit amicum,
Qui non defendit alio culpante, solutos
Qui captat risus hominum, famamque dicacis
Fingere qui non visa potest, commissa tacere
Qui nequit, hic niger est, hunc tu, Romane, caveto. [*Zehn.*]

Ducta fortassis metaphora a sepia pisce, qui atramento, quod in cauda gestat, sese occulit. Vide Erasm. Adag. Cent. I. init. Hinc simillimum hoc Symbolum illi, quod Dacerius No. LX. p. 280. inter spuria edidit: *Sepiam ne edito.* Paulo aliter explicat Trypho Grammaticus citatus a Gyraldo in explicatione hujus Symboli, quod scil. a dolis et mendaciis sit abstinendum, quae in nigredinem desinunt. Vid. Stanlej. Hist. Philos. p. 795. In alia omnia abit Hieronymus Wolfius ad Isocrat. Paraenes. ad Demonic. pag. 204. ed. in fol. *μελανούρων* explicans *foedam voluptatem*, quae cum pulchra facie blandiatur, nigra et venenata cauda, ut scorpius, incautos vulnerat. [O.]

7. *τουτέστι λάλον*] Aliter Jamblichus: *Τὸ δὲ, χελιδόνα οἰκίᾳ μὴ δέχου, συμβουλεύει, ῥάθυμον καὶ μὴ διηνεκῶς φιλοπονοῦντα μηδὲ ἐπίμονον αἱρετιστὴν καὶ γνώριμον εἰς τὰ δόγματα τὰ σὰ μὴ ἐπιδέχου .... εἰκόνι δὲ ῥαθυμίας καὶ ἐγκοπῆς χρόνων χελιδόνι κέχρηται, ὅτι μέρος τι τοῦ ἐνιαυτοῦ αὐτῇ ἐπιφοιτᾷ ἡμῖν.*

καὶ ὡσανεὶ ἐπιξενοῦνται πρὸς βραχὺν καιρὸν, τὸ δὲ πλεῖον ἀφίσταται καὶ ἀφανὴς ἡμῖν ὑπάρχει. Sic fere et Plutarchus in Sympos. VIII, 7. Plura vide ap. Erasm. Adag. p. 18. Stanlej. p. 796. Conf. quae supra adnotavimus ad Demophil. Simil. II. [O.]

8. Πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν], Consentiunt in explicatione Symboli cum iis, quos Zehnerus citavit, Jamblichus etiam et D. Hieronymus. Huc respicit etiam acerbissima illa ironia apud Horatium II. Serm. III. 275 seq.

— — — — — — — — adde cruorem
Stultitiae atque ignem gladio scrutare.

ubi vid. Heindorf. p. 327. S. Basilius Epist. ad Nepotes de iis exponit, qui impossibilia suscipiunt. Conf. Erasm. Adag. p. 14.] et qui de hoc Symbolo multus est Rittershus. ad Porphyr. p. 226. seq. [O.]

9. Σῖτον εἰς ἀμίδα etc.] Non habet hoc Symbolum Jamblichus. Simile Epicteti dictum increpantis philosophum quendam impurum apud Gellium Lib. XVII. Cap. XIX. ἄνθρωπε, ποῦ βάλλεις; σκέψαι, εἰ κεκάθαρται τὸ ἀγγεῖον· ἂν γὰρ εἰς τὴν οἴησιν αὐτὰ βάλλῃς, ἀπώλετο. ἢν σαπῇ, ἢ οὖρον, ἢ ὄξος γένοιτο ἂν, ἢ τι τούτων χεῖρον. Nam, ut inquit Horatius I. Epist. II, 54.

Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit.

In eandem fere sententiam etiam illud divini Soteris monitum ap. Matth. VII, 6. accipiendum: Μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλητε τὰς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων etc. Ἀμὶς, *matella, vas urinarium*, egregie comparatur cum homine impuro et malis moribus infami, qualem et D. Paulus Rom. IX, 21. appellat σκεῦος εἰς ἀτιμίαν, quem locum apposite citat Dacerius in explicatione hujus Symboli No. XXVI. p. 245. [O.]

10. Χύτρας ἴχνος συγχεῖν ἐν τῇ τέφρᾳ] In explicatione hujus Symboli cum Clemente consentit etiam Plutarchus Sympos. I, 1. Argutatur more suo Jamblichus l. l. p. 373. ed. Kiessling. Τὸ δὲ, χύτρας ἴχνος ἀπὸ σποδοῦ ἀφάνιζε, σημαίνει συγχύσεως καὶ παχύτητος ὅπερ ἐστὶ σωματικῶν καὶ αἰσθητῶν ἀποδείξεων ἐκλανθάνεσθαι φιλοσοφεῖν ἐπιβαλλόμενον, νοηταῖς δὲ χρῆσθαι μᾶλλον ἀποδείξεσιν. ἡ δὲ σποδὸς ἀντὶ τῆς κόνεως τῆς ἐπὶ τοῖς ἄβαξι παρελήφθη, ἐφ' ἧς αἱ ἀποδείξεις συμπεραίνονται. Cet. conf. Erasm. p. 17. et notas nostras ad Jac. Balde Carmina select. p. 592. [O.] De obedientia, quam Pythagorici huic mandato praestiterunt, legatur Plutarchus περὶ φιλαδελφίας fol. 331. Οἱ Πυθαγορικοὶ, γένει μηθὲν προσήκοντες, ἀλλὰ κοινοῦ λόγου μετέχοντες, εἴ ποτε προαχθεῖεν εἰς λοιδορίας ὑπ' ὀργῆς, πρὶν τὸν ἥλιον δῦναι, τὰς δεξιὰς ἐμβάλλοντες ἀλλήλοις καὶ ἀσπασάμενοι διελύοντο. [*Zehner.*]

In Jamblichi et aliorum Symbola Pythagorica.

11. *Εἰς ἱερὸν ἀπιὼν προσκυνῆσαι* etc.] Nolui exscribere, quae ad haec verba argutatur Jamblichus. [O.] Praeceptum hoc potius quam Symbolum Philolao adscribit Olympiodorus ad Platonis Phaedonem ita repraesentatum: *Templum ingressus recedere noli.* [*Stanlei. Hist. Philos. P. VIII. C. III. pag.* 794.]

12. *Ὁδοῦ πάρεργον* etc.] *Ὁδοῦ πάρεργον, obiter, aliud agens* (*im Vorübergehen.* O.). De formula hac, qua usus est Cicero ad Att. VI, 21. et VII, 1., vid. Budaei Comment. p. 1182, 21. et Viger. p. 117. ed. Herm. [*Kiessling.*] Jamblichus: *τὰ γὰρ θεῖα οὐ δεῖ τῶν ἀνθρωπίνων ἐν ὑστέρᾳ μοίρᾳ τίθεσθαι.* [O.]

13. *Ἀνυπόδητος θύε καὶ προσκύνει*] Jamblichus: *Σημαίνει ἓν μὲν, τὸ δεῖν κοσμίως καὶ μετρίως καὶ μὴ ὑπερεχόντως τῆς ἐν τῇ γῇ τάξεως τοὺς θεοὺς θεραπεύειν, καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτῶν γνῶσιν ποιεῖσθαι· ἕτερον δὲ, τὸ δεῖν δεσμῶν χωρὶς καὶ εὔλυτον ὄντα τὴν θεραπεῖαν καὶ γνῶσιν τῶν θεῶν ποιεῖσθαι. ταῦτα δὲ οὐκ ἐπὶ τοῦ σώματος μόνον παραγγέλλει τὸ σύμβολον διαπράττεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν τῆς ψυχῆς ἐνεργειῶν, ὡς μήτε ὑπὸ παθῶν αὐτὰς κατέχεσθαι, μήτε ὑπὸ τῆς τοῦ σώματος ἀσθενείας, μήτε περὶ τῆς περιπεφυκυίας ἔξωθεν ἡμῶν γνώσεως, εὔλυτα δὲ πάντα ἔχειν καὶ ἕτοιμα πρὸς τὴν μετουσίαν τῶν θεῶν.* Gyraldus in Explicatione Symbolorum Pythagorae p. 490. putat, Pythagoram monuisse, ut inter sacrificandum mundi et mundanis relictis curis et a scelerum inquinamentis expiati rei divinae operam darent. Idem memorat, apud scriptores proditum esse, Lacedaemonios juxta Pythagorae hoc institutum nudis pedibus adorare et rem sacram facere solitos. Brassicanus in Appendice ad Erasmi Adag. pag. 1222. ed. Paris. ita: „*Nudis pedibus sacrifica simul et adorato.* Quorum „primum significat, diis immortalibus eatenus esse sacrificandum, „quatenus fortunarum nostrarum mediocritas admittat, id quod „et Hesiodus indicat in *Ἔργοις*:

„*Κὰδ δύναμιν δ' ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσι.*

„Ita Lycurgus apud Lacedaemonios tenuissima sacrificia instituit, ut expeditius faciliusque et perinde etiam frequentius rebus divinis intenderent, auctore Plutarcho in Apophthegm. Alterum indicat, in re divina facienda animum esse debere prorsus expeditum atque nullis omnino vinculis implicatum: unde „Servius etiam Virgilium Lib. IV. Aen. v. 518. huc allusisse „putat, cum de Didone inquit:

„*Unum exuta pedem vinclis veste que revincta.*

„Et in flaminum Romanorum vestibus nullus erat nodus.“ [*Kiessl.*] Cum hoc praecepto Pythagorae Dacerius pag. 165. apposite comparat monitum illud, quod angelus Mosi dederat ex rubo igneo Exod. III, 5. *Λῦσαι τὸ ὑπόδημά σου ἐκ τῶν ποδῶν σου· ὁ γὰρ τόπος, ἐν ᾧ σὺ ἕστηκας γῆ, ἁγία ἐστίν.* [O.]

14. *Τὰς λεωφόρους* etc.] Jamblichus: *τοῦτο τὸ σύμβολον τὴν μὲν δημώδη καὶ ἀνθρωπίνην ζωὴν ἀφιέναι παραγγέλλει, τὴν δὲ χωριστὴν καὶ θείαν μεταδιώκειν ἀξιοῖ.* D. Hieronymus exponit: *Ne vulgi sequaris errores.* Et Olympiodorus citatus a Wyttenbachio ad Platon. Phaedon. p. 155. *Οὐ τὴν λεωφόρον δεῖ ἰέναι, τουτέστι τὴν τῶν πολλῶν.* Conf. Erasm. Adag. p. 17. Simillimum D. Salvatoris dictum Matth. VII. v. 13. 14. et Mosis Exod. XXIII, 2. *Οὐκ ἔσῃ μετὰ πλειόνων ἐπὶ κακίᾳ.* Conf. Rittershus. ad Porphyr. Vit. Pyth. §. 42. pag. 229. Kiessl. Plane contrarium Pythagorae praeceptum affert Laertius: *Ἐντὸς λεωφόρου μὴ βαδίζειν.* Quod mihi suspectum est. [O.]

16. *Ἀνέμων πνεόντων* etc.] Jamblichus: *καὶ αὐτὸ τῆς θείας σοφίας ἐστὶ γνώρισμα· αἰνίττεται γάρ, ὡς δεῖ τῶν θείων οὐσιῶν κατὰ δύναμιν τὴν ὁμοιότητα ἀγαπᾷν, καὶ ὅταν ἐνεργῶσι, τὸν σύμφωνον πρὸς τὰς ἐνεργείας αὐτῶν λόγον μετὰ μεγάλης σπουδῆς τιμᾷν τε καὶ σέβειν.* Sic et Brassicanus pag. 1223. Lil. Gyraldus autem et Dacer. No. 54. pag. 275. *Cum venti flant*, i. e. cum turbarum civilium procellae existunt, *tum fugiendum esse sapienti urbium strepitum et quaerenda loca deserta ac solitaria, ubi nil auditurus sit, nisi echo, vocis suae imaginem.* [O.]

17. *Ὀξίδα* etc.] Jamblichus: *Τοῦτο φρονήσει χρῆσθαι παρακελεύεται καὶ μὴ θυμῷ. τὸ μὲν γὰρ ὀξὺ τῆς ψυχῆς, ὅπερ θυμὸν καλοῦμεν, λόγου καὶ φρονήσεως ἐστέρηται. ζεῖ γὰρ ὁ θυμὸς, ὥσπερ λέβης πυρὶ θαλπόμενος .... καὶ τὸ πάθος οὖν τοῦτο λογισμῷ πελάζειν χρή.* *Ὀξὶς*, quod aliis locis significat acetabulum, (conf. Suidas h. v. et Steph. Thes. Tom. II. p. 1358.) hoc loco est omne id, quod acutum est, aut acutus gladius. Nam ab aliis hoc Symbolum his verbis exprimitur: *Ὀξεῖαν μάχαιραν ἀποστρέφειν.* Conf. Diog. Laert. VIII, 17. et Gyrald. [*Kiessl.*] Equidem crediderim, Jamblichum scribentem *ὀξίδα* cogitasse acetabulum inprimis ob verba, *ζεῖ γὰρ ὁ θυμὸς, ὥσπερ λέβης.* Et sane elegantissima est comparatio animi iracundi cum vase aceti pleno. Dacerius No. 29. pag. 247. expl.: Cave tibi a conviciis et dicteriis, *σκώμμασι*, quae mordent et laedunt animos aceti instar. Sic et Horatius I. Serm. VII, 32 seq.

> *At Graecus, postquam est Italo perfusus aceto,*
> *Persius exclamat.* [O.]

18. *Ἀνδρὶ ἐπανατιθεμένῳ* etc.] Jamblichus explicat: μὴ γίγνου μήτε σαυτῷ μήτε ἄλλῳ ῥαθυμίας καὶ μαλθακῆς διαίτης αἴτιος, πόνῳ γὰρ πᾶν χρῆμα ἁλώσιμον. Porphyrius Vit. Pyth. §. 42. παρῄνει μηδενὶ πρὸς ῥαστώνην, ἀλλὰ πρὸς ἀρετὴν καὶ πόνους συμβάλλειν. ubi vid. Rittershus. pag. 230 seq. ed. Kiessl. Hieronymus adv. Rufin. *Oneratis superponendum opus, deponentibus non communicandum:* h. e. *ad virtutem incedentibus augenda praecepta, tradentes se otio relinquendos.* Conf. Plutarch. Sympos. Lib. VIII. Cap. VII. Contrarium plane habet Laertius VIII, 17. φορτίον συγκαθαιρεῖν καὶ μὴ συνεπιτιθέναι, nisi legendum sit συναποτιθέναι. Conf. Erasm. Adag. Chil. I. Cent. I. ibique H. Steph. p. 17. et Creuzer. V. Cl. in *Symbolik* etc. Tom. I. p. 128. Aliter citat et interpretatur hoc symbolum Olympiodorus in Comment. ad Platon. Phaedon. (in Andr. Mustoxydis *Συλλογῇ Ἀνεκδότων* novissime edita p. 8 et 9.) διότι Πυθαγόρειον παράγγελμα μὴ ἀποτιθέναι, ἀλλὰ συνεπιτιθέναι τὰ βάρη, τουτέστι συμπράττειν τῇ ζωῇ, οὐκ ἀντιπράττειν, vocem τὰ βάρη explicans τὰ βάρη ἑαυτοῦ, *onus proprium, non alienum.* [O.]

19. *Εἰς μὲν ὑπόδησιν* etc.] Brassicanus in Append. ad Erasm. Adag. p. 1225. vertit: *In calceum dextrum praemitte pedem, in podoniptrum autem sinistrum.* Jamblich. εἰς τὴν πρακτικὴν φρόνησιν παρακαλεῖ, τὰς μὲν σπουδαίας πράξεις ὡς δεξιὰς περιτίθεσθαι παραγγέλλον τὸ σύμβολον, τὰς δὲ φαύλας ὡς ἀριστερὰς ἀποτίθεσθαι παντάπασι καὶ ἀποῤῥίπτεσθαι. Potius: *Ad labores obeundos ut celeres et expediti, ad voluptates corporis autem vel alia oblectamenta segniores simus ac remissiores.* Ceterum Meinersius in *Geschichte der Wissenschaften* Tom. I. pag. 497. Symbolum hoc Pythagorae abjudicat. [O.]

20. *Περὶ Πυθαγορείων* etc.] Jamblichus: τοῦτο (τὸ σύμβολον) παρακλητικόν ἐστιν εἰς τὸν κατὰ φρόνησιν νοῦν· οὗτος γὰρ τῷ φωτὶ ἔοικε τῆς ψυχῆς, καὶ ἀόριστον οὖσαν αὐτὴν ὁρίζει, περιάγει τε ὥσπερ ἐκ σκότου εἰς φῶς. περὶ πάντων μὲν οὖν τῶν ἐν τῇ ζωῇ καλῶν ἡγεμόνα νοῦν προΐστασθαι προσήκει· μάλιστα μὲν οὖν περὶ τῶν Πυθαγορείων δογμάτων ταῦτα γὰρ ἄνευ φωτὸς οὐχ οἷόν τε ἐστὶ γνῶναι. Sic et Brassicanus p. 1226. Adag. Erasm. — Jam vero mihi praeceptum hoc accuratius perpendenti alia videtur loci sententia, haec scil.: *De mysteriis Pythagoricis nunquam sine lumine loquitor,* h. e. non palam et in aprico, sed solummodo in loco secreto, abdito et tenebricoso, adeoque facibus vel candelis collustrato, (φῶς enim de quovis lumine, sed speciatim de igne vel lumine facis aut lucernae. Hesych. φῶς — καὶ τὸ πῦρ.) qualibus in locis arcana sua concilia habuisse videntur veteres Pytha-

gorei, ut hodie arcanorum collegiorum sodales, quos *Franc-Maçons*, *Freymäurer* vocant, quibus legibus suis vetitum est de rebus suis arcanis vel inter se ipsos colloqui, nisi in loco quo congregantur (*in der Loge*). [O.]

21. *Ἀποδημῶν τῆς οἰκίας μὴ ἐπιστρέφου*] Plutarchus *περὶ παιδ. ἀγωγ.* C. 17. *Μὴ ἐπιστρέφεσθαι ἐπὶ τοὺς ὅρους ἐλθόντας, τουτέστι μέλλοντας ἀποθνήσκειν καὶ τὸν ὅρον τοῦ βίου πλησίον ὄντα ὁρῶντας φέρειν εὐκόλως, καὶ μὴ ἀθυμεῖν.* Diogenes Laertius VIII, 17. *Διὰ δὲ τοῦ εἰς ἀποδημίαν βαδίζοντα μὴ ἐπιστρέφεσθαι παρῄνει τοῖς ἀπαλλαττομένοις τοῦ βίου μὴ ἐπιθυμητικῶς ἔχειν τοῦ ζῆν, μηδὲ ὑπὸ τῶν ἐνταῦθα ἡδονῶν ἐπάγεσθαι.* Jamblichus explicat de continua meditatione mortis, i. e. separatione animi ab omnibus rebus corporeis et iis, quae sensibus percipiuntur. Vid. Plato in Phaedon. C. 32. Eodem tendit divini Soteris dictum Luc. IX. 62. *Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς ἄροτρον καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ.* Plura vide ap. Rittershus. ad Porphyr. Vit. Pythag. p. 228 seq. ed. Kiessl. [O.]

Ἐριννύες γὰρ μετέρχονται] Jamblich. *μετάνοια γὰρ ἐκ τούτου πολλή σοι παρέψεται .... τὴν δὲ μετάνοιαν Ἐριννὺν μετωνόμασεν.* [O.]

22. *Πρὸς ἥλιον* etc.] Jamblichus explicat: *Μὴ ζωώδη τι ποίει καὶ βοσκηματῶδες.* Harduinus ad Plin. Hist. Nat. Lib. XXVIII. Cap. VI. (XIX. Hard.), qui hoc praeceptum Magis tribuit, interpretatur: Contra magnos et honestos viros nihil proterve, nihil irreverenter agendum. Sed rectius Erasmus in Adag. p. 18. et Dacerius putant, in genere verecundiam commendari hoc symbolo, quam in Pythagora summam fuisse testatur Laertius his verbis: *οὐδὲ πώποτε ἐγνώσθη οὔτε διαχωρῶν. Nemo eum unquam vidit vesicam aut alvum exonerantem.* Ceterum apposite tanquam fontem hujus Symboli Erasmus citat versus Hesiodi in *Ἔργ.* v. 725. et seqq.

Μηδ' ἀντ' ἠελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὀμιχεῖν,
Αὐτὰρ ἐπὴν κε δύῃ, μεμνημένος, ἔς τ' ἀνιόντος.
Μήτ' ἐν ὁδῷ, μήτ' ἐκτὸς ὁδοῦ προβάδην οὐρήσῃς,
Μηδ' ἀπογυμνωθείς· μακάρων τοι νύκτες ἔασιν·
Ἑζόμενος δ' ὅγε θεῖος ἀνὴρ πεπνυμένα εἰδώς,
Ἢ ὅγε πρὸς τοῖχον πελάσας εὐερκέος αὐλῆς.

Sic et Judaeis praeceptum fuerat: הסך רגליו (LXX *παρασκευάσασθαι*) 1 Sam. XXIV, 4. *pedes tegere.* Vide Michael. Supplement. ad Lexica Hebr. p. 1743. [O.]

23. *Λαθίῳ θῶκον μὴ ἀπομάσσειν*] Diogenes Laert.

VIII, 17. *ἐλαδίῳ θᾶκον μὴ ὀμόργνυσθαι.* Jamblichus explicat: *παραινεῖ μὴ μίαγειν μηδὲ καταπιρνᾶν τῆς σοφίας ἴδια καὶ τὰ τῆς ζωωδίας. ἐῴδιον μὲν γὰρ διὰ τὴν εὐφέγγειαν φιλοσοφίᾳ παραβέβληται, θᾶκος δὲ διὰ τὴν χαμαιπέτειαν ζωωδίᾳ.* Erasmus pag. 19. *arbitror innui, non esse abutendum rebus optimis ad ea, quibus neque dignae videntur, neque utiles.* [O.]

24. *Ἀλεκτρυόνα* etc. etc.] Nil bonae frugis ad hoc Symbolum afferunt nec Jamblichus, nec Erasmus. Videtur sensus esse: Gallum ne immolato vel caedito, sed alito illum tanquam diei nuntium, qui a somno te excitet admoneatque laboris adeundi. Nec incommode interpretatur Dacerius No. 25. p. 245.: ne sis asper et inhumanus adversus monitores, qui te excitare volunt e socordiae et ignaviae veterno. Ceterum Meinersio l. l. p. 495. suspectum hoc symbolum. [O.]

μήνῃ γὰρ καὶ ἡλίῳ etc.] Paullo aliter idem Jamblichus in Vit. Pythag. Cap. XVIII. pag. 180 seq. ed. Kiessling. *Μηδὲ ἀλεκτρυόνα λευκὸν θύειν· ἱκέτης γάρ, ἱερὸς τοῦ μηνός· διὸ καὶ σημαίνουσιν ὥραν.* Eadem verba leguntur ap. Laertium VIII, 34. ubi vid. Menag. pag. 368. Meibom. Etiam in nummis repraesentatur gallus tanquam Lunae vel potius dei Luni *πάρεδρος.* Vide Ez. Spanhem. de Praestant. et Usu Numism. Tom. I. p. 193. et J. A. Fabricii Menologium pag. 2. [O.]

25. *Γαμψώνυχον μηδὲν παρέτρεφε*] Jamblichus explicat: *κοινωνικὸς ἴσθι καὶ μεταδοτικός, καὶ τοὺς ἄλλους τοιούτους εἶναι παρασκεύαζε, διδόναι τε καὶ δέχεσθαι ἀνακοήθως καὶ ἀφθόνως ἐθίζων, ἀλλὰ μὴ πάντα μὲν λαμβάνειν ἀπλήστως, διδόναι δὲ μηδέν. ἡ γὰρ τῶν γαμψωνύχων φυσικὴ διοργάνωσις λαβεῖν μὲν τάχιστα καὶ ῥᾳδίως δεδημιούργηται, ἀφεῖναι δὲ ἢ μεταδοῦναι οὐκέτι διὰ τὴν ἔνστασίν γε ἀγκύλων ὄντων τῶν ὀνύχων.* In eundem fere modum Dacerius No. 16. pag. 239.: *ne souffrés pas dans votre maison des gens, qui ne sont pas fideles, des voleurs.* et Mich. Apostolius Proverb. Centur. V, 93. *Γαμψώνυχας μὴ τρέφειν — ἀντὶ τοῦ Ἅρπαγας φεύγειν.* Erasmus autem Adag. Chil. I. Cent. I. p. 18. putat, convenire hoc Symbolum cum dicto illo Aeschyli citato ab Aristophane in Ranis v. 1477.

Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν.

hoc est, non admittendos *δημοβόρους βασιλέας,* (ut ait Homerus) aut factiosos et praepotentes, qui opes civium ad paucos contrahunt. [O.]

26. *Ἐν ὁδῷ μὴ σχίζε*] Apud Olympiodorum in Platon. Phaedon. Symbolum hoc ita legitur: *Ἐν ὁδῷ μὴ σχίζειν ξύλα.* quod Erasmus in Adag. pag. 18. exponit: *non esse discruciandam et ab-*

breviandam vitam curis et anxiis cogitationibus, quod praeceperat Pythagoras Symbolo *καρδίαν μὴ ἐσθίειν.* Dacerius No. 38. pag. 255. et seq. triplicem Symboli hujus explicationem proponit, ut sit vel 1. *Ne in tuum usum convertas, quae publica sunt adeoque omnium usibus patent:* vel 2. *Nil abjectum, servile vel indignum homine ingenuo neque cogites neque facias*, cum ligna scindere antiquitus habitum fuerit servorum officium: (Huc respicit dictum illud Josuae ad Gibeonitas Jos. IX, 25. *Καὶ νῦν ἐπικατάρατοί ἐστε· οὐ μὴ ἐκλείπῃ ἐξ ὑμῶν δοῦλος, οὐδὲ ξυλοκόπος, οὐδὲ ὑδροφόρος, ἐμοὶ καὶ τῷ θεῷ μου.*) vel tandem 3., ut Jamblichus explicat: *τὸ ἐν ὁδῷ μὴ σχίζε δηλοῖ, ὅτι ἓν μὲν τὸ ἀληθὲς, πολυσχιδὲς δὲ τὸ ψεῦδος. δῆλον δὲ ἐκ τοῦ τὸ μέν τι ἕκαστον μοναχῶς λέγεσθαι, εἴπερ ὑγιῶς λέγοιτο, τὸ δέ τι οὐχὶ ἕκαστον ἀπείροις τρόποις. ὁδὸς δὲ ἡ φιλοσοφία δοκεῖ εἶναι. λέγει οὖν, ὅτι αἱροῦ φιλοσοφίαν ἐκείνην καὶ τὴν ἐπὶ φιλοσοφίαν ὁδὸν, ἐν ᾗ οὐ σχίσεις, οὐδὲ ἀντιλεγόμενα δογματίσεις, ἀλλὰ ἑστῶτα καὶ τὰ αὐτὰ ἑαυτοῖς ἀποδείξει ἐπιστημονικῇ βεβαιωθέντα διὰ μαθημάτων καὶ θεωρίας, ὅ ἐστι, πυθαγορικῶς φιλοσόφει.* Mihi sensus esse videtur: *Μὴ λεπτολογεῖν ἐν τῇ φιλοσοφίᾳ*, h. e. in philosophiae studio non esse disquirendas res minutas ac subtiles, quae ad vitam emendandam nihil conferunt. Sic in Aristophanis Nubb. v. 129. Strepsiades ait:

> *Πῶς ἂν γέρων ὢν κἀπιλήσμων καὶ βραδὺς*
> *Λόγων ἀκριβῶν σχινδαλαμοὺς μαθήσομαι;* [O.]

27. *Δακτύλιον μὴ φόρει*] Jamblichus: *φιλοσόφει, φησὶν, ὡς ἀληθῶς, καὶ χώριζε τοῦ περικειμένου δεσμοῦ τὴν ψυχήν· μελέτη γὰρ θανάτου καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος ἡ φιλοσοφία.* Meinersio suspectum est hoc Symbolum ob sequens, quod fere contrarium moneat. Sed si cum Plutarcho *περὶ παιδ. ἀγωγ.* Cap. XVII, 8. legamus *Μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον*, praeceptum Pythagora dignissimum exit, scil. ut ipse Plutarchus explicat: *ὅτι δεῖ τὸν βίον ἐλεύθερον ἐπιτηδεύειν, καὶ μὴ δεσμῷ προσάπτειν αὐτόν.* Sic et Hieronymus adv. Rufin. Sensus itaque erit: *Libertatem tuam vel principi vel uxori vel amasio ne mancipaveris.* [O.]

28. *Θεοῦ τύπον* etc.] Jamblichus: *Φιλοσόφει καὶ ἀσωμάτους πρὸ παντὸς ἡγοῦ θεοὺς ὑπάρχειν ..... μὴ νόμιζε δὲ μορφαῖς αὐτοὺς κεχρῆσθαι, ὅσαι εἰσὶ σωματικαί· μηδὲ προσδέχεσθαι ὑποστάσει ὑλικῇ, καὶ οἷον δεσμῷ ὑλικῷ σώματι, ὥσπερ τὰ ἄλλα ζῶα.* Melius Porphyrius Vit. Pythag. §. 43. *Θεῶν τε εἰκόνας ἐν δακτυλίοις μὴ φορεῖν. τουτέστι τὴν περὶ θεῶν δόξαν καὶ λόγον μὴ πρόχειρον μηδὲ φανερὸν ἔχειν, μηδ' εἰς πολλοὺς φέρειν.* ubi vide Rittershus. p. 231. seq. [O.]

29. *Παρὰ λύχνον* etc.] *ad lucernam faciem tuam in spe-*

culo ne contemplator, ut bene vertit Dacerius. Speculum enim antiquis incertitudinis et fallaciae symbolum: quod liquet vel ex loco Paulino 1. Cor. XIII, 12. **Βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον.** Etiam facis seu lucernae lumen tanquam imago cognitionis obscurae adhuc ac imperfectae usurpata veteribus, ut docent nos Petri Apostoli verba II Epist. Cap. I, 19. **καὶ ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον· ᾧ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ, ἕως ἡμέρα διαυγάσῃ καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν.** Sensus itaque hujus Symboli erit: Cave tibi ab imaginationis ludibriis, quae animum fallunt neque permittunt illi cognoscere vel adspicere ipsum verum, τὸ ὄντως ὄν, aut te ipsum cognoscere, qui sis. Similiter et Jamblichus explicat: **φιλοσόφει μὴ προστρίχων μὴ ταῖς κατ' αἴσθησιν φαντασίαις, αἵτινες φῶς μέν τι περὶ τὰς καταλήψεις ποιοῦσι, λυχνοειδὲς μέντοι καὶ οὐχὶ φυσικὸν οὐδὲ ἀληθές** etc. Ceterum Meinersio nescio qua de caussa suspectum est et hoc Symbolum. [O.]

30. **Περὶ θεῶν μηδὲν θαυμαστὸν ἀπίστει**] Hoc non Symbolum, sed praeceptum est. Sensus apertus. Hinc etiam divinationi per auguria magnam auctoritatem tribuisse Pythagoreos testatur Cicero de Divinat. I. Cap. III. ubi vid. Davis., p. 9. ed. Rath. Equidem vero prorsus assentior Meinersio suspectum habenti hoc Symbolum indignissimum sane viro sapiente. [O.]

31. **Ἀσχέτῳ γέλωτι**] Praeceptum, non Symbolum. [O.]

32. **Παρὰ θυσίαν μὴ ὀνυχίζου**] Apposite Dacerius cum hoc symbolo comparat versus Hesiodi Ἐργ. v. 742 seq.

Μηδ' ἀπὸ πεντόζοιο θεῶν ἐνὶ δαιτὶ θαλείῃ
Αὖον ἀπὸ χλωροῦ τάμνειν αἴθωνι σιδήρῳ.

Praecipere videtur Pythagoras, rebus sacris occupatum penitus oblivisci debere quarumcunque sive actionum, sive cogitationum mundanarum indignarumque deorum majestate ac templorum sanctitate. Argutatur in hoc Symbolo Jamblichus: **Βουλόμενος νεοῦν (Πυθαγόρας) τοὺς συγγενεῖς ἐξ ἀποστήματος τοὺς περὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἠμελημένους διὰ τὴν ἀπόστασιν, τοῖς ὄνυξιν ἐχρήσατο, ὧν τεμνομένων ἄλγησις οὐδεμία περιγίγνεται, καὶ εἶπε· μὴ ἀποτίθεσο παντάπασι τούτους, εἰ καὶ τῷ ἄλλῳ χρόνῳ παρημελήθησαν, προσάγαγε αὐτοὺς σαυτῷ καὶ ἀνανέου τὴν οἰκειότητα (ἐν θυσίαις).** [O.]

κη. **Δεξιὰν** etc.] Vide supra ad Symbol. 3. Jamblichus interpretatur: **Μὴ ἀνάσπα μηδὲ ἀνιμῶν ἐπιχείρει δεξιὰν ὀρέγων τοῖς ἀνεπιτηδείοις καὶ ἀνοργιάστοις.** Erasmus in Adag. p. 14. apposite comparat illud Solonis Apophthegma, quod ex Apollodoro refert

Diogenes Laertius: φίλους μὴ ταχὺ κτῶ· οὓς δ' ἂν κτήσῃ, μὴ ἀποδοκίμαζε. [O.]

33. *Στρωμάτων ἐξαναστὰς συνέλισσε αὐτὰ* etc.] Apud Diogenem Laertium VIII, 17. hoc Symbolum ita legitur: Τὰ στρώματα ἀεὶ συνδεδεμένα ἔχειν. Jamblichus: Τοῦτο παραγγέλλει, ὅτι φιλοσοφεῖν ἐπιβαλλόμενος νοητοῖς λοιπὸν καὶ ἀσωμάτοις προοικείου σεαυτόν. ἐκ τοῦ οὖν ἀμαθείας ὕπνου καὶ νυκτοειδοῦς σκότους ἐξανιστάμενος μηθὲν συνιστῶ σεαυτῷ σωματικὸν εἰς τὸ τῆς φιλοσοφίας ἡμεροειδὲς, ἀλλὰ πάντα τὰ τοῦ ὕπνου ἐκείνου ἴχνη τῆς μνήμης τῆς σεαυτοῦ ἐκκάθαιρε καὶ ἐξαφάνιζε. Plutarchus in Sympos. VIII. Cap. VIII. Ἡ μὲν τῶν στρωμάτων συντάραξις ἐνίοις μὲν ἐδόκει μηδὲν ἔχειν ἀποκεκρυμμένον, ἀλλ' αὐτόθεν φαίνεσθαι τὸ μὴ πρέπον ἀνδρὶ συγκεκοιμημένης γαμετῆς χώραν ὁρᾶσθαι καὶ τύπον, ὥσπερ ἐκμάγειον ἀπολειπόμενον. Ὁ δὲ Σύλλας μᾶλλον ᾤετο κοιμήσεως μεθημερινῆς ἀποτροπὴν εἶναι τὸ σύμβολον, ἀναιρουμένης ἕωθεν εὐθὺς τῆς πρὸς τὸν ὕπνον παρασκευῆς, ὡς νυκτὸς ἀναπαύεσθαι δεῖν. Clemens Alexandrinus Stromat. Lib. V. p. 559: ἡ κοίτη ταράσσεσθαι παραινεῖται, ὡς μήτε ὀνειρωγμοῦ τινος, μηδὲ μὴν ὕπνου μεθ' ἡμέραν, ἀλλὰ μηδὲ τῆς ἐν νυκτὶ ἡδονῆς ἐπιμεμνῆσθαι ἔτι. τάχα δὲ καὶ φαντασίαν τὴν ζοφερὰν συγχεῖν τῷ τῆς ἀληθείας φωτὶ δεῖν ἠνίσσετο. Erasmus in Adag. pag. 19. suspicatur, commendari verecundiam etiam his in rebus, quibus cogimur naturae necessitati satisfacere. Henr. Stephanus autem in Annotatt. ad Erasm. putat, aliud Pythagoram innuisse, nimirum, cum mane ignoremus, ubi vesperi moraturi simus et somnum capturi, (ut incertae et infinitis mutationibus obnoxiae res humanae) debere nos semper stragula nostra habere *συνδεδεμένα*, id est, in unum quasi fasciculum colligata, simulatque ex uno loco in alium migrandum erit. Stragula itaque putat Stephanus h. l. posita esse pro tota supellectile, ut perinde sic quasi praecepisset ἀεὶ τὰ ἑαυτῶν συσκευάζεσθαι, ut Xenophon loquitur, vel *vasa colligere*, tanquam se itineri accingentes. [O.]

35. *Ἐγκέφαλον μὴ ἔσθιε*] Jamblichus: αἰνίττεται, ὡς οὐ δεῖ κακῶς βεβουλευμένα πράγματα καὶ δόγματα διασιλλαίνειν μηδὲ διαδάκνειν. Conf. Brassican. ad Erasm. Adag. p. 1224. Dacerius contra putat, Symbolum hoc idem innuere, quod vetat Horatius II. Od. XI, 11.

— — — quid aeternis minorem
Consiliis animum fatigas?

Zermartre, zerbrich dir den Kopf nicht mit weitaussehenden Planen und Entwürfen. [O.]

36. *Ἀποκαρμάτων* etc.] Jamblichus: Τὸ σύμβολον λέγει

τοῦτο· *Εὐκαταφρόνητα τὰ σύμφυτα μέν σοι, ἀψυχότερα δέ πως, ὥσπερ τιμιώτερα τὰ ψυχικώτερα. Οὕτω δὴ καὶ ἐπειδὰν φιλοσοφεῖν ἐπιβάλλῃ, προτίμα μὲν τὰ διὰ ψυχῆς καὶ νοῦ ἄνευ αἰσθητηρίων ἀποδεικνύμενα διὰ θεωρηματικῆς ἐπιστήμης, καταφρόνει δὲ καὶ κατάπτυε τῶν ἄνευ νοητικοῦ φωτὸς δοξαζομένων διὰ τῶν συμφύτων ψιλῶς αἰσθητηρίων, ἃ μηκέτι εὐτονεῖ τῇ τοῦ νοῦ ἀϊδιότητι παρομαρτεῖν.* Contrarium plane praeceptum affert Diogenes Laertius VIII, 17. *Ἀπονυχίσμασι καὶ κουραῖς μὴ ἐπουρεῖν, μηδὲ ἐφίστασθαι.* cujus hunc esse sensum conjicit Erasmus Adag. p. 17.: Si quos habeamus affines aut cognatos humiles et inutiles, eos tamen non esse usquequaque spernendos et contumeliis insectandos: quo fere modo et Symbolum 32. *Παρὰ θυσίαν μὴ ὀνυχίζου* interpretatus est Jamblichus. Gyraldus autem explicat, non calcandam nec penitus negligendam esse rerum externarum curam. Ceterum et hoc Symbolum suspectum Meinersio. [O.]

37. *Ἐρύθρινον μὴ προσλαμβάνου*] Jamblichus explicat: *ἀπηρυθριακότα καὶ ἀναίσχυντον μὴ ἐπιδέχου ἄνθρωπον, ἢ ἐκ τοῦ ἐναντίου καταπλῆγα καὶ ἐν παντὶ καθ' ὑπερβολὴν ἐρυθριῶντα καὶ ταπεινούμενον ὑπό τε νοῦ καὶ ἀσθενοῦς διανοίας. διὰ δὲ τούτου νοεῖται τὸ μὴ αὐτὸς τοιοῦτος ἴσθι.* Gyraldus contra et Dacerius putant, Pythagoram monere, ut abstineamus a sanguine et vindicta, vel ut fugiamus homines crudeles et sanguinarios. De erythrino pisce (*Meerbarbe*) vide Plin. Hist. Nat. Lib. IX. Cap. XVI. Gyrald. ad hoc Symbolum et Schneider. V. Cl. ad Aristotel. Hist. Anim. VI. Cap. XII. pag. 456. [O.]

38. *Χρυσὰν ἐχούσῃ* etc.] Praeceptum, non Symbolum. Sensus apertus. Quamobrem afferre nolui interpretationes mysticas, quas in illud protulerunt Jamblichus et Gyraldus. [O.]

39. *Προτίμα τὸ σχῆμα* etc.] Hoc Symbolum ab Symbolorum enarratoribus intactum relictum est praeter Brassicanum, qui sua ex Jamblicho hausit. Arcerius ita convertit: *In primis honorato cum habitum, tum et tribunal: habitum inquam et triobolum.* Brassicanus autem ita: *Honora cum primis figuram et aram, figuram et triobolum.* Uterque legit bis τὸ σχῆμα. Sed meliorem lectionem τοῦ σχῆμα etiam hic Codex Cizensis servavit. Mihi quidem hoc Symbolum, quemcunque habeat auctorem, ad id videtur pertinere, quod in Jamblichi vita Pythagorae pag. 17. ed. Kuster. relatum legimus de juvene quodam Samio, quem Pythagoras ad geometricorum studium eo incitasse dicitur, quod ipsi mercedis loco pro singulis figuris geometricis tres obolos solveret. Verbum σχῆμα igitur hic, ut in illo vitae Pythagorae loco, significat figuram geometricam, et βῆμα mensuram, quae pedem

aequat. Hinc Symbolum ita capiendum: *In majore honore tibi esto figura et mensura (decempeda), quam figura et triobolus.* Quae ad hanc universam sententiam redeunt: Mathematicorum vel omnino literarum studia colito vel nulla mercede invitatus. Atque profecto hoc Symbolum, si ita intelligitur, dignum est, quod eorum numero, quae Meinersius in libro *Geschichte der Wissenschaften* Tom. I. p. 495. vere Pythagorica esse censet, adjiciatur. [*Kiessling.*] In alia omnia abierunt Gyraldus et Dacerius, ille de S. Trinitate et ejus adoratione a Pythagora commendata somnians, hic legens *προτίμα τὸ σχῆμα καὶ βῆμα καὶ τριόβολον* — βῆμα interpretans de regibus aliisve magistratibus vel judicibus honorandis, *τριόβολον* autem de tribus illis naturis beatioribus, quas in Carminis aurei initio hominibus colendas dixerat Pythagoras, *ἀθανάτους* scil. *θεοὺς*, *ἥρωας ἀγανοὺς* et *καταχθονίους δαίμονας*. Qua ratione autem istae dici potuerint *τριόβολος*, fateor me non intelligère. Verum ex parte vidit Stanlejus in Hist. Philos. pag. 796. ed. Lips. [O.]

λζ. *Κυάμων ἀπέχου*] Vide quae supra observavimus ad Symb. 5. Sprengelius in Historia Rei Herbariae citatus a doctissimo Creuzero in lib. *Symbolik und Mythologie* Tom. I. p. 196. putat, fabarum genus, cujus cibo Pythagoras interdixit discipulis, esse *κύαμον Αἰγυπτίων*, fructum loti Aegyptiae, sive *Nelumbium speciosum* Linnaei. [O.]

40. *Μολόχην* etc.] Perizonius ad Aelian. Var. Hist. Lib. IV. Cap. XVII. putat malvam judicatam sanctissimam a Pythagora, quia simplicissimus et antiquissimus fuerit hominum cibus, teste Hesiodo *Ἔργ.* v. 41.

— — — — — — οὐδ' ἴσασι, ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς
Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

(quod confirmat etiam Plutarchus in Conviv. Sapient. p. 157. ed. Francof., ubi inter alia ait, Deli in templum ferri malvam et similes herbas, *τῆς πρώτης ὑπομνήματα τροφῆς καὶ δείγματα*): ad hoc itaque respicientem Pythagoram commendasse ideo malvam propagandam discipulis suis et ejus cibo illis interdixisse, ut monumentum antiquissimi victus sacrosanctum conservarent. Lil. Gyraldus autem et Dacerius putant, Pythagoram hoc Symbolo commendare voluisse mansuetudinem et placabilitatem. Nam cum *μολόχη* herba sit inter malvae species, cujus virtus est mollire et solvere, facilitatem et mollitudinem hac imagine innuisse philosophum. Quae Jamblichus et ex eo Brassicanus p. 1224. Adag. Erasm. ad hoc Symbolum afferunt, merae sunt argutiae et ineptiae. De varia scriptura *μολόχη* et *μαλάχη* disputat Valckenaer

ὁ πάνυ ad Aristoph. Plut. v. 544. illud Doribus, hoc Atticis in usu fuisse docens. [O.]

42. *Στέφανον μὴ τίλλειν*] Ipse Porphyrius explicat: *τουτέστι τοὺς νόμους μὴ λυμαίνεσθαι· στέφανοι γὰρ πόλεων οὗτοι.* Sic et Hieronymus Apolog. adv. Rufinum: *coronam minime carpendam*, i. e. *leges urbium conservandas.* [O.]

43. *Σπονδὰς ποιεῖσθαι* etc.] Ipse Porphyrius interpretatur: *ἐντεῦθεν γὰρ ᾐνίττετο τιμᾶν τοὺς θεοὺς καὶ ὑμνεῖν τῇ μουσικῇ· αὕτη γὰρ διὰ ὤτων χωρεῖ.* Jamblichus autem de Vit. Pyth. Cap. 18. *σπένδειν τοῖς θεοῖς κατὰ τὸ οὖς τοῦ κύλικος οἰωνοῦ ἕνεκα, καὶ ὅπως μὴ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πίνηται.* Conf. Creuzer V. Cl. in *Symbolik und Mythologie* Tom. I. pag. 128. [O.]

44. *Μήτραν ζώου μὴ ἐσθίειν*] Causam hujus praecepti explicat Hierocles in Aur. Carm. pag. 216. Needh. *Τοῦτο δὲ οὑτωσὶ λεγόμενον ἑνός τινος ἀφίστησιν ἡμᾶς τῶν περὶ γῆν καὶ τούτου σμικροτάτου. Ἐὰν δὲ εἰς τὸ πολύνουν τῆς Πυθαγορικῆς βαθύτητος ἀπίδῃς, τὴν ὅλην τῆς γενέσεως ἀποχὴν δι' ἑνός τινος αἰσθητοῦ παραδείγματος διδαχθήσῃ, καὶ ὡς μὲν ἐν βρώμασι τοῦτο οὐ προσοισόμεθα, ὡς δὲ ἐν τοῖς τοῦ αὐγοειδοῦς καθαρσίοις τὸ ἀπὸ τούτου νοούμενον ἐπιτηδεύσομεν.* Conf. Gyrald. ad hoc Symbol. Opp. Tom. II. p. 455. [O.]

45. *Θνησιμαίων ἀπέχεσθαι*] Idem Hierocles p. 218. *κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τὸ θνησιμαίων ἀπέχεσθαι δεῖν θεωρήσομεν τὸ μὲν ὅλον τῆς θνητῆς φύσεως ἀπείργειν ἡμᾶς, ἤδη δὲ καὶ τῆς τῶν ἀθύτων καὶ ἀνιέρων σαρκῶν μεταλήψεως.* [O.]

46. *Τὸν ἅλα παρατίθεσθαι*] Hinc Parius ille Iamborum scriptor Archilochus id crimini dabat socero suo Lycambae, quod foedera pactaque sale et mensa sancita violasset. Origenes Lib. II. contra Celsum p. 76. ed. Augustan. *Καὶ ὀνειδίζων γε ὁ Πάριος Ἰαμβοποιὸς τὸν Λυκάμβην τὰς μετὰ ἅλας καὶ τράπεζαν συνθήκας ἀθετήσαντα φησὶ πρὸς αὐτόν· Ὅρκον δ' ἐνοσφίσθης μέγαν, ἅλας τε καὶ τράπεζαν.* [*Rittershus.*] Varie interpretantur hoc Symbolum. Laertius VIII, 35. *περὶ τῶν ἁλῶν, ὅτι δεῖ παρατίθεσθαι πρὸς ὑπόμνησιν τοῦ δικαίου. οἱ γὰρ ἅλες πᾶν σώζουσιν, ὅ τι ἂν παραλάβωσι, καὶ γεγόνασιν ἐκ τῶν καθαρωτάτων, ὕδατος καὶ θαλάττης.* Alii, *amicitiam non esse dirimendam.* Nam sale et mensa amicitia sancitur. Hinc proverbium apud Graecos: *ἅλας καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν.* Zenob. Centur. I, 62. ubi vid. Schott. pag. 20. Demostheni etiam ac Chrysostomo *ἁλῶν κοινωνοῦντες sodales convictoresque* dicuntur, et etiamnum proverbium obtinet: *Ein Maas Salz mit einander essen.* Alii, quia sal mystice sapientiam prudentiamque significat, putant, prudentiam hoc Sym-

bolo commendari a Pythagora. Alii tamen, cum frequens sit apud antiquos comparatio salis cum faceto et mordaci quodam lepore, (vide supra annot. ad Demophil. Simil. 19.) interpretantur, *in conviviis utendum esse jocis et facetiarum urbanitate*, quod vero prorsus abhorret a severitate scholae Pythagoricae, et plane repugnat praecepto: *Ὀδόντας μὴ καταγνύειν*. [O.]

47. *Ἄρτον μὴ καταγνύειν*] Varias hujus Symboli explicationes affert Laertius VIII, 35. *Ἄρτον μὴ καταγνύειν, ὅτι ἐπὶ ἕνα οἱ πάλαι τῶν φίλων ἐφοίτων, καθάπερ καὶ νῦν οἱ βάρβαροι· μηδὲ διαιρεῖν, ὃς συνάγει αὐτούς. οἱ δὲ πρὸς τὴν ἐν ᾅδου κρίσιν· οἱ δὲ, εἰς πόλεμον δειλίαν ποιεῖν.* ubi vid. Menag. Conf. Jamblich. Vit. Pyth. Cap. XVIII. pag. 186. Kiessl. qui addit: *οἱ δὲ, ὅτι οὐ δεῖ οἰωνὸν ποιεῖσθαι τοιοῦτον ἀρχόμενον, καταγνύντα καὶ συντρίβοντα.* Dacerius autem No. 24. pag. 242. sic interpretatur: Ne frustulum tantum panis in parvas quadras divisi porrigas pauperibus et egenis, citans Horatii illud I. Epist. XVII. v. 49.

Et mihi dividuo findetur munere quadra.

ita ut Pythagoras hoc Symbolo discipulos suos ab avaritia dehortans idem fere monuerit, quod Salomo praecipit Ecclesiast. Cap. XI. v. 1. *Ἀπόστειλον τὸν ἄρτον σου ἐπὶ πρόσωπον τοῦ ὕδατος· ὅτι ἐν πλήθει τῶν ἡμερῶν εὑρήσεις αὐτόν.* Plura vide ap. Gyrald. p. 657 seq. [O.]

48. *Ὀδόντας μὴ καταγνύειν*] Bene Gyraldus: „Monuisse nos puto philosophum hoc Symbolo, ne in quenquam obtrectantes maledicentesque simus. Nam et *genuinum frangere* „eodem fere modo dixere Latini scriptores, v. c. Persius Sat. „I, 115.

„— — — — — — *secuit Lucilius urbem,*
„*Te, Lupe, te, Muti, et genuinum fregit in illis.*

„et Horatius *dentem Theoninum* dixit pro maledico I. Epist. „XVIII, 82.

„*Dente Theonino cum circumroditur* — — —

„Et omnino Pythagoram ab omni genere irrisionis et dicteriorum abstinuisse testatur post Laertium Suidas in *Πυθαγ.* — „*ἀπείχετο δὲ καταγέλωτος καὶ πάσης ἀρεσκείας, οἷον σκωμμάτων* „*καὶ διηγημάτων φορτικῶν.*" [O.]

49. *Πρὸς τὸν ἥλιον* etc.] Bene exponit Gyraldus: „*Non* „*esse in manifestis rebus et quae in aperto sint repugnandum.* „Quid enim sole clarius?" Paullo aliter Dacerius: Non esse animi secreta aperienda in publico coram hominibus *ἀμυήτοις*. [O.]

50. *Μὴ δεῖν καθεύδειν ἐν μεσημβρίᾳ*] Eo enim tempore lux clarissima et maxima solis vis est. Dixit itaque Pytha-

goras: Claudendi lumini maxime evidenti oculi non sunt. [*Stanlej.*] Sic et Dacerius. Similis sententia Pauli Apostoli Ephes. V, 8. *Ἦτε γάρ ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν κυρίῳ· ὡς τέκνα φωτὸς περιπατεῖτε.* [O.]

51. *Ὠιδαῖς χρῆσθαι πρὸς λύραν*] Praeceptum potius, quam Symbolum. De musica Pythagoreorum Jamblichus de Vit. Pyth. Cap. XXV. pag. 238. Kiessl. *χρῆσθαι δ᾽ αὐτοὺς (Πυθαγορείους) τῇ μουσικῇ ἐν ἰατρείας τάξει. καὶ εἶναί τινα μέλη πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς πεποιημένα πάθη, πρός τε ἀθυμίας καὶ δηγμούς, ἃ δὴ βοηθητικώτατα ἐπινενόητο. καὶ πάλιν αὖ ἕτερα πρός τε τὰς ὀργάς, καὶ πρὸς τοὺς θυμούς, καὶ πρὸς πᾶσαν παραλλαγὴν τῆς ψυχῆς. εἶναι δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐπιθυμίας ἄλλο γένος μελοποιΐας ἐξευρημένον. χρῆσθαι δὲ καὶ ὀρχήσεσιν. ὀργάνῳ δὲ χρῆσθαι λύρᾳ.* [O.]

52. *Ἄνευ προστάγματος τοῦ αὐτοκράτορος* etc.] *Retinendus enim est animus in custodia corporis, nec injussu ejus, a quo ille nobis est datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus adsignatum a deo defugisse videamini*, inquit Cicero in Fragmentis de Republica. Conf. pulcherrimum locum Platonis in Phaedone. [O.]

53. *τὸ ἑφθὸν μὴ ἐποπτᾶν*] h. e. *mansuetudinem et benignitatem in iram ne vertas.* Mitia enim elixa esse dicuntur, assa vero et tosta immitia et incitantia ad iracundiam. Sunt autem qui hoc Symbolum desumptum existimant a Persarum Magis, apud quos Pythagoras aliquandiu est diversatus et institutus. [*Gyrald.*] Conf. Athenaeus Dipnos. Lib. XIV. C. 20. [*Dacer.*]

54. *Ὀξεῖαν μάχαιραν ἀποστρέφου*] Bene explicat Dacerius: *Hominem maledicum fugito*, apposite citans Davidis verba Psalm. LVI. v. 5. *καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν μάχαιρα ὀξεῖα.* [O.]

55. *Τὰ πίπτοντα* etc.] Diogenes Laert. VIII, 34. *τὰ δὲ πεσόντα μὴ ἀναιρεῖσθαι ὑπὲρ τοῦ ἐθίζεσθαι μὴ ἀκολάστως ἐσθίειν.* .. *Ἀριστοφάνης δὲ τῶν ἡρώων φησὶν εἶναι τὰ πίπτοντα, λέγων ἐν τοῖς Ἥρωσι·*

Μὴ γεύεσθ᾽, ἅττ᾽ ἂν καταπέσῃ τῆς τραπέζης ἐντός.

Dacerius putat, Pythagoram hoc Symbolo commendare voluisse charitatem et misericordiam adversus pauperes et egenos, quibus reliquiae mensarum sint distribuendae. [O.]

56. *Ἀπέχου* etc.] Jamblichus C. XXVIII. *κυπαρισσίνην δὲ μὴ δεῖν κατασκευάζεσθαι σορὸν ἀπαγορεύει, διὰ τὸ κυπαρίσσινον γεγονέναι τὸ τοῦ Διὸς σκῆπτρον, ἢ δι᾽ ἄλλον τινὰ μυστικὸν λόγον.* Dacerius contra opinatur, Pythagoram discipulos suos monere voluisse, ne nimios sumptus in funeribus impenderent. (Nam opulentorum sandapilae e cupresso factae.) Quale et XII

Tabularum Leges vetuerunt Romanis: *Rogum ascia ne polito.* [O.]

57. *Τοῖς μὲν οὐρανίοις* etc.] Haec pertinent ad numerorum doctrinam Pythagoreorum, quibus numerus impar (inprimis ternarius), qui dividi non poterat, visus est perfectior et deorum coelestium majestati convenientior. [*Dacer.*] Plura vide ap. Gyrald. [O.]

58. *Μὴ σπένδειν θεοῖς* etc.] De hoc et sequenti Symbolo Plutarchus in Numa Cap. XIV. (p. 172. ed. Hutten.): *ταῦτα δύο σύμβολα τὴν γῆς ἐξημέρωσιν ἔοικε διδάσκειν, ὡς μόριον εὐσεβείας ουσαν.* Gyraldus autem putat, docere philosophum, ut actiones nostras diis immortalibus purgatas offeramus. [O.]

59. *Προσκυνεῖν περιστρεφόμενος*] Plutarchus l. l. *ἡ δὲ περιστροφὴ τῶν προσκυνούντων λέγεται μὲν ἀπομίμησις εἶναι τῆς τοῦ κόσμου περιφορᾶς· δόξῃ δ' ἂν μᾶλλον ὁ προσκυνῶν, ἐπεὶ πρὸς ἕω τῶν ἱερῶν βλεπόντων ἀπέστραπται πρὸς τὰς ἀνατολὰς, μεταβάλλειν ἑαυτὸν ἐνταῦθα, καὶ περιστρέφειν ἐπὶ τὸν θεὸν, κύκλον ποιῶν καὶ συνάπτων τὴν ἐπιτελείωσιν τῆς εὐχῆς δι' ἀμφοῖν. εἰ μὴ νὴ Δία τοῖς Αἰγυπτίοις τροχοῖς αἰνίττεταί τι καὶ διδάσκει παραπλήσιον ἡ μεταβολὴ τοῦ σχήματος, ὡς οὐδενὸς ἑστῶτος τῶν ἀνθρωπίνων, ἀλλ' ὅπως ἂν στρέφῃ καὶ ἀνελίττῃ τὸν βίον ἡμῶν ὁ θεὸς, ἀγαπᾷν καὶ δέχεσθαι προσῆκον.* An Saliorum apud Romanos et hodiernorum quorundam monachorum apud Turcas (*les Dervis*) saltationes inque gyrum celerrimae rotationes tale quid sibi velint, alii viderint. [O.]

60. *Καθῆσθαι προσκυνήσοντα*] Plutarchus ibid. *τὸ δὲ καθέζεσθαι προσκυνήσαντας οἰωνισμὸν εἶναι λέγουσι τοῦ βεβαιότητα ταῖς εὐχαῖς καὶ διαμονὴν τοῖς ἀγαθοῖς ἐπιγίνεσθαι. λέγουσι δὲ καὶ πράξεων διορισμὸν εἶναι τὴν ἀνάπαυσιν· ὡς οὖν τῇ προτέρᾳ πράξει πέρας ἐπιτιθέντας καθέζεσθαι παρὰ τοῖς θεοῖς, ἵνα ἑτέρας πάλιν ἀρχὴν παρ' ἐκείνων λάβωμεν. δύναται δὲ καὶ τοῦτο τοῖς εἰρημένοις ὁμολογεῖν, ἐθίζοντος ἡμᾶς τοῦ νομοθέτου μὴ ποιεῖσθαι τὰς πρὸς τὸ θεῖον ἐντεύξεις ἐν ἀσχολίᾳ καὶ παρέργως, οἷον σπεύδοντας, ἀλλ' ὅταν χρόνον ἔχωμεν καὶ σχολὴν ἄγωμεν.* Dacerius, ut edidi, habet *προσκυνήσοντας:* apud Plutarchum vero est *προσκυνήσαντας.* Utro modo legamus, praeceptum Pythagora dignissimum exit, vel *ante rem sacram faciendam*, vel *post illam peractam quietus esto et meditabundus ac sedatis affectibus.* [O.]

62. *Ὅταν βροντᾷ, γῆν θίγειν*] Monet philosophus, ut memores simus mortalitatis et nostrae originis. Etenim cum coeli porta tonat, ut ait poeta, signum est futurae tempestatis. Ergo instantibus signis irae coelestis terram tange, et te mortalem

memineris. [*Gyrald.*] Vel etiam: *Irato rege vel principe et increpante offendens se ipsum submittat.* [*Stanlej.*]

63. *Ἓν, δύο*] Reuchlinus Symbolum hoc ait de rerum principiis commodissimum. Quid enim citius occurrit res singulas intuentibus, quam *unum* et *duo*, cum causas et originem universorum scrutari voluerimus. Legimus praeterea, Zaretam, Pythagorae praeceptorem, *unum* et *duo* per nomina propagationis pronuntiare consuevisse, *unum*, id est *ἕνα*, patrem appellando, et *duo* matrem, Plutarchi testimonio. Quin etiam prisci illi *Ζῆνα*, id est Jovem, *unum* et *Ἥραν* vel Junonem *duo* vocabant, quod et Phurnutus (de Nat. Deor.) observavit. Symbolum igitur: *Unum, duo*, ad naturae principia pertinebit. [*Gyrald.*] De duobus principiis, *deo* et *materia*, dictum intelligit Dacerius. [O.]

64. *Μὴ ἐσθίειν ἀπὸ δίφρου*] Si v. *ἀπὸ δίφρου ex curru* interpretemur, sensus erit, cibum quiete capiendum: sin autem (quod magis placet Oleario ad Stanlej. pag. 798.) *e sella*, significabit, *negotii ubi instat tempus, non otio esse indulgendum.* [O.]

65. *Φοίνικα μὴ φυτεύειν*] Duplicem hujus Symboli, quod reliqui intactum reliquerunt, interpretationem affert Dacerius, aut: *Laborem inutilem ne suscipias*, quia scil. palma solummodo ubi sponte nascatur fructus ferat, nullos autem, ubi fuerit transplantata; aut etiam: *Cave tibi ab illis, quae primo quidem adspectu jucunda videntur aut palato dulcia sunt, at vero corpori nocent, vel, cum illis usus fueris, damnum afferunt.* Nam palmae fructum, inprimis vinum ab eo expressum, capiti nocere testatur Xenophon Anab. II. Cap. III, 15. *Καὶ ἦν παρὰ ποτὸν ἡδὺ μὲν* (scil. *χρῆμα*), *κεφαλαλγὲς δέ.* ubi Schneider. V. Cl. citat Dioscorid. I, 148. et Plin. XXXIII, 4. [O.]

66. *Φυτὸν ἥμερον* etc.] Addit Laertius: *ἀλλὰ μηδὲ ζῶον, ὃ μὴ βλάπτει ἀνθρώπους.* Interpretantur nonnulli: *Innoxio ne noceas*; sed praeceptum est de arboribus frugiferis non laedendis. [O.]

67. *Ἐχεμυθίαν ἀσκεῖν*] De silentio, *ἐχεμυθίᾳ*, Pythagoreorum res nota. Vide inprimis A. Gell. Noctt. Att. Lib. I. Cap. I. [O.]

68. *Ἰχθύων μὴ γεύεσθαι*] Hoc ad silentium refertur a nonnullis, v. c. Eustathio ad Odyss. *M.* pag. 1720. ed. Rom. Sunt alii qui dicant, propterea pisces vetari a Pythagora, quia in sacrificiis non adhibeantur. Plura vide ap. Gyrald. [*Stanlej.*]

69. *Ἐπὶ γῆς μὴ πλεῖν*] Clemens Alexandr., cui uni hoc Symbolum debemus, ita explicat Strom. V. p. 559. *Ἐπὶ γῆς μὴ πλεῖν Πυθαγόρειον ἐστὶ σύμβολον· δηλοῖ δὲ τὰ τέλη καὶ τὰ ὅμοια*

τῶν μισθωμάτων, ταραχώδη καὶ ἄστατα ὄντα, παραιτεῖσθαι δεῖν. διὰ τοῦτό τοι ὁ λόγος τοὺς τελώνας λέγει δυσκόλως σωθήσεσθαι. [O.]

70. *Τὸν δεξιὸν ὑποδεῖσθαι πρότερον*] Vide supra Symb. 19. *Εἰς μὲν ὑπόδησιν τὸν δεξιὸν πόδα προπάρεχε, εἰς δὲ ποδόνιπτρον τὸν εὐώνυμον.* et quae ibi observavimus. [O.]

71. *Οὐδὲ εἰς περιῤῥαντήριον* etc.] Fateor, me haec non intelligere. At si inverso ordine legamus: *Οὐδὲ εἰς βαλανεῖον ἐμβάπτειν, οὐδὲ ἐν περιῤῥαντηρίῳ λούεσθαι*, sententia exibit viro sapiente digna: *Quocunque scil. instrumento utendum esse ad usus ipsi convenientes, non autem ad alienos.* [O.]

72. *Μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι*] Clemens Alexandr. Strom. IV. p. 543. *Τί τοίνυν οἱ Πυθαγόρειοι βουλόμενοι μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι κελεύουσιν; ἐμοὶ δοκεῖ, οὐχ ὅτι τὸ θεῖον ᾤοντο μὴ δύνασθαι τῶν ἡσυχῇ φθεγγομένων ἐπαΐειν, ἀλλ' ὅτι δικαίας ἐβούλοντο εἶναι τὰς εὐχάς, ἃς οὐκ ἄν τις αἰδεσθείη ποιεῖσθαι πολλῶν συνειδότων.* [O.]

In Symbola latine edita a Gyraldo.

1. *Sepiam ne edito*] Sensus esse videtur: Cum hominibus dolosis et dissimulatoribus nil tibi negotii esto; quia sepia capta emisso atro liquore mare inficeat, atque oculis hominum se subducit, prout est apud Plutarchum de solertia animal. pag. 978. A. ed. Wechel. [*Stanlej.*] Hoc itaque Symbolum unum idemque esset cum Symbolo 6. *Μὴ γεύεσθαι μελανούρων.* [O.]

4. *Mustela* etc.] Mustela enim auctore Plutarcho (de Is. et Osir.) ex ore parit adeoque sermonis ex ore procedentis est symbolum. [*Stanlej.*] Vid. Aelian. de Nat. Animal. Lib. II. Cap. LV. quam tamen fabulam refutat Aristoteles Hist. An. IX, 65. [O.]

5. *Arma a muliere* etc.] Forte hoc etiam sibi vult illud Symbolum, foeminarum contentionibus neminem se immiscere debere. [*Stanlej.*]

10. [*Offensa in vestibulis* etc.]] Praeceptum hocce superstitiosum Pythagora indignissimum videtur fluxisse ex Novorum Pythagoreorum schola. [O.]

14. *Lapidem in fontem jacere* etc.] Simile Hesiodi illud Ἔργ. v. 758.

Μηδ' ἐπὶ κρηνάων οὐρεῖν.

et Proverb. Salomon. XXV, 26. *Ὥσπερ εἴ τις πηγὴν φράσσοι καὶ ὕδατος ἔξοδον λυμαίνοιτο, οὕτως ἄκοσμον δίκαιον πεπτωκέναι ἐνώπιον ἀσεβοῦς.* [*Stanlej. et Dacer.*]

17. *Sinistra* etc.] Sinistrae enim manui furta et rapinae maxime tribuuntur, ut in iste Catulli Epigrammate XII.

Marrucine Asini, manu sinistra
Non bene uteris in joco atque vino:
Tollis lintea negligentiorum. [*Stanlej.*]

18. *In sepulcro ne dormito*] Simile est Hesiodi illud Ἔργ. v. 750.

Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν. [*Idem.*]

22. *Sudorem ferro abstergere* etc.] In eandem sententiam illud Jesu Siracidae XXXIV, 21. 22. Ἄρτος ἐπιδεομένων ζωὴ πτωχῶν, ὁ ἀποστερῶν αὐτὴν ἄνθρωπος αἱμάτων. φονεύων τὸν πλησίον ὁ ἀφαιρούμενος ἐμβίωσιν, καὶ ἐκχέων αἷμα ὁ ἀποστερῶν μισθὸν μισθίου. ubi vid. Bretschneider. pag. 459. [O.]

34. *Vulturem avem* etc.] Toto coelo aberravit a vero sensu Gyraldus. Dicere vult hoc Symbolum: *Homo avarus et rapax malum omen.* Vid. supra ad Symb. 25. Γαμψώνυχον μηδὲν παράτρεφε. [O.]

Annotationes in Democratis Sententias cum varietate lectionis Codicis Palatini.

ΔΗΜΟΚΡΑΤΟΥΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΓΝΩΜΑΙ ΧΡΥΣΑΙ] Cod. Palat. Γνῶμαι Δημοκράτους.

1. *Γνωμέων μεν*] Palat. Γνωμέων μὲν scripturae vitio. [O.]

ἔρξει] Ita Cod. Palat. quod praetuli tanquam rariorem formam jam in Homero Od. *B.* v. 360. obviam. Antea ῥέξει. [O.]

ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἄξια] ἀγαθοῦ, quod deerat in editt., addidi e Cod. Palat. [O.]

οὐχ ἕξει] Annon iterum legendum οὐκ ἔρξει? [O.]

2. *Ψυχῆς μὲν* etc.] Stobaeus Serm. I. et Antonius Melissa Cap. 167. tribuunt Democrito, et expressit Plato de Republ. Lib. III. p. 403. [*Holsten.*] Plenius Stobaeus l. l. Ἀνθρώποις (l. Ἀνθρώποισι) ἁρμόδιον ψυχῆς μᾶλλον ἢ σώματος ποιεῖσθαι (l. ποιέεσθαι) λόγον. Ψυχὴ μὲν γὰρ τελεωτάτη σκήνεος μοχθηρίαν ὀρθοῖ, σκήνεος δὲ ἰσχὺς ἄνευ λογισμοῦ ψυχὴν οὐδέν τι ἀμείνω τίθησι. [O.]

τελεότης] Formam ionicam servavit Codex Palat. Editt. τελειότης. [O.]

σκήνεος] Ita Cod. Palat. Editt. σκήνους. Σκῆνος et σκηνή, *tentorium, habitaculum,* saepissime apud sacros aeque ac profanos scriptores comparatur cum corpore humano. Etymol. Magn. Σκῆνος μὲν καὶ τὸ σῶμα παρὰ τὸ σκήνωμα καὶ σκηνὴν εἶναι τῆς ψυχῆς, οἷον οἰκητήριον. Sic et in N. Testamento in notissimo illo loco Paulino II. Cor. V, 1. ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ. et vs. 4. οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει. Vid. Schleusner. in Lexico, Davis.

ad Maxim. Tyr. Dissert. VIII. (vulgo XXXVIII.) pag. 133. ed. Reisk. nostri loci haud immemorem et praecipue, qui de hoc aliisque corporis humani epithetis, v. c. ἀγγεῖον, ἀσκὸς, θύλακος, ἔλυτρον, σκεῦος, *vas*, *vasculum*, multus est, Fischer. in Indice ad Aeschin. Socr. v. Σκῆνος. [O.]

σκήνεος δὲ ἰσχὺς] Sic restitui ex Stobaeo, monente jam Davisio ad Maxim. Tyr. l. l. Editt. et Cod. Palat. σώματος δὲ ἰσχύς. Et potuit sane Democrates, vel quisquis fuerit collector harum sententiarum Democriti, explicationis causa ponere σώματος. [O.]

οὐδέν τι] Sic Codex Palat. cum Stobaeo. Bene. Vide Schaefer. V. Cl. ad Gregor. Corinth. p. 864. et in Ind. v. τὶς et Melet. Crit. p. 12. In Editt. deest τι. [O.]

3. Ὁ τὰ ψυχῆς ἀγαθὰ ἐρεόμενος etc.] Insolens prorsus et, quod sciam, sine exemplo est verbi ἐρᾶσθαι (vel ion. ἐρέεσθαι. Vid. Maittaire de Dialect. pag. 157. ed. Sturz.) cum accusativo rei amatae constructio. Annon legendum αἱρεόμενος τὰ θειότερα αἱρέεται? Cod. Palat. ἐρεώμενος. Male. [O.]

ὁ δὲ τὰ σκήνεος] Sic Cod. Palat. Editt. ὁ τὰ σκήνους. [O.]

τ' ἀνθρωπήϊα] Formam hanc ionicam et Herodoteam (v. c. I, 5. 29. vid. Maittaire p. 134. Sturz.) debemus Codici Palat. Editt. τ' ἀνθρώπινα. [O.]

4. εἰ δὲ μὴ, μὴ ξυναδικέειν] In Epiretico Exemplari Bibliothecae Barberinae legebatur εἰ δὲ μὴ, ξυναδικέειν. Sed loci sensus geminam negationem requirit, cum sententia 28. non solum injuria, sed et animo laedendi abstinendum moneat. Democritus apud Stobaeum Serm. III. et IV. ad vindicandam injuriam cohortatur, unde hic ξυνεκδικέειν potius scribendum foret, si Democratem nostrum eundem cum Democrito esse certo constaret. [*Holsten.*]

5. Ἀγαθὸν εἶναι χρὴ, ἢ μιμεῖσθαι] Stobaeus Serm. XXXVII. (περὶ χρηστότητος) hanc sententiam Democrito attribuens sic effert: Ἀγαθὸν ἢ εἶναι χρεὼν ἢ μιμεῖσθαι. Sed cui bono haec imitatio aut simulatio, cum bonum esse, non videri oporteat? Nam quod Epicurus dicebat de studio sapientiae (in Epistola ad Menoec.), id virtuti etiam quadrat. Οὐ προσποιεῖσθαι δεῖ φιλοσοφεῖν, ἀλλ' ὄντως φιλοσοφεῖν· οὐ γὰρ προσδεόμεθα τοῦ δοκεῖν ὑγιαίνειν, ἀλλὰ τοῦ κατ' ἀλήθειαν ὑγιαίνειν. Rectius ergo mea quidem sententia sic scriberetur: οὐ μιμεῖσθαι (vel propius ad lectionem corruptam μὴ μιμεῖσθαι. O.), vel sane addendum aut saltem intelligendum μᾶλλον. [*Idem.*] Sed μᾶλλον h. l. vix subaudiri potest ob sermonis ambiguitatem, et dubitare licet, annon

Democritus, quem nonnunquam praecepta prudentiae potius quam verae virtutis et honestatis dedisse infra ad Democrat. Sent. 10. observabimus, ipse scripserit ἢ μιμεῖσθαι. [O.]

6. σώμασι] Delevi in his et sequentibus ν ἐφελκυστ., cum Ionica dialectus illud respuat. Grammaticus Augustan. de Dialect. Ion. in Gregorii Corinth. editione Lipsiensi p. 669. §. XXV. Ἐν τοῖς τρίτοις προσώποις ἡ νέα τῶν Ἰώνων διάλεκτος καὶ ἐν ταῖς δοτικαῖς πληθυντικαῖς τὸ ν ἐφελκυστικὸν οὐ (τίθησιν), εἰ μὴ χάριν μέτρου. In Foesii autem Hippocrate singulis fere paginis retentum est ν ἐφελκ. [O.]

ὀρθοσύνῃ] Bene vertit Holstenius *animo recto*, h. e. fallere vel simulare nescio, quo scil. lucramur hominum fiduciam, *Geradheit*, *la droiture*, ut vertit Levesque. Unum nostrum exemplum citat Schneiderus in Lexico. [O.]

καὶ πολυφροσύνῃ] Lectionem hanc praestantissimam debemus Codici Palat. Editt. καὶ δικαιοσύνῃ, quod vero idem fere esset cum ὀρθοσύνῃ. Sed πολυφροσύνῃ, *animi solertia*, *Betriebsamkeit*, *Erfindungsgeist*, unice verum et verborum sententiae accommodatissimum. Eodem sensu Homerus Odyss. Θ. 295.

— — — ἀμφὶ δὲ δεσμοὶ
Τεχνήεντες ἔχυντο πολύφρονος Ἡφαίστοιο. [O.]

8. Μέγα etc.] Sententiam Democrito adscriptam habet etiam Stobaeus Serm. 106. ὅτι δεῖ γενναίως φέρειν τὰ προσπίπτοντα. [O.]

συμφορῇσι] Cod. Palat. ξυμφορῇσι. Inter Ionicos scriptores Herodotus quidem constanter habet συμφορή, v. c. I. C. 32. πᾶν ἐστι ἄνθρωπος συμφορή. Hippocrates autem amat ξυμφέρω, ξυμφορή. Vide Foes. in Oeconom. Hippocrat. Et dubium omnino est, utro modo Democritus scripserit. [O.]

9. αἰσχροῖσι] Cod. Palat. αἰσχροῖσιν. Male. Vide supra ad Sent. 6. [O.]

ἔργμασι] Ita Cod. Palat. Editt. πρήγμασι. Vide infra ad Sent. 29. [O.]

10. Ἀληθόμυθον etc.] Cod. Palat. ἀλῃόμυθον, vitiose: et mox omittit εἶναι. Videtur autem Democrates, sive quisquis fuerit auctor huius collectionis, cui displicebat Democriti sententia prolata a Stobaeo Tit. περὶ ψεύδους — Ἀληθομυθέειν χρεών, ὅπου λώϊον, sic eam in melius mutasse: nisi illic sit corrupta lectio. [O.]

11. Ὁ ἀδικῶν etc.] Si Democriti est haec sententia, scripsit sine dubio: Ὁ ἀδικέων τοῦ ἀδικεομένου etc. [O.]

12. *Μεγαλοψυχίη*] Cod. Palat. *ἡ μεγαλοψυχίη*: male. Nam *μεγαλοψυχίη* praedicatum est, non subjectum. [O.]

πλημμέλειαν] Idem Codex *πλημέλειαν*: sed alterum *μ* supra lineam insertum est. [O.]

13. *Νόμῳ* etc.] Democriti est sententia apud Stobaeum Serm. V. *περὶ σωφροσύνης*. [O.]

τῷ σοφωτέρῳ] Omisit articulum Stobaeus. Cod. Palat. *τῷ σοφωτάτῳ*. [O.]

14. *Μωμεομένων φλαύρων* etc.] Restitui genuina Democriti verba cum ex Stobaeo Serm. XXXVIII. *περὶ φθόνου*, tum e MSto Palat. ubi est *Μωμεομένων φαύρων*. Editt. *Μεμφομένων φαύλων ὁ ἀγαθὸς οὐ ποιεῖται λόγον*. *Μωμάομαι*, Ion. *μωμέομαι*, verbum Homericum. Apollonius Sophist. Lex. Hom. *Μωμήσονται — οἱονεὶ καταπαίξονται· μῶμος γὰρ ὁ μετὰ ψόγου καταπαιγμός*. (Il. *Γ*. 412.)

Πᾶσαι μωμήσονται· ἔχω δ' ἄχε' ἄκριτα θυμῷ.

Conf. intpp. ad Hesych. Tom. II. p. 647. ed. Alberti. [O.]

15. *Χαλεπὸν* etc.] Et haec sententia Democrito attribuitur a Stob. Serm. XLIII. *περὶ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι δυνατῶν*. *χερείονος* pro *χείρονος*, quod Editt. habent, restitui e Cod. Palat. [O.]

16. *οὐκ ἄν ποτε εἴη δίκαιος*] Holstenius: *haud quaquam erit justus*. Potius: *Nunquam fieri potest, ut justus sit, qui pecuniis facile vincitur.* [O.]

17. *Ἰσχυρώτερος ἐς πειθὼ* etc.] Cod. Palat. *Ὁ ἰσχυρότερος εὐπειθεῖ*. Male, cum *ἰσχυρώτερος* praedicatum sit, conjungendum cum *γίνεται*. [O.]

18. *Τὸν οἰόμενον* etc.] Hinc corrigendus Stobaeus Serm. X. *περὶ ἀδικίας*, ubi haec verba Democrito (al. Demonico) attributa corruptissime sic leguntur: *Χρυσοῦ τὸν οἰόμενον νόον ἔχειν οὐ νουθετέων τι ματαιοπονέει*. C. Gesnerus conjicit *Χρυσοῦ δεσπότην* etc. et delet *οὐ* ante *νουθετέων*, quod haud plane rejiciendum videtur. Nam pauper, qui ob egestatem aliorum arbitrio obnoxius est, quamvis sit *φίλαυτος*, vix tamen audebit refragari monitoribus. Sed potius conjecerim, extremum verbum proxime antecedentis sententiae *χρυσοῦν* ab inscio quodam librario ad hanc fuisse traductum. Bene Levesque vertit: *C'est perdre le temps que de vouloir eclairer l'orgueilleux qui s'etonne lui meme de ses propres lumieres.* Ceterum Ionismos ex Stobaeo restitui. [O.]

19. *Πολλοὶ λόγον* etc.] Duas sententias in unam contraxi secutus auctoritatem Codicis Palat., qui pro *πολλοὶ δρῶντες* habet *πολλοὶ δὲ δρῶντες* tanquam oppositum prioris lemmatis, cum quo conferenda ex parte verba Pauli Apostoli Rom. II, 14. [O.]

20. *σωφρονέουσι*] Ionismum extinguit Codex Palat. habens σωφρονοῦσιν. Male. [O.]

22. *εὐφυέες*] In Codice fuit εὐφυίες, sed recentior manus ι correxit in ε.

23. *Κτηνέων* etc.] Genuina Democriti verba restituimus cum ex Stob. Serm. LXXXIV. περὶ εὐγενείας, tum ex Cod. Palat. In Editt. est: Κτηνίων μὲν εὐγένεια ἡ τοῦ σώματος εὐσθένεια· ἀνθρώπων δὲ ἡ τοῦ ἤθους (Gale ἔθους. Male.) εὐτροπίη. Post hanc sententiam Codex Palatinus aliam inserit, quae in editis desideratur, quamque infra dedimus in Democriti Fragm. 107. Ἐλπίδες αἱ τῶν ὀρθὰ φρονεόντων ἐφικταί· αἱ δὲ τῶν ἀξυνέτων ἀδύνατοι. [O.]

24. *εἰ μὴ μάθῃ*] Cod. Palat. ἢν μή. Sed praefero vulgatum, cum εἰ subjunctivo junctum Ionicum sit. Vide Matthiae Grammat. §. 525. et annotatt. nostr. ad Nicolaum Damascen. Supplement. pag. 15. [O.]

25. *Κρέσσον* etc.] Democriti est sententia apud Stobaeum Serm. XIII. περὶ παῤῥησίας, unde Ionismum restitui. Antea Κρεῖσσον. Pro οἰκεῖα in MS. Palat. est οἰκεία. [O.]

26. *Οἷσιν* etc.] Ita Stobaeus Serm. XXXVII. περὶ χρηστότητος et Melissa Cap. 97. (Democrito attribuentes hanc sententiam). Editt. Ὧν ὁ τρόπος. [O.]

27. *Ἀγαθὸν* etc.] Democriti est sententia ap. Stobaeum Serm. IX. εἰς δίκαιον, ex quo Ionicam formam ἀδικέειν restitui. Οὐ τὸ μὴ ἀδικέειν est pro οὐ μόνον τὸ μὴ ἀδικεῖν, de qua notissima ellipsi vide intpp. ad Lam. Bos. Ellips. Graec. p. 309. (marg. 178.) ed. Schaefer. In Cod. Palat. corruptissima haec sententia: Ἀγαθὸν οὐ τὸ τὸ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλὰ τὸ μηδ᾽ ἐθέλειν. Pro Ἀγαθὸν dubito annon legendum sit Ἀγαθοῦ. [O.]

28. *Εὐλογέειν* etc.] Democriti est sententia apud Stobaeum Serm. XIV. περὶ κακίας, ubi postrema verba sic leguntur: κίβδηλον καὶ ἀπατεῶνος ἔργον. Pro εὐλογέειν Cod. Palat. habet Εὖ λέγειν. Pro ἔργμασι Holsten. et Gale ἔργοισι. Stanlejus vertit: *Recte facta collaudare honestum est, mala vero laudibus evehere adulterini animi atque impostoris est.* [O.]

29. *Πολλοὶ πολυμαθέες*] Itidem Democriti sententia apud Stobaeum Serm. IV. περὶ σωφροσύνης, ex pro νόον rescripsi pro νοῦν. [O.]

31. *πρὸ τῶν πράξεων*] Πρὸ addidi e Cod. Palat. Poterat et omitti. Vide supra ad Demophili Simil. 13. [O.]

33. *Δόκιμος ἀνὴρ καὶ ἀδόκιμος*] scil. ἐστί. *Homo probatur aut reprobatur. Er zeigt sich als gut oder als schlecht.* [O.]

34. *Ἀνθρώποις πᾶσι* etc.] Corruptissima haec verba,

quae in editis desiderantur, tanquam novam sententiam inserit h. l. Codex Palat. Post *τά*, notante viro docto, qui illum in meos usus contulit, erasum quid. Legendum fortassis: *Ἀνθρώποισι πᾶσι σεβαστά ἐστι τὸ ἀγαθὸν καὶ ἀληθές· ἡδὺ δὲ ἄλλῳ ἄλλο. Apud omnes quidem homines in honore sunt bonum ac verum: gratum tamen alii aliud. Bei allen Menschen steht zwar das Gute und Wahre (Tugend und Wahrheit) in einer gewissen Achtung; im übrigen aber liebt der eine dies, der andre anderes.* [O.]

38. *ἀνυβρίστως*] Cod. Palat. *ἀνύβριστα* adverbialiter. Bene vertit Holstenius *citra nullius injuriam*, h. e. *ita ut nulli injuriam facias*. Nam significatione activa accipiendam esse h. v. docet v. *Δίκαιος*. Alias *ἀνυβρίστως* sensu passivo est *nulla injuria* vel *contumelia lacessitus*. Utriusque significationis exempla affert H. Stephanus in Thesauro. [O.]

39. *συμφέρῃ*] Palat. *ξυμφέρῃ*.

40. *Κρέσσον* etc.] Ionismos restitui e Cod. Palat. et Stobaeo Serm. XLII. *περὶ νόμων καὶ ἐθῶν*, ubi eadem Sententia legitur Democrito adscripta. Editt. *Κρεῖσσον ἄρχεσθαι τοῖς ἀνοήτοις*. [O.]

41. *Νηπίοισι οὐ λόγος* etc.] Egregie in eandem sententiam Manuel Palaeologus in praeceptis educationis regiae (quem libellum vere aureum alia occasione luci dabimus) Cap. 32. pag. 58. ed. Basil. *Ἡδὺ τι τὸ μαθεῖν ἐστιν, οὐκ ἐκ τοῦ παθεῖν πταίσαντα, ἀλλ' ἐκ τοῦ διαπεφευγέναι τὸ δυσχερέστερον, τῇ τῶν ἄλλων διαμαρτίᾳ γενόμενον ἐμπειρότερον. Οἱ πλείους δὲ, ὡς ἔοικεν, ἀγνωροῦσι τοῦδε τοῦ πράγματος, καὶ τὰς οἰκείας συμφορὰς ἀναμένουσιν, ὥστε παρ' ἐκείνων μαθεῖν, μισθὸν παρέχοντες ταύτης τῆς μαθήσεως ζημίαν, πολλάκις οὐδ' εὐανάκλητον. Μῦθος δέ τις ἐστιν αὐτοῖς, οὐ τοσοῦτον ἰατρὸν εἶναι, τὸν ἐπιστήμῃ τοῦτ' ὄντα, ὡς τὸν περιπεπτωκότα ποικίλοις πάθεσι. Σὺ δ' ἂν μάθοις, εἰ βούλει, καὶ μὴ παθὼν, τὰς τῶν ἄλλων συμφορὰς οἰκειούμενος, καὶ τὰ τούτων αἴτια φυλαττόμενος, οὕτω παντάπασιν ἀκριβῶς, ὥσπερ ἂν εἰ σοι συνέβη περιπεπτωκέναι τοῖς χαλεποῖς.* [O.]

ἀλλὰ συμφορῇ] Cod. Palat. *ἀλλὰ ξυμφορῇ*. Editt. *ἀλλ' ἡ συμφορά*. Vide supra ad Sent. 8. [O.]

42. *ἄνευ συνέσιος*] Sic pro *συνέσεως*, quod Editt. habent, dedi e Democrito Stobaei Serm. IV. *περὶ ἀφροσύνης*, qui habet *ξυνέσιος*, et fortassis ita scripsit Democritus. Vide supra ad Sent. 8. [O.]

ἀκτήματα] Cod. Palat. *χρήματα*. [O.]

43. *πορίζειν μὲν*] Ita Cod. Palat. et Stobaeus, ubi eadem

Democriti sententia est, Serm. XCII. ὅτι τὰ χρήματα ἀβλαβῆ. Editt. μὲν πορίζειν. [O.]

ἐξ ἀδικίης δὲ πάντων κάκιον] Ita Cod. Palat. et Stobaeus, qui habet πάντως κάκιον. Editt. ἐξ ἀδικίας δὲ πάντων χαλεπώτατον, quod eodem fere sensu mox occurrit Sent. 44. Sed praeferendum κάκιον, *omnium perniciosissimum*, *schlimmer als alles.* [O.]

46. Τὸ ἀεὶ μέλλον etc.] Ita Cod. Palat. Editt. Τὸ ἀεὶ μέλλειν. Sed illud praetuli, cum sit Participii pro Infinitivo Substantivi vicem gerente positi rarior usus et exquisitior. Ita Lucianus Nigrin. Cap. I. ἡ ἀμαθία μὲν θράσος, ὀκνηροὺς δὲ τὸ λελογισμένον ἀπεργάζεται, ubi vid. Hemsterhus. p. 228. ed. Bipont. Conf. Schaefer. V. Cl. ad Gregor. Corinth. p. 218. Ceterum Democriti est sententia apud Stobaeum Serm. XXIX. περὶ φιλοπονίας. [O.]

τὰς πρήξιας] Cod. Palat. τὰς πράξιας. [O.]

47. Κίβδηλοι] MS. Palat. κίβδηλοι μὲν. Male. [O.]

ἀγαθοφανέες] Tanquam ἅπαξ λεγόμενον citat h. v. Schneiderus in Lexico. [O.]

48. Μακάριος etc.] Non habet hanc sententiam Codex Palat. [O.]

49. ἀμαθίη τοῦ κρέσσονος] MS. Palat. ἀμαθία τοῦ κρέσσονος. Editt. ἀμαθίη τοῦ κρείσσονος. [O.]

51. πολλὰ εὐσχημονεόμενος] Sic edidi e Cod. Palat. ut sensus sit: *qui externum splendorem sectatur*, *der nur äusserlich zu glänzen sucht.* Editt. habent πολλὰ καλλωπιζόμενος, quod Holstenius vertit *nimiumque scitus.* Vid. Gataker. ad Antonin. XII. §. 27. pag. 360. [O.]

52. Πλεονεξίη] Democriti est sententia apud Stobaeum Serm. XXXVI. περὶ ἀδολεσχίας. [O.]

ἀκούειν ἐθέλειν] Cod. Palat. et Stobaeus ἐθέλειν ἀκούειν. Sed meo quidem judicio ἐθέλειν aptius ponitur in fine sententiae; pertinet enim ad utrumque et λέγειν et ἀκούειν. *Es zeigt grosse Selbstsucht an, über alles reden und nichts hören wollen.* [O.]

53. μὴ καιροῦ λάβηται] καιροῦ scil. τοῦ vel εἰς τὸ κακουργεῖν. Et si Democriti est haec sententia, pro τὸν φαῦλον scribendum τὸν φλαῦρον, quod habuimus supra Sent. 14 et 28. [O.]

54. Ὁ φθονέων ἑωυτὸν] Sic correxi ex Stobaeo Serm. XXXVIII. περὶ φθόνου, ubi eadem legitur Democriti sententia. Editt. Ὁ φθονῶν ἑαυτόν. [O.]

55. οὐχ ὁ ἀδικῶν] Οὐ et οὐκ, sequente ἀλλὰ καὶ vel δὲ,

pro *οὐ μόνον*. Vide Davis. ad Cic. Tusc. V, 6. pag. 389. ed. Rath. nostrum quoque locum citantem, et quae observavimus supra ad Sent. 29. [O.]

ἀλλὰ καὶ ὁ βουλόμενος] Sic edidi e Cod. Palat. ubi est *ἀλλ' ὁ βουλόμενος*. Editt. *ἀλλὰ καὶ ὁ βουλεύων*. [O.]

56. *τῆς τῶν*, etc.] Cod. Palat. *τῇ τῶν*. Deinde paulo post hanc sententiam cum sequent. conjungens uno tenore legit *μάλα καὶ* (in Editt. *μὴ*) *ὕποπτος κ. τ. λ.* [O.]

57. *εὐλαβὴς γίνου*] Male reddidit Holstenius *facilem te praebe*. Atqui *εὐλαβὴς* est *cautus*, *providus*, ab *εὐλαβέομαι*. *Zeige dich vorsichtig und furchtlos.* Hoc enim est *ἀσφαλής*. [O.]

58. *Χάριτας δέχεσθαι* etc.] Seneca de Benef. Lib. II. Cap. XXV. *Qui gratus futurus est, statim, dum accepit, de reddendo cogitat.* [O.]

κρείσσονας] Ita Cod. Palat. Editt. *κρείσσονας*. [O.]

59. *προσκέπτεο*] Ita Cod. Palat. Editt. *προσκέπτου*. [O.]

60. *Μικραὶ χάριτες* etc.] Plenius Antonius et Maximus Serm. *περὶ εὐεργεσίας* (pag. 278. ed. Conr. Gesner. Francofurt.): *Μικραὶ χάριτες ἐν καιρῷ μέγισται εἰσι τοῖς λαμβάνουσι ταύτας ἐν περιστάσει*. Egregie in eandem sententiam Seneca Lib. III. de Benef. Cap. VIII. *Tempora quaedam (beneficii) magna fiunt, non summa. Beneficium est donata possessio, cujus fertilitas laxare possit annonam: beneficium est unus in fame panis. Beneficium est donare regiones, per quas multa flumina et navigabilia decurrant: beneficium est arentibus siti et vix spiritum per siccas fauces ducentibus monstrare fontem.* [O.]

61. *εὐφρονέουσι*] Cod. Palat. *εὖ φρονέουσι* duabus vocibus. [O.]

οἳ ξυνίασι τιμώμενοι] Ita MS. Palat. Editt. *εἰ ξυνίασι*. Sensus esse videtur: *qui conscii sunt, dignos se esse, quibus conferantur honores*. Eodem sensu *γνωρίζειν* infra: *ἢν μὴ γνωρίζῃς τοὺς ἐπαίνους*. [O.]

62. *Χαριστικός*] i. e. *homo cui voluptas est aliis benefacere et gratificari. Ein wahrer Menschenfreund, Wohlthäter.* Plutarchus Sympos. Lib. II. Quaest. I. Cap. V. conjungit *εὐδάπανον, καὶ μεγαλοπρεπῆ καὶ χαριστικόν*, illisque opponit *τὸν κίμβικα καὶ κυμινοπρίστην*. [O.]

63. *Πολλοὶ* etc.] *εἶναι* addidi post *φίλοι* et *εἰσὶν* in fine sententiae mutavi in *εἰσὶ* e Cod. Palat. Vide supra ad Sent. 6. [O.]

64. *Ἑνὸς φιλία*] Scrib. *Ἑνὸς φιλίῃ*, ut supra *σοφίῃ*, *αἰτίῃ*, *ἀμαθίῃ*. [O.]

κρέσσων] Ionismum restitui e Cod. Palat. Editt. κρείσσων. [O.]

ἀξυνέτων ἁπάντων] MS. Palat. ἀσυνέτων πάντων.

65. μηδεὶς] Cod. Palat. μηδ' εἷς. [O.]

66. Ὅτεῳ etc.] Haec sententia, quae in editis desideratur, uni debetur Codici Palatino. Pro ἐπὶ πολλὴν, ut observat vir doctissimus, qui illum in meos usus contulit, Codex habet ἐπὶ πολλὸν, sed recentior manus correxit πολλὴν, scil. ὥραν. Vert. *Welchem selbst lang bewährte Freunde nicht mehr helfen wollen, der muss ein ganz unverträglicher Mensch seyn.* [O.]

67. Ἐκτρέπονται] Ita Cod. Palat. optime. Editt. Ἐκτρέπουσι. At vero non activam sed mediam formam ἐκτρέπεσθαί τινα id significare, quod h. l. sensus postulat, scil. *fugere aliquem obvium et ideo de via deflectere,* ostendit eamque locutionem pluribus exemplis illustrat Perizonius ad Aelian. Var. Hist. Lib. XIII. Cap. XXVI. pag. 894. ed. Abr. Gronov. Sic Epictetus Enchirid. Cap. XXXI. §. 3. conjungit φεύγειν καὶ ἐκτρέπεσθαι, et Fragment. XX. (Schweigh.) ἔχιν .... ἐκτρέπη καὶ μυσάττη. Ceterum cum hoc Democriti sententia conferenda sunt verba Jesu Siracidae Cap. VI. v. 7—12. [O.]

ἐπὴν] Ita Cod. Palat. pro εἰ. Idem πενίην pro πενίαν. [O.]

68. ἐπὶ παντὶ] Cod. Palat. ἐν παντί. [O.]

70. αἱμύλος καὶ σπουδαιόμυθος] Hesychius: Αἱμύλος — ἀστεῖος, συνετὸς, ὀξὺς ἐν τῷ λέγειν. *festivus.* Sic αἱμυλία apud Alciphron. Lib. III. Epist. XLIII. (pag. 133. Wagner.): ἀνάπαιστα αὐτοσκωμμάτων ἀστικῶν καὶ αὐτοχαρίτων Ἀττικῶν καὶ αἱμυλίας γέμοντα. Conf. Schneider. in Lexico, qui bene exponit h. v. V. σπουδαιόμυθος, quod tanquam ἅπαξ λεγόμενον citat idem Schneiderus, non bene vertit Holstenius *fabulator.* Αἱμύλος καὶ σπουδαιόμυθος est *qui scite et jocari potest et seria loqui, der feinen Scherz mit weisem Ernste zu verbinden weiss.* [O.]

71. νοῦς] Si Democriti est haec sententia, scribendum omnino νόος. [O.]

73. συμφωνέοντες] Cod. Palat. ξυμφωνέοντες et mox ξυμφέροντος. Vide supra ad Sent. 8. [O.]

74. Ἄξιον etc.] Haec sententia desideratur in Codice Palat. [O.]

75. Διζημένοισι etc.] Democriti sententia apud Stobaeum Serm. XCVI. Ὁ βίος ὅτι βραχύς. [O.]

76. Γυνὴ etc.] Idem praecipit Paulus Apostolus I. Timoth. II, 12. Γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω. [O.]

78. Ὑπὸ γυναικὸς] Cod. Palat. Ἀπὸ γυναικὸς. Male. Ex

eodem Cod. restitui Ionicam formam ἀνανδρίῃ. Apud Stobaeum Serm. LXXII. Γαμικὰ παραγγέλματα haec Democriti sententia ita legitur: Ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι ὕβρις ἀνδρὶ ἐσχάτη. [O.]

79. τὸ ἀεὶ] Cod. Palat. τὸ αἰεὶ τό. [O.]

82. Βέλτερον] Cod. Palat. Βέλτιον. Sed rariorem formam praetuli. [O.]

83. Ἢν μὴ γνωρίζῃς τοὺς ἐπαίνους] i. e. Ἐὰν μὴ εὕρῃς ἔν σοι τὸ τοῦ ἐπαίνου ἄξιον. [Stroth.] Bene Levesque: Si tu ne connois pas les qualités, qu'ils celebrent en toi, sois convaincu, que ce sont des flatteurs. Ἡγέο dedi e Cod. Palat. Editt. Ἡγέου. [O.]

Post hanc sententiam in Codice Palatino sequens inseritur Epigramma, quod Palladae adscriptum exstat in Analectis Brunckii Tom. II. pag. 428.

Γῆς ἐπέβην γυμνὸς, γυμνός θ' ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι·
Καὶ τί μάτην μοχθῶ, γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος; [O.]

84. Ὁ κόσμος σκηνή] Egregie Plotinus Ennead. III. Lib. II. Cap. 15. Ceterum πάροδος vox e theatro et media scena petita; estque primus chori ingressus in scenam primusque ostentus, teste Polluce (Lib. IV. §. 53 et 108. O.) et Hephaestione. [Holsten.] Σκηνὴ tum scenam, tum etiam tabernaculum vel quodvis temporarium domicilium significat. Utraque significatio pulchre conveniret illa τῷ ἦλθες, εἶδες, ἀπῆλθες; haec τῷ πάροδος. Nisi autem utramque simul voci inesse existimes, prior utique praeferenda erit. [Stroth.] At unice vera h. l. scenae significatio. [O.]

ἦλθες, εἶδες, ἀπῆλθες] Cuivis facile succurret illud Caesaris: Veni, vidi, vici. [Stroth.] Levesque: on entre, on regarde, on sort. Man kommt, und schaut, und geht wieder. Pro εἶδες Cod. Palat. habet ἴδες. Male. [O.]

85. Ὁ κόσμος ἀλλοίωσις etc.] Exstat apud Marcum Antoninum Lib. IV. (§. 3. fin. ubi vide Gataker. et de v. ἀλλοιοῦσθαι, ἀλλοίωσις Opp. pag. 191.), cui et passim in ore suum illud: πᾶν ὑπόληψις. [Holsten.] Et omnino non Democriti videtur esse haec sententia, quam omittit Codex Palatinus. [O.]

86. Τίμιον ὀλίγη etc.] Si sana est lectio, sensus hic erit: Sapientiae vel minima portio pluris est aestimanda quam stupiditas magna, quantum licet honorata sit. (ob opes scil. et potentiam.) Sic enim interpretor v. δόξαν. At convenientior multo et philosopho dignior sententia exiret sic legendo: Τίμιον ὀλιγωρουμένη σοφία ὑπὲρ δόξαν ἀφροσύνης μεγάλην. Pluris aestimanda sapientia (vel sapiens, abstractum pro concreto), licet contemta

jaceat, quam stupiditas, quantum licet sit honorata. Ceterum hanc sententiam, quae in editis desideratur, uni debemus Codici Palatino. [O.]

Annotationes in Democriti Fragmenta. (1. Moralia.)

1. *Ἐκ μεγάλων διαστημάτων κινούμεναι*] Verte *quae ex magnis intervallis moventur* vel *impelluntur.* intervallis scil. loci. Nam multo gravius ferimur et impellimur illis, quae ex longinquo cum vi et impetu in nos irruunt, aut quae ex loco sublimi et altissimo in nos incidunt, quam iis, quae ex propinquo nos feriunt. Et ita, ni fallor, explicandus hic locus. [O.]

συσταθέες εἰσί] Stephanus *εἰσίν*. Equidem, quod semel monuisse sufficiat, in ionicis Democriti Fragmentis, quoties occurrebat, delevi *τὸ ν ἐφελκυστικόν*, non ferente id ionici sermonis idiomate: retinui autem in iis Fragmentis, quae Antonius et Maximus aliique collectores ex ionica dialecto in communem mutarunt. [O.]

ἀρκέεσθαι] Ita vel etiam *ἀρέσκεσθαι* pro vulgato *ἀρκίεσθαι*, quod locum habere non potest, legendum esse docuit Valckenarius *ὁ πάνυ* ad Herodot. Lib. VII. Cap. 160. Tom. VI. p. 407. ed. Schweigh. ubi de locutionibus *ἀρκεῖσθαι τοῖς παροῦσι*, (ut in Epistola ad Hebr. XIII, 5.) *ἀρέσκεσθαι τοῖς παροῦσι, ἀγαπᾶν, στέργειν τὰ παρόντα,* multus est. Conf. quae observavimus ad Memnon. Excerpt. Cap. II. p. 199. Schowius ed. *ἀρκέσασθαι.* Sed praefero *ἀρκέεσθαι*, cum praecesserit *ἔχειν τὴν γνώμην*. [O.]

ἐννοεύμενον, ἃ πάσχουσι, κάρτα] Jacobs. V. Cl. in Animadvv. ad Euripid. et Stobaeum legendum censet *ἃ πάσχουσι κακά,* putans, *ἐννοεύμενον κάρτα, valde animo volventem,* ut vertit Conr. Gesnerus, Graecum non esse: illique adstipulatur Wakefield. in Silv. Crit. Tom. IV. pag. 145. Sed defendit vulgatam Schowius, *κάρτα* (i. e. *μεγάλως, ἐκτενῶς*) conjungens cum *πάσχουσι, quibus gravissimis malis afficiuntur.* Apud Herodotum nil frequentius. Vid. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 466 seq. ed. Schaefer. [O.]

ὁ γὰρ θαυμάζων τοὺς ἔχοντας] *ἔχοντας*, i. e. *divites, opulentos.* Vid. Valckenar. ad Herodot. VI, 22. Bremi ad Epist. Socrat. I. nostrae editionis p. 136. et Wakefield. Silv. Crit. Tom. IV. pag. 145. [O.]

ἐπὶ τοῖς δὲ εὐθυμέεσθαι] Sic lenissima mutatione et unius particulae transpositione locum sanavit Schowius. *Τὰ μὲν* scil. spectant ad *ὑπερβάλλοντα — ἐπὶ τοῖς* ad *δυνατὰ* sive *παρεόντα*;

Antea legebatur ἐπὶ δὲ τοῖς εὐθυμέεσθαι, quam lectionem sequens Jacobs. V. Cl. post τοῖς vocem excidisse putans legendum censet vel ἐπὶ δὲ τοῖς παρεοῦσι εὐθυμέεσθαι, vel διόπερ τὰ μὲν δίζεσθαι χρεών, εἰ ποθέεις εὐθυμέεσθαι. [O.]

καὶ οὐκ ὀλίγας κῆρας ἐκ τῶ βίω διώσεαι] Sic edidit Schowius pro ἐν τῷ βίῳ ex emendatione Jacobsii. Sed fateor, me dubitare nonnihil de veritate hujus correctionis, cum τῶ βίω pro τοῦ βίου Dorum genitivus sit, non Ionum, quorum dialecto usus est Democritus (nisi fortassis ita loquuti fuerint Abderitae). Herodotus certe constanter habet τοῦ βίου. Vide e. c. Lib. I. Cap. 30 et 32. Quae sint illae κῆρες, docet Valckenaer. in Hippolyt. p. 283. C. ubi laudat Hipparchi locum a Stobensi servatum pag. 547. 47. πολλαὶ κῆρες κατὰ πάντα τὸν βίον κεφύκαντι. [O.]

2. Poeticum hocce Fragmentum non esse videtur Democriti Abderitae. Demetrii nomen praefixum habet in Dictis Poetarum e Stobaeo ab Hug. Grotio editis, qui illud elegantissimis versibus ita reddidit:

Addicta pravis mens ad insidias patet,
Intenta nempe quaestibus semper suis
Et temère credit, et ruit caeco impetu. [O.]

3. ἐπαινεῖν] Scribendum ἐπαινέειν. [O.]

4. Σοφίη ἄθαμβος etc.] In eandem sententiam Horatius Lib. I. Epist. VI, 1.

Nil admirari, prope res est una, Numici,
Solaque, quae possit facere et servare beatum. [O.]

ἀξίη πάντων] Vert. *maximi facienda.* Opp. ἀξίη μηδενός. Vid. Heindorf. ad Platon. Euthydem. C. 82. et Phaedon. C. 2. p. 271. [O.]

τέρψεις] Scribendum τέρψιες, ut conservetur ionicum idioma. [O.]

6. Τὴν γενομένην] Sic Schowius e correctione C. Gesneri. Antea τὸ γενόμενον. Maximus Serm. XXVI. περὶ φρονήσιος καὶ βουλῆς habet γενομένης. Male. [O.]

9. Εἴδωλα αἰσθητικὰ etc.] Compara cum hac sententia fabulam Aesopi XI. in Neveleti Myth. Aesop. p. 95. et Phaedri Lib. I. Fab. VII. de vulpe et persona tragica. [O.]

11. Ἀνοήμονες ῥυσμοῦνται etc.] Hanc sententiam restituit Jacobs. V. Cl. in Notis ad Antholog. Graec. Tom. XII. p. 116. legens: Ἀνοήμονες ῥυσμοῦνται τοῖς τῆς τύχης κέρδεσι, οἱ δὲ τῶν τοιῶνδε δαημονέστεροι τοῖς τῆς σοφίης, probante doctissimo Schaefero in Melet. Crit. p. 118., hoc sensu: *stulti se accommo-*

dant lucris (vel *sequuntur lucra*) *fortunae*, *prudentiores vero sapientiae*. Positivum tamen δαήμονες minime sollicitandum putat Schaeferus. δαήμονες τοιῶνδε, scil. κερδέων, *experientia eorum prudentes facti.* ψυχῆς κέρδεσι, teste eodem Schaefero, defendit Luzacius Exercitt. Academ. in Euripid. p. 41 seq. quem librum inspicere haud licuit. At si sana est haec lectio, vix alius sensus esse potest quam lucra hominis animalis, τῆς ψυχῆς vel ἀνθρώπου ψυχικοῦ, *Befriedigung der Sinnlichkeit*: quo sensu sacris scriptoribus familiari v. ψυχὴ (opp. πνεῦμα, vel νοῦς, vel, ut h. l., σοφία) apud profanos scriptores nondum legisse memini. Pro ῥυσμοῦνται Schowius ed. ῥυθμοῦνται. Male. Est scil. ῥυσμοῦνται λέξις Ἀβδηριτικὴ, ut verissime observat Cl. Schaeferus citans Menag. ad Diog. Laert. p. 411. Abderiticum ῥυσμόω, ῥυσμὸς et infra in Fragmento Physico primo pag. 128. lin. 21. ἐπιρυσμίη, plane ut παρσένος, σεὸς, ὀρσὸς, pro παρθένος, θεὸς, ὀρθὸς, apud Dores et Lacones. Etymol. M. Ῥυσμὸς — εἰκὼν, ἰδέα, σχῆμα. Vide Dawes. Miscell. Critic. pag. 378. ed. Harles. [O.]

12. Ὀκόσον χρῄζει] *in quantum utilis sit*, *in wie weit*, *bis auf welchen Punkt sie nützlich sey*. [O.]

13. ὡς στυγέοντες] ὡς aliis non legitur. [*Gesner. in marg.*] ὡς minime sollicitandum. Sensus est: *simulantes*, *affectantes*, *odisse se vitam*. Vide Matthiae Gramm. Graec. p. 828. seq. [O.]

16. τὰ δὲ παρεόντα καὶ παρῳχημένων etc.] Gesner. in marg. τὰ δὲ παρέοντα καὶ παρῳχημένα. Male. [O.]

ἀμαλδύνουσιν] vert. *perire patiuntur*. [O.]

17. Ἀνοήμονες οὐδὲν ἁνδάνουσι] Conr. Gesnerus vertit *nihil approbant*. Sed ἁνδάνειν accusativo nunquam junctum reperiri apud bonos scriptores, et in illo Theognidis versu 26.

— — — — οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς
Οὔθ' ὕων πάντας ἁνδάνει, οὔτ' ἀνέχων.

legendum esse Οὔθ' ὕων πάντεσσ' ἁνδάνει etc., contra Brunckium monet Schaeferus V. Cl. in editione Poetarum Gnomicorum novissima pag. 8. Quare et h. l. legendum videtur: Ἀνοήμονες οὐδέν' (pro οὐδενὶ) ἁνδάνουσι, *nulli gratificantur*, *grati sunt*, *sie machen keinem Menschen Freude*. De elisione literae ι in dativo singulari tertiae Declinationis vide eundem Schaefer. ad Sophocl. Oedip. Colon. v. 1436. Tom. II. p. 326. [O.]

24. ἐπιμείζονα] Ita pro ἔτι μείζονα legendum esse docet Schneiderus in Lexico. [O.]

25. Ἡδονὴν etc.] B. C. Δημοκρίτου. D. E. F. G. W. Δημοσθένους. [*Schow.*]

27. ἀδημοσύνην] Hoc verbum tanquam ἅπαξ λεγόμενον citat Schneiderus in Lex. Crit. Denotat scil. moerorem ex fastidio ortum, *Unbehaglichkeit.* [O.]

28. Συνουσία] concubitus cum foemina sobolis procreandae causa. Sic Arrian. Dissert. Epict. I. Cap. VI. §. 9. τὸ δ' ἄῤῥεν καὶ τὸ θῆλυ, καὶ προθυμία ἡ πρὸς τὴν συνουσίαν ἑκατέρου, καὶ δύναμις ἡ χρηστικὴ τοῖς μορίοις τοῖς κατεσκευασμένοις, οὐδὲ ταῦτα ἐμφαίνει τὸν τεχνίτην. et II. Cap. VIII, 12. ὅταν συνουσίᾳ χρῇ, τίς ὢν χρῇ; ubi vid. Hier. Wolf. pag. 406. ed. Schweighaeuser. Eodem sensu et latini scriptores dicunt *concilium*, *coetus*. Vide Observationes nostras ad Arnobium Tom. II. p. 24. [O.]

ἀποπληξίη] H. l. amphibolia quaedam inest huic vocabulo. Alludit scil. Democritus, ut videmus ex verbis ἐξίσσυται γὰρ ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου, cum ad significationem ejus propriam et primariam ab ἀποπλήττειν, *percutere* vel etiam *extundere*, quasi *exturbatio*, *das Abschlagen*, *Herausschlagen*, tum etiam ad significationem morbi, apoplexiae, quae est vel totius corporis vel illius partis cujusdam membrorum resolutio. Vid. Foes. in Oeconom. Hippocrat. h. v. Ceterum hoc Democriti dictum egregie illustrat Coelius Aurelianus Chronic. Pass. Lib. I. Cap. XIV. *Concubitus sive Venus ab aliquibus parva epilepsia nuncupata est: siquidem similem facit membrorum motum, diverso contractu, anhelatione et sudore attestante, et oculorum conversione cum rubore vultus.* Conf. Plin. Hist. Nat. Lib. XXVIII. Cap. 6. Gell. Noct. Att. Lib. XIX. Cap. 12. Macrob. Saturn. Lib. II. Cap. 8. (ubi tamen Hippocrati hanc sententiam adscribunt) et Fr. Lindenbrog. Centur. Var. Quaest. No. 99. in Fabricii Bibl. Graec. Tom. XIII. pag. 599. Simile dictum Pythagorae habuimus supra in Similit. Pythagor. Num. 115. [O.]

29. σμικρὰς] Restitui ionismum, monente Koenio ad Gregor. Corinth. de Dialect. p. 500. ed. Schaefer. Antea μικρὰς. [O.]

30. πόλεων] Ita Schowius e correctione C. Gesneri, sensu flagitante. Antea πόνων. Conferendum cum hac sententia Regis Salomonis Apophthegma Proverb. XVI, 32. Ὁ κρατῶν ὀργῆς κρείσσων τοῦ καταλαμβανομένου πόλιν. [O.]

31. Δίκης κῦδος etc.] Constructio est: Δίκης κῦδος ἐστὶ γνώμης θάρσος καὶ εὐθυμίη, ἀδικίης δὲ δεῖμα ξυμφορᾶς τέρμα. *Gerechtigkeit ehren giebt Muth und frohen Sinn, und Unrecht fliehen ist der Erlösung Anfang.* In eandem sententiam Horatius I. Epist. I, 60.

Hic murus aëneus esto,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

δίκης κῦδος itaque i. q. κυδαίνειν τὸ δίκαιον, venerari, colere, quod justum est: nil amplius. καὶ εὐθυμίη pro καὶ ἀθυμίη est e correctione C. Gesneri. [O.]

52. τὸ μηδ' ἐθέλειν], G. W. τὸ μὴ ἐθέλειν. [Schow.]

53. Πλοῦτος etc.] Vide infra ad Sentent. 93. [O.]

54. Χρημάτων ὄρεξις etc.] Egregie in eandem sententiam Juvenalis Sat. X, 135 seqq.

Sed quo divitias haec per tormenta coactas,
Quum furor haud dubius, quum sit manifesta phrenesis,
Ut locuples moriaris, egentis vivere fato?
Interea, pleno dum turget sacculus ore,
Crescit amor numi, quantum ipsa pecunia crevit;
Et minus hanc optat, qui non habet. [O.]

58. Ὧν τὸ σκῆνος etc.] Hanc sententiam, in plerisque Stobaei editionibus Aristoxeno adscriptam, auctoritate meliorum Codicum auctori suo, Democrito, reddidit Schowius. Et Democriti esse vel ionica dialectus arguit. [O.]

59. τῇ Αἰσωπίῃ κυνὶ etc.] Vide Fabulam Aesopiam Κύων κρέας φέρουσα No. 209. ed. Coray. [O.]

41. κίνδυνος δὲ ἡ τοῦ καιροῦ διάγνωσις] Huc spectat fabula illa in Appendice Phaedri No. XXIV. inscripta: *Homines duo, fallax, verax, et Simii.* (Tom. II. p. 512. ed. Schwabii.) [O.]

42. οἶτον] Ita H. Stephanus ex emendatione Conr. Gesneri. Antea σῖτον. Jacobs. in Animadvv. ad Euripid. et Stob. pag. 238. legendum conjecerat βίον vel βιοτὸν, quam conjecturam tamen idem retractavit vir doctissimus in Praefat. ad Curas secundas p. XIV. apposite citans Fragmentum Cratetis VI. in Analect. Brunck. Tom. I. pag. 187.

Χρήματα δ' οὐκ ἐθέλω συνάγειν κλυτὰ, κανθάρου οἶτον
Μύρμηκός τ' ἄφενος, χρήματα μαιόμενος.

et Callimach. Hymn. in Pallad. vs. 94.

— — — γοερῶν οἶτον ἀηδονίδων.

ubi vid. Spanhem. pag. 689. οἶτος igitur *fatum, sors.* Nil amplius. [O.]

43. ὥσπερ οἱ ὀρχησταὶ etc.] Lucem his verbis affundit Xenophontis locus in Conviv. Cap. II. §. 11. Μετὰ δὲ τοῦτο κύκλος εἰσηνέχθη περίμεστος ξιφῶν ὀρθῶν. Εἰς οὖν ταῦτα ἡ ὀρχηστρὶς ἐκυβίστα τε, καὶ ἐξεκυβίστα ὑπὲρ αὐτῶν· ὥστε οἱ μὲν θεώμενοι ἐφοβοῦντο, μή τι πάθῃ, ἡ δὲ θαῤῥούντως τε καὶ ἀσφαλῶς ταῦτα διεπράττετο. Conf. Willet. ad Galen. Adhort. ad Artes Cap. IX. pag. 103. [O.]

χαλεπὸν δ' οὐκ ἀτυχεῖν ἑνός] Sic edidi ex emendatione verissima Jacobsii V. Cl. Antea χαλεπὸν δὲ τυχεῖν ἑνός. Sed si difficile putavissent illi ὀρχησταὶ vel unum assequi plantarum inter gladios vestigium, omnino nullo modo aggressuri fuissent ejusmodi saltationem periculosissimam. Et verum vidit jam C. Gesnerus. [O.]

τὸ γὰρ ἴχνιον etc.] intellige breve interstitium inter duos gladios. [O.]

44. γινώσκειν δ'] scil. τὸν καιρόν. [O.]

45. Βίος etc.] Bene vertit Schneiderus V. Cl. in Lex. v. ἀνεόρταστος: *Ein Leben ohne Feiertage ist wie ein langer Weg ohne Wirthshaus.* Ceterum ἀνεόρταστος et ἀπανδόκευτος sunt ἅπαξ λεγόμενα. [O.]

51. Τὰ ἑαυτοῦ] Idem plane est quod Epictetus vocat τὰ ἐφ' ἡμῖν et τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. [O.]

54. Τελευτᾷ γὰρ etc.] γὰρ indicat, hanc sententiam respicere ad ea, quae in antecedentibus nunc deperditis dixerat Democritus. Et si in re incerta prorsus ac dubia hariolari liceat, v. παρεκτεινόμενος facit, ut suspicer, in antecedentibus contentam fuisse fabulam illam Aesopiam de rana rupta et bove, quam, licet in Graecis amplius non inveniatur, ex antiquioribus collectionibus petitam elegantissimis versibus exposuerunt Horatius II. Sat. III, 312. et Phaedrus Lib. I. Fab. XXIV. Quid quod et alias ad Aesopi Apologos respexisse Democritum observavimus supra ad Sentent. 39. [O.]

ὁ παρεκτεινόμενος etc.] Phaedrus l. l.

Inops potentem dum vult imitari, perit. [O.]

56. Οἱ ἑκούσιοι πόνοι etc.] Wyttenbachius V. Cl. ad Julian. Orat. I. pag. 163. ed. Schaefer. apposite comparat locum simillimum Isocratis ad Demonic. p. 8. Γύμναζε σεαυτὸν πόνοις ἑκουσίοις, ὅπως ἂν δύναιο καὶ τοὺς ἀκουσίους ὑπομένειν, et alia veterum scriptorum loca affert in eandem sententiam. [O.]

58. Τῆς ἡσυχίης πάντες οἱ πόνοι ἡδίονες etc.] Fragmento huic corruptissimo, quod dedi ex editione Conradi Gesneri, emendando simul ac illustrando insignem navavit operam Cl. Jacobs. in Animadvv. ad Euripid. et Stobaeum p. 244 sq. cujus annotationem integram exscribere liceat. „In Fragmento „hoc, ait vir doctissimus, admodum depravato hoc saltem extra „omnem dubitationem positum videtur, non ἀτυχίῃ, quod est e „conjectura Conr. Gesneri, nec ἐπιτυχίῃ, quod vulgo legitur, „sed ἡσυχίῃ legendum esse. *Labor*, ait, *otio suavior*, *in otio* „*enim omnia ingrata molestaque insunt.* Reliquorum correctio

„minus certa. Fortasse ἐν δὲ ἀνέσει τῇ ἐπ' ἡσυχίῃ etc. *in illa au-*
„*tem remissione, quae cum otio conjuncta esse solet.* In mentem
„quoque venit (quod minus placet. O.) ἐν ναρκώδει ἡσυχίῃ δὲ πᾶν
„etc. *in illa lethargica tranquillitate autem* etc. Similem mede-
„lam Xenophonti adhibeam in Mem. Socr. L. II. C. I, 2. Τὸν εἰς
„τὸ ἄρχειν, νὴ Δία, παιδευόμενον, ὅπως μὴ τὰ τῆς πόλεως ἄπρα-
„κτα γίγνηται παρὰ τὴν ἐκείνου νάρκην. Sic emendandum suspi-
„cor pro eo, quod vulgo legitur: παρὰ τὴν ἐκείνου ἀρχήν." Quae palmaria est emendatio viri doctissimi. Patruelis meus Jo. Casp. Orellius legendum censet ἐν δὲ ἀκουσίῃ ἐπιτυχίῃ, *si vero et forte fortuna nec quaerentes in quid inciderint* (i. e. *boni quid invenerint*). Opp. εἰδέωσι κύρσοντες. Quod admodum placet: modo pro τὸ παν legamus τὸ πονεῖν hoc sensu: *wenn man aber auch etwa unfreiwillig, bewustlos auf etwas geräth, so ist doch alles solches Arbeiten ohne Zweck lästig und mühsam.* Eodem sensu v. ἐπιτυχίη occurrit infra Fragm. 85. Τεκνοτροφίη σφαλερόν· τὴν γὰρ ἐπιτυχίην ἀγῶνος καὶ φροντίδος μεστὴν κέκτηται. [O.]

60. Πολυμαθίη etc.] Hoc fragmentum, cui in editionibus Stobaei nullum auctoris nomen adscriptum est, Cl. Jacobs. l. l. p. 246. ob ionicam dialectum vel Democriti vel Eusebii esse augurαtur. Quamobrem illud inserendum statui Democriteis. [O.]

οὐ παραδέχονται ἐν ἀργίῃ γνώμην] Plura in ejusmodi locis conjici queunt, pauca expediri. Ita et nobis plures conjecturae enatae sunt, quarum tamen nulla ita comparata est, ut consensum extorqueat. Scripsit igitur forsitan incertus auctor: οἳ δὲ ἔξω καιροῦ ῥῆσιν μουσικὴν πεπνυμένως ἀείσωσι, οὐ παράσχονται ἀρτίην γνώμην, αἰτίαν δ' ἔχουσι μωρίας: *ita qui intempestive cantilenam, quamvis elegantissime, decantant, non satis integrae mentis esse, sed potius stultitia laborare putantur.* Sic Euripides Troad. v. 417.

οὐ γὰρ ἀρτίας ἔχεις φρένας.

Conf. Iphigen. in Aul. v. 876. Homerus Il. Ξ. 92.

Ὅστις ἐπίσταιτο ᾗσι φρεσὶν ἄρτια βάζειν.

h. e. ὑγιῆ καὶ ἁρμόδια, ut interpretatur Scholiastes. [*Jacobs. l. l.*] At ingeniosissima videtur et sententiae accommodatissima conjectura patruelis mei sic legentis: Οἳ δὲ ἔξω χοροῦ (pro καιροῦ) ῥῆσιν μουσικὴν πεπνυμένως ἀείσωσι, οὐ παραδέχονται ἐν βραβείῃ νομὴν, αἰτίαν δὲ ἔχουσι μωρίας: *Si qui autem extra chorum cantilenam decantant, licet optime id faciant et ex artis regulis, isti in certaminis judicio nullum victoriae praemium reportant, sed tanquam stulti deridentur. Die, welche ausser dem Chor eine musikalische Rede, wenn auch noch so kunstgemäs, singen, erhalten*

bei der Vertheilung der Preise durch die Richter keinen Lohn, sondern gelten für Thoren. [O.]

αἰτίαν ἔχουσι] Vid. Budaeum in Comment. L. Gr. p. 2. et 1459. Casaub. ad Athen. IX, 11. Ceterum *αἰτίαν* jam in margine editionis Gesnerianae invenitur. [*Jacobs.*] Antea *αἰτιῶν ἔχουσι.* [O.]

62. **Ξεινιτείη**] Bonum et probatum vocabulum, quod frustra suspectum habui in Obss. ad Chionis Epist. XI. (Memnon. pag. 286.) ubi vid. Schaefer. V. Cl. et intpp. ad Thom. Magistr. pag. 63. ed. Bernard. [O.]

ὅταν αὐτοὶ βούλωνται πάσχειν εὖ] Sic edidi e Codice Palatino, ubi post sententias Democratis leguntur *Γνῶμαι κατ' ἐκλογὴν ἔκ τε τοῦ Δημοκρίτου καὶ Ἐπικτήτου καὶ ἑτέρων σοφῶν.* Sed Democriteae ex ionica dialecto in communem mutatae sunt. Ibidem pro *ὅταν ... βούλωνται* legitur *ὅταν ... βούλονται.* Male. Vid. Matthiae Gramm. Graec. pag. 742. [O.]

68. **πρὸς εὐεστοῦν** etc.] Sic edidi et versionem mutavi ex emendatione verissima Valckenaerii *τοῦ πάνυ* ad Herodot. Lib. I. Cap. 85. pag. 97. ed. Schweigh. pro insulsa lectione edd. *πρὸς εὖ ἐστ' οὖν. Εὐεστὼ* vel *εὐεστοῦν* Democritea vox: sic enim vocabat ille placidum et tranquillum statum omnibusque cum curarum tum affectuum turbis vacuum, in quo ille finem bonorum posuit, teste Diogene Laertio IX. §. 45. ubi vid. Menag. pag. 412. Hesych. *εὐεστὼ — εὐθηνία, ἀπὸ τοῦ εὖ εἶναι, εὐδαιμονία ἐπὶ τοῦ εὖ ἑστάναι τὸν οἶκον* etc. ubi vide intpp. Conf. Suidas. Eodem modo dicebatur *κακεστοῦν.* vid. Hesych. h. v. *ἀειεστώ, aeternitas,* Antiphonti ap. Harpocration. *ἐστὼ* pro *οὐσία* Archytae ap. Stob. Eclog. Phys. p. 81. Canter. *ἀπεστὼ — ἀποδημία* Callimacho ap. Suid. Vide infra Fragm. 123. [O.]

τοῦτο ἔρδειν] Aut excidit verbum, aut legendum *ἔρδει.* [O.]

69. **ἐπιθυμίης**] Sine dubio legendum *εὐθυμίης*, vel *etiam εὐθηνίης, felicitatis.* [O.]

70. **κιναδέων**] Scholiastes Aristophanis ad Nubb. v. 447. *κίναδος· εἶδός τι θηρίου· καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου. Τοῦτο δὲ καὶ φύσει κίναδος τ' ἀνθρώπινόν ἐστιν. Οἱ δὲ πᾶν μὲν θηρίον κίναδος ἀξιοῦσι καλεῖσθαι, ἰδίως δὲ τὴν ἀλώπεκα.* Conf. Harpocration et Etymol. M. h. v. H. l. autem, ut bene observat Schneiderus V. Cl. in Lexico, Democritus innuere videtur vel serpentes, vel alia bestiarum noxiarum ac venenatarum genera, et diserte Hesychius: *κίναδος — θηρίον, ὄφις.* ubi vid. intpp.

Tom. II. pag. 266. ed. Alberti, et Wagner. ad Alciphron. Lib. III. Epist. XXVIII. Tom. II. pag. 93. et seq. [O.]

71. *Κιξάλλην*] Hesychius: *Κιξάλλης — φώρ, κλέπτης, ἀλαζών*: ubi doctissimus Alberti nostrum locum citans apposite comparat Diras Tejorum in Chishull. Antiquitt. Asiat. p. 99. *Ὃς ἂν κιξαλλεύοι, ἢ κιξάλλας ὑποδέχοιτο, ἢ ληΐζοιτο, ἢ ληϊστὰς ὑποδέχοιτο* etc. Chishullus putat, fortassis sic dictos fuisse *fures nocturnos, grassatores, sicarios, θυρυπανοικτὰς*, ostiorum et domiciliorum effractores, quales *Canachenos* appellat Arnobius adv. gentes in loco difficillimo Lib. VI. Cap. XXIII. ubi vide Annotationes nostras Tom. II. pag. 391 seq. De varia hujus vocis scriptura, *κισσάλης, κιττάλης, κιξάλης, κιξάλλης*, vid. Koen. ad Gregor. Corinth. pag. 435. ed. Schaefer. [O.]

72. *Ἀδικουμένοισι* etc.] Ita H. Stephanus. In editt. Stobaei est: *Ἀδικούμενοι ἀδικουμένοισι* etc. ubi Conr. Gesnerus probabiliter legendum conjicit: *Μὴ ἀδικούμενον ἀδικουμένοισι*. [O.]

73. *ἢ ποίνης ἄξιοι*] Sic emendavit Conr. Gesnerus. Antea *θοίνης*, vitiosissime. Jacobs. V. Cl. suspicans, in corrupto vocabulo *θοίνης* certum aliquod poenarum genus latere, legendum censet *ἢ στήλης ἄξιοι*. *Στήλης* poenam J. Pollux VIII, 69. commemorat una cum *φυγῇ* et *δεσμῷ*. Hesychius v. *Στηλίται — Οὕτως ἐκάλουν Ἀττικοὶ, οἵτινες ἐπ' αἰτίαν τινὰ ἐστηλογραφήθησαν*. Suidas v. *Στήλη — Στηλιτευτικὸς δὲ λόγος λέγεται ἐκ μεταφορᾶς τῆς στήλης, ἥ ἐστι λίθος ἢ χαλκὸς ἐπιμήκης, τετραγώνῳ σχήματι ἱδρυμένος, ἐν ᾗ γέγραπται ἡ τοῦ στηλιτευομένου ὕβρις*. et mox in *Στηλιτευθῆναι — φανερῶς δημοσιευθῆναι ἀπὸ τῶν στηλῶν τῶν δημοσίᾳ προτεθέμενων*. Pro *ἄξιοι* commodius legi posset *ἄξια*, scil. *ἔρδουσιν*. [O.]

καὶ μὴ ἀπολύειν] Annon legendum *καὶ μὴ ἀπολυτέον*? Nam praecessit *καταψηφισματέον*. Ferendnm tamen et vulgatum tanquam orationis anacoluthon. [O.]

παρὰ νόμον] Sic edidi e correctione Cl. Jacobsii palmaria pro *παρὰ νοῦν*. [O.]

ὁρίζων] scil. *τὴν ἀπόλυσιν*, quod sensu repetendum ex antecedenti *ἀπολύῃ*. [O.]

74. *ὁ τιμὰς ἀξίας τάμνων*] *τιμὰς τέμνειν* vel ion. *τάμνειν* *honores tribuere, dispertiri*. [O.]

75. *ἢ οἱ πάντες ἄνθρωποι*] Scribendum *ἢ εἰ οἱ πάντες ἄνθρωποι*. [O.]

76. *καὶ γὰρ δίκαιον οὕτως* etc.] In eandem fere sententiam dixit divinus Soter Luc. XVII, 10. *Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν*

ποιήσητε πάντα τὰ διδαχθέντα ὑμῖν, λέγετε· Ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν· ὅτι ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν. [O.]

77. Οὐδεμία μηχανὴ etc.] Edidi Fragmentum hoc corruptissimum, prout legitur in editionibus Stobaei a Conr. Gesnero curatis, qui in margine observat: *Locus hic valde obscurus est.* Post v. ἑαυτῷ τὸν αὐτὸν, pro quo alii Codices habent ἑωὐτῷ τῶν αὐτῶν, videbantur mihi verba quaedam excidisse et legendum suspicabar: Οὐδενὶ γὰρ ἄλλῳ [μᾶλλον] ἔοικεν ἢ ἑαυτῷ τὸν αὐτον [πᾶσιν εἶναι καὶ μὴ] ἐφ' ἑτέροισι γίγνεσθαι (i. e. *aliis subjectum esse, pendere ab aliorum arbitrio.* Vide Lennep. ad Phalar. Epist. 103. pag. 304. et annot. nostr. ad Epist. Socrat. I. pag. 139.). Sequentia audaciori quidem conjectura sic refingenda censueram: Δεῖ δέ κως οὕτω καὶ ταῦτα κοσμηθῆναι, ὅκως ὁ μηδὲν ἀδικέων, ἦν καὶ πάνυ εὐτελὴς ᾖ πρὸς τὰς ἀδικέοντας (pro ἐτάζῃ τοὺς ἀδικέοντας), μὴ ὑπ' ἐκείνοις γενέσθαι, (Constructionis particulae ὅπως vel ion. ὅκως cum Infinitivo licet rarissimae exemplis ab Hoogeveen. ad Viger. p. 435. ed. Hermann. noviss. et Wesselingio ad Diodor. Siculum Lib. XX. Cap. IV. Tom. IX. p. 429. ed. Argent. citatis add. Xenophontis VI. Hellen. II, 32. ἀλλὰ τοῦτο ἐπαινῶ, ὅτι ...... εὕρετο, ὅπως μήτε διὰ τὸν πλοῦν ἀνεπιστήμονας εἶναι τῶν εἰς ναυμαχίαν μήτε διὰ τὸ ταῦτα μελετᾶν βραδύτερόν τι ἀφικέσθαι.) ἀλλὰ τινὰ ἢ θεσμὸν ἤ τι ἄλλο ἀμύνειν τῷ τὰ δίκαια ποιεῦντι. Qua conjectura hic verborum sensus efficeretur: *Non fieri potest, ut nunc res se habet, quin principes etiam valde boni nonnunquam iniqua faciant. Nullum quidem magis decebat quam ipsum* (principem scil.) *omnibus eundem se praebere, nec unquam pendere ab aliorum arbitrio. Oportebat porro res ita institui, ut justus et insons, quantumlicet pauper sit et abjectae sortis ad illos, qui ipsum injuria affecerunt, nunquam istis fieret obnoxius, sed quaedam sive lex scripta, sive aliud quid illum tueretur ab eorum injuria.* Sed retracto jam hanc conjecturam meliora edoctus a patrueli meo doctissimo, qui verum loci sensum, quem jam dudum ipse subodoratus fueram, sed ex verbis corruptis expedire non poteram, esse scil. h. l. sermonem de magistratu aliquo vel judice, qui post annum magistratus sui exactum iterum ὑπεύθυνος fit et injuriae illorum, quos damnaverat, obnoxius, correctione lenissima sic restituit: Οὐδεμία μηχανὴ τῷ νῦν καθεστῶτι ῥυθμῷ (vel potius ῥυσμῷ) μὴ οὐκ ἀδικέειν τοὺς ἄρχοντας, ἦν καὶ πάνυ ἀγαθοὶ ἔωσιν. Οὐδενὶ γὰρ ἄλλῳ ἔοικεν (proprio sensu et primario *similis est*, scil. ὁ νῦν καθεστηκὼς ῥυθμός.) ἢ ἐν ἐνιαυτῷ τὸν αὐτὸν (pro ἑωὐτῷ vel etiam ἐνιαυτὸν παρ' ἐνιαυτὸν τὸν αὐτὸν) ἐφ' ἑτέροισι γίγνεσθαι. Δεῖ δέ κως οὕτω καὶ ταῦτα κοσμηθῆναι, ὅκως ὁ μηδὲν ἀδι-

κίων, ἥν καὶ πάνυ ἐπάζῃ (quod verbum eadem significatione infra legimus in Nili Sententia 196.) τοὺς ἀδικέοντας, μὴ ὑπ' ἐκείνοις γενέσθαι· ἀλλά τις ἢ θεσμὸς ἤ τι ἄλλο ἀμυνεῖ (futur. *debebit defendere*. Vide Matthiae Gramm. Graec. pag. 694. Malim tamen ἤ τινα θεσμὸν .... ἀμύνειν.). Quibus sic constitutis hic sensus exibit: *Nullo modo fieri potest, ut nunc res se habet, quin magistratus populorumque principes, licet justissimi sint, nonnunquam iniqua ferant judicia. Nam ea quae nunc est liberarum civitatum constitutio nulli alii rei similis est* (vel *nihil aliud exigit*), *quam ut princeps populi vel judex post anni vicem rursus privatus fiat aliorumque potestati obnoxius. Atqui oportebat res ita constitui, ut judex, qui justitiam non violavit, licet poenas gravissimas, quas lex postulat, exegerit a sontibus, nunquam eorum potestati subjectus fieret, sed sive scripta lex sive aliud quiddam ipsum defenderet ab illorum injuria. Unmöglich ists nach der jetzt bestehenden Ordnung, dass die Obrigkeiten nie ungerecht handeln, wenn sie auch ganz rechtschaffen sind; denn die ganze Ordnung gleicht nichts anderm* (oder *vermag nichts anders*), *als dass der nämliche Jahr um Jahr in andrer Willkühr steht. Allein auch dies sollte so geordnet werden, dass der keine Ungerechtigkeit übende, wenn er auch die Ungerechten noch so strenge vor Gericht gezogen hätte, (nach Verfluss seines Jahres) nicht unter jene zu stehen käme, sondern eine Satzung oder etwas andres dem, der gerecht verfuhr, Hülfe gewährte.* [O.]

83. πρὸς κακοφραδμοσύνην] Videtur h. l. vertendum *ad maledicentiam*. Ceterum hac voce augenda Lexica. [O.]

86. ὀλίγα δὲ τὰ εὐθηνέοντα] εὐθηνέοντα pro εὐθηλέοντα est e correctione Conr. Gesneri, quod contra Jacobs. V. Cl., qui in Animadvv. ad Euripid. et Stob. pag. 277. in ejus locum substituere voluit τὰ ὠφελέοντα, recte defendit doctissimus Schaeferus in Melet. Crit. pag. 69. citans Schol. ad Aristophan. Plut. v. 269. οἱ γὰρ εὐθηνοῦντες καὶ πλούσιοί εἰσιν. [O.]

87. καὶ μάλιστα κατὰ φύσιν ἔπηται] Scribendum ἕληται. [O.]

ἐκ πολλῶν, ὧν ἂν δεῖ] *ex pluribus, quales usus postulat, aus mehrern, die deinem Bedürfniss entsprechen.* [O.]

88. ἐπωφελείης γε] Sic scribendum pro ἐπὶ ὠφελείης γε. Quintus Maecius Epigr. VII. (Analect. Br. Tom. II. p. 238.)

δῶρα παρ' ἀκταίης σοὶ τάδ' ἐπωφελίης.

ubi al. item ἐπ' ὠφελίης. [*Schaefer. in Melet. Crit. p.* 70.]

μέχρι σμικρᾶς] Fuit cum legendum suspicarer μέχρι σμικρὰ ᾖ. Frustra. Subaudi ἡλικίας et compara Xenoph. Memor.

Socr. III. Cap. V. 27. Plene Suidas T. I. p. 704. Ἐκ τυννῶν (sic enim legendum pro Ἐκ τιτυννῶν. Port. Ἐκ τυτθῶν.) — ἐκ μικρᾶς ἡλικίας. Neglexerunt haec qui Graecas Ellipses uno corpore complexi sunt. [*Schaefer. l. l.*]

ὅσα ψυχὴν ἔχει] Sic ex emendatione C. Gesneri verissima edidit jam H. Stephanus. Antea οὖσα ψυχὴν, nullo sensu. [O.]

τῷ δὲ δὴ ἀνθρώπῳ νόμιζον ἤδη πεποίηται] Jacobs. V. Cl. mavult τοῦτο δὲ τῇ ἀνθρωπίνῃ μεῖζον ἤδη πεποίηται. (ἀνθρωπίνῃ subintell. φύσει.) μεῖζον est ex correctione C. Gesneri. Priora autem verba cur mutanda sint, non video. [O.]

90. Τοῖς παισὶ etc.] Ante ἀνυστῶν Conr. Gesnerus asteriscum posuit tanquam signum corruptelae. Equidem, mutato tantum πολλῶν φειδότεροι in πολλῷ φειδότεροι, omnia sanissima judico, hoc sensu: *Oportet parentes, quantum fieri licet,* (ἐκ τῶν ἀνυστῶν i. q. ὡς ἀνυστὸν) *filiis distribuere pecunias, maximam tamen curam habentes, ne in manus accipiant, quod nocere possit.* Reliqua bene vertit Gesnerus. *Man muss den Kindern (Taschengeld oder andre Dinge) soviel, als es nur angeht, vertheilen, (nicht mehrern zugleich das nämliche gemeinsam schenken,) zugleich aber dafür sorgen, dass sie nichts Schädliches in die Hände bekommen: so (wenn jedes schon sein Eigenthum hat) werden sie zugleich weit sparsamer, (schonender mit den Dingen,) begieriger zum Erwerbe, und wetteifern mit einander. Was hingegen gemeinsam ausgegeben wird, thut nicht so weh, (und sie werden dadurch eher an Verschwendung gewöhnt, wenn es aus gemeinsamer Kasse geht,) als wenn jedes das eigne ausgiebt; und das gemeinsam erworbne freut (den einzelnen) nicht so, sondern weit weniger.* [*Casp. Orell.*] Pro φειδότεροι C. Gesnerus mavult φειδωλότεροι. Sed de rariore formatione φειδὸς, φειδότεροι vid. Ruhnken. ad Callimach. Fragm. p. 580. ed. Ernesti. Ante ἐπιθυμεῖ cum Gesnero inserendum καί. [O.]

91. τεῖχός τε] Forte τεῖχός τι. [O.]

92. Φαγέδαιναι] De φαγεδαίνῃ, i. e. ulcere tumido ac profundo subjectam carnem et vicinas partes erodente, vide Gorrhaei Definitt. Med. Foes. in Oeconom. Hippocr. h. v. et inprimis Valckenaer ad Ammon. pag. 224 seqq. [O.]

καὶ τὸ συνεχές] Scribendum videtur καὶ τὸ μὴ συνεχές. [O.]

93. Σῆμα] Σῆμα de nota infamiae, quam h. l. significare voluit Democritus, alibi me legisse non memini. Annon legendum Στίγμα? Post v. ἐν τοῖς vox excidit, fortassis ἀνθρώποις. Eandem sententiam Chiloni adscriptam breviorem exhibet Antonius

Melissa Serm. περὶ πλούτου — Πλοῦτος ἀπὸ κακῆς ἐργασίας περιγινόμενος ἐπιφανέστερον τὸ ὄνειδος κέκτηται. Equidem suspicor, Democritum sic scripsisse: Πλοῦτος ἀπὸ κακῆς ἐργασίης περιγενόμενος στίγμα ἐστὶ, καὶ τούτῳ ἐν τοῖς ἀνθρώποισι ἐπιφανέστερον τὸ ὄνειδος κέκτηται. [O.] Forte: Πλοῦτος ἀπὸ κακῆς ἐργασίας περιγενόμενος σηματωέστερον ἐν τοῖς ἀνθρώποισι τὸ ὄνειδος κέκτηται. [*Casp. Orell.*]

94. χορηγίη ξυνὴ] Fateor, me haec verba non intelligere. Num sana lectio? [O.] Mihi videtur vulgata lectio sanissima et sic explicanda: *Pecuniarum collectio et usus cum stultitia conjunctus est quasi communis choregia.* Alludit scil. ad choregi munus molestissimum simul et sumptuosissimum. *Sammelt man mit Unverstand Reichthum*, *so ist dies eine gemeinsame Choregie*, d. i. *so hast du nur zum Besten andrer*, *die dich zu ihrem Choregen machen*, *dich bei diesem oder jenem Anlasse abzapfen*, *gesammelt*. [*Casp. Orell.*]

96. Ἢν μὴ etc.] In unam sententiam conjunxi duo lemmata male divulsa in editionibus Stobaei. Verba σμικρὰ γὰρ ὀρέξις etc. plane omisit H. Stephanus. Stanlejus vertens: *qui stulte pecuniis utitur*, *is*, *ut omnium illae sint praeda*, *efficit*, sensum magis quam verba expressit. Olearius: *publica vero stultitia publica est largitio*. [O.]

97. μυθέοντες] Graecis hoc inusitatum est; et legendum omnino μυθοπλαστέοντες, ut habemus infra Sentent. 114. quod vidit jam Valckenaer. ὁ πάνυ ad Euripid. Hippolyt. v. 191. p. 184. Pro φόβου corrigendum χρόνου ex eadem sententia. [O.]

98. πολλῇσι κηρσὶ συμπεφυρμένην καὶ ἀμηχανίῃσι] Κῆρες animi suo carcere clausi sunt *corporeae pestes* quaeque dicitur concreta labes Virgilio Aen. VI, 737 et 746. His liberatus animus evadit ἀκήρατος. hinc eximie mens divina ἀκήρατος dicitur et Timaeo Locro τὸ τῶ παντὸς σῶμα ἀκήρατον τῶν ἐκτὸς κηρῶν (leg. καρῶν), et de hominibus Plato Lib. XI. de Legg. Πολλῶν ὄντων καὶ καλῶν ἐν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ, τοῖς πλείστοις αὐτῶν οἷον κῆρες ἐπιπεφύκασιν, αἳ καταμιαίνουσί τε καὶ καταῤῥυπαίνουσιν αὐτά. [*Valckenaer. ad Euripid. Hippol. v.* 1114. *p.* 285.]

καὶ μετρῆται ἐπὶ τοῖς ἀναγκαίοις ἡ ταλαιπωρίη] i. e. ut ne egestas, miseria ejus mensuram rerum ad vitam necessariarum excedat. [O.]

100. ὥστε καὶ τῆς τύχης ἐπιβαλλούσης καὶ εἰς τὸ δέον ὑφηγεομένης τῷ δοκεῖν καταστήσασθαι] Verba corruptissima, quae sic emendanda censeo: ὥστε, καὶ τῆς τύχης ἐπιβαλλούσης καὶ εἰς τὸ πλέον σοι ὑφηγεομένης τοῦ δο-

κεῖν, κατατίθεσθαι, hoc sensu: *ita ut, licet fortuna ipsum honoribus oneret et ultra exspectationem suam extollat* (scil. in negotiis suis vel rebus gerendis), *deponat tamen negotia sua sive munera* (*τὰ πράγματα*, quod subintelligendum ex praecedenti *πολλὰ πράσσειν*). [O.] Fortassis tolerari possit vulgata lectio hoc sensu: *ut, licet fortuna tibi imposuerit* (lego cum Stobaeo *ἐπιβαλούσης* pro *ἐπιβαλλούσης*) *onera* (*honorum scil. munerumque*) *teque ducat ad ea, quae opinione tua tanquam necessaria desideras, onus tamen deponas, neque plura suscipias, quam praestare possis: so dass, wenn das Glück dir* (*viele Würden, Güter u. s. f.*) *aufladet, und deinem Wahne zur Führerin dient* (*εἰς τὸ δέον*) *zu dem, was du zu bedürfen glaubst,* (*wohin du wünschen magst,*) *du* (*die Bürde*) *ablegen, und nicht mehr, als du vermagst, auf dich nehmen sollst*, vel, si v. *τῷ δοκεῖν* conjungere velimus cum *κατατίθεσθαι*, i. e. *συστέλλεσθαι*, *du dich in deinem Wahne* (*viel tragen zu können*) *mässigen* (*gleichsam niederducken*) *sollst.* Vel tandem possimus etiam legere *τὸ δοκεῖν κατατίθεσθαι*, *opinionem deponere, deinen Wahn* (*dein Selbstvertrauen*) *ablegen.* Sed magis placet explicatio, quam primo loco posui. [*Casp. Orell.*]

102. *Νέοις οἶκον καὶ βίον* etc.] *βίος* h. l. *victus, res familiaris*, ut saepe. Conf. Perizon. ad Aelian. Var. Hist. XIV, 32. et annotationes nostras ad Theanus Epist. 2. Epist. Socrat. pag. 311. [O.]

104. *Ἀλογιστίη* etc.] Hoc fragmentum, quamvis in editionibus Stobaei Demetrii nomen praefixum habeat, ausus sum Democrito attribuere ob ionicum idioma. Nam aliud Demetrii fragmentum ab eodem Stobaeo servatum Serm. VIII. *περὶ δειλίας* atticum est, non ionicum. [O.]

109. *Οἷσιν ἡδονὴν ἔχουσι* etc.] De usu v. *ἔχειν* pro *παρέχειν* vid. Bast. Epist. Crit. pag. 27. ed. Lips. et Schaefer. V. Cl. ad Gregor. Corinth. pag. 4. et in Ind. pag. 985. Sic et Latini scriptores v. *habere* utuntur. Cicero de Legg. II. Cap. XXV. *habet enim luctum concursus hominum.* [O.]

111. *εἰ δὲ ἄδηλον*] Malim *εἴ γε ἄδηλον*. *saltem si incertum sit.* [O.]

114. *Ἔνιοι θνητοῖς* etc.] Vera haec et genuina Democriti verba, quae manca et corrupta supra exhibuimus No. 97. Pro *ἔνιοι* legendum *οἱ μὲν* ex emendatione summi Valckenaerii ad Euripid. Hippolyt. v. 191. p. 184. Ceterum in eandem sententiam Epicurus ap. Stobaeum Serm. CXVII. *Ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς*

ἡμᾶς· τὸ γὰρ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ· τὸ δὲ ἀναίσθητον οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. [O.]

117. Ἄνθρωποι τύχης εἴδωλον etc.] Ex quo Democriti scripto verba haec petita sint, incertum manet: forte ex eo περὶ εὐρυθμίας, quod inter cetera laudat Diogenes Laertius IX. VII, 13. Ἄνθρωποι recte V. A. E. pro ἀνθρώπου apud Canter. Βαιὰ edidi pro βαιῷ ap. Canter. Flagitat enim illud oppositum πλεῖστα. *raro fortunam vincere prudentiam, plurima vero hac dirigi.* Ultima leguntur sic ap. Canter. εὐξύνετος ὀξυδερκεῖν κατευθύνει, pro quo Codd. V. A. εὐσύνετος ὀξυδερκεῖν κατιθύνει. Si lectio sana est, jungendum erit εὐσύνετος ὀξυδερκεῖν (seu ὀξυδερκέειν dialecto ionica), *mens quae facile res perspicit:* quod si insolitum videatur, planum foret pro ὀξυδερκέειν rescribere ὀξυδερκής τε, *et perspicuus (perspicax).* κατιθύνει recepi ex Codd. V. A. E. pro κατευθύνει. [*Heeren.*]

118. Ἀφ' ὧν ἡμῖν etc.] Codd. V. A. E. in marg. Δημοκρίτου. ex quo tamen ejus scripto petitum sit, non additur: suspicor ex eo περὶ εὐδαιμονίης. Ionicam dialectum passim neglectam restitui. [*Idem.*]

εἴημεν] Recte Cod. V. pro εἴη μὲν apud Canterum. Pauca vero hic excidisse suspicor. Patet enim, Democritum illud voluisse, liberos nos fore a malis, si rebus, unde proveniunt, recte uteremur. [*Idem.*]

Αὐτίκα] *exempli gratia, verbi causa,* ut saepius. Vid. Ernesti ad Xenoph. Memorab. IV. Cap. VII, 2. Ruhnken. ad Timaei Lex. Plat. pag. 56. ed. 2. et Fischer. in Ind. ad Aeschin. Socr. h. v. [O.]

119. Ἀνθρώπινα κακὰ etc.] Cod. V. A. E. in marg. τοῦ αὐτοῦ. [*Heeren.*] Initium sententiae supra No. 8. exhibuimus ex Stobaei Florileg. Serm. IV. ubi legitur: Ἀνθρώποισι κακά. [O.]

εὐπόρως] Post εὐπόρως majori distinctione interpunxi, et, ut nexus constaret, addidi statim δέ. [*Heeren.*]

οὐδὲ δίκαιον ἐν κακοῖσι τὰ τοιάδε κρίνειν. ἀλλ' ἐν ἀγαθοῖσιν ἐντι· τοῖς τε ἀγαθοῖσιν etc.] Ita restituit Heerenius verba in editione Canteri corruptissima: ἀλλ' ἐν ἀγαθοῖσιν ἔντοις τε ἀγαθοῖσιν. Adversus quam emendationem unum hoc objicere liceat, quod ἐντὶ pro ἐστὶ vel εἰσὶ doricum sit, non ionicum. Vid. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 281. ed. Schaefer. Quare dubito equidem, annon praeferenda sit correctio ejusdem Koenii p. 576. prolata: Οὐ δίκαιον ἐν κακοῖσι τὰ τοιάδε κρίνειν, ἀλλ' ἐν ἀγαθοῖσι, τοῖσι οἷόν τε χρῆσθαι etc. [O.]

χρῆσθαι πρὸς τὰ κακὰ] Heerenius vertit *ad mala*

abuti, Koenius l. l. *uti adversus mala*. Graeca verba utrumque significare possunt. Equidem prius praefero. [O.]

εἴ τινι βουλομένῳ ἂν ᾖ] Haec est palmaria emendatio Koenii p. l., qui elegantem hanc locutionem ex Herodoto aliisque doctissime illustrat. Canterus corruptissime *εἴ τινα βουλομένῳ ἄλην*. Heerenius haec annotat: „Pro *ἄλην* Cod. V. A. *ἄλ-„κην*. ex quo patet, scriptorem *ἄλκην* pro exemplo posuisse rei „per se bonae, qua tamen facile quis abuti potest. Rescriben- „dum itaque duxi *οἷόν τινα βαλλόμενον ἀλκῇ*, *ut in jaciendo*, *seu „telo emittendo*, *robore*." At unice vera Koenii emendatio. Apud Demosthenem nil frequentius hac locutione, v. c. Philipp. IV. p. 86. *ἃ εἰ βουλομένοις ὑμῖν ἀκούειν ἐστίν*. Item Dionysius Halicarnass. saepissime usurpat. Conf. Dorville ad Chariton. Lib. V. Cap. II. pag. 467. ed. Beck. et Wernsdorf. ad Himer. Orat. XIV. §. 18. pag. 640. [O.]

120. *Ὁ μὲν εὔθυμος* etc.] Codd. quidem nihil in margine, attamen Democriti haec esse et sensus et verba docent. Petita autem haec esse ex libro ejus *περὶ εὐθυμίας* vel *περὶ εὐδαιμονίης* modo citato, quem laudat Diog. Laert IX. VII, 13., vix dubitaveris. *Εὔθυμος*, quod pro *εὔμυθος* ap. Canter. restituit Dorville ad Chariton. pag. 27. (pag. 215. ed. Lips. O.), qui prima loci nostri verba recensuit, (praeeunte jam summo Valckenaerio ad Ammonium p. 218. O.) confirmatur Codd. V. A. E. [*Heeren.*]

καὶ ὕπαρ καὶ ὄναρ] i. e. *semper*, *continuo*, *per totum vitae spatium*. Dictionem illustrat Valckenarius *ὁ πάνυ* ad Ammon. l. l. citans Maxim. Tyr. Serm. XXVI. pag. 154. (XIV. pag. 261. ed. Reisk.) *ἀλλ' εἰ τῷ ὄντι ἡγῇ ταυτὶ τὰ ὀνόματα καὶ τὰ σώματα αἰνίττεσθαί τινας δαιμονίους δυνάμεις, καὶ συνισταμένας τῶν ἀνθρώπων τοῖς εὐμοιροτάτοις καὶ ὕπαρ καὶ ὄναρ*. Adeoque non opus habemus cum Heerenio rescribere *καθ' ὕπαρ καὶ ὄναρ*. [O.]

ἔῤῥωσταί καὶ πανακήδης ἐστί] Edidit Canterus *ἔῤῥεται καὶ ἀνακύδης ἐστίν*. Corrigit Dorvillius l. c. *ἔῤῥωσται* (quod confirmant Codd. V. A. E.) et *ἀκήδης*. Malui *πανακήδης*, *sine omni molestia*, quod propius ad litterarum ductum accedit. [*Heeren.*]

ἀλογίῃ καὶ τὰ χρέοντα μὴ ἔρδῃ] Sic rescripsi pro *ἀλογῇ καὶ τὰ χρηίοντα μὴ ἔρσῃ* (ex *χρέων*, *debitum*.) Lectionem *ἔρδῃ* confirmant Codd. V. A. E. [*Idem.*] Dubitare tamen licet, annon revocandum sit *ἔρσῃ* pro *ἔρδῃ* tanquam Abderitarum idioma, ut supra Fragm. II. *ῥυσμοῦνται* pro *ῥυθμοῦνται*. [O.]

ἀτερπέα εἴη] Sic, ut dialecto simul et sensui consulerem, edidi pro *ἀτερπείη*. [*Heeren.*]

ἑωϋτέν] Sic bene Codd. V. A. E. pro αὐτόν. [*Idem.*]

121. Οἱ θεοὶ] Recte separant haec Codd. V. A. E. a prioribus, quibus ap. Canter. male junguntur, ubi οἱ δὲ θεοὶ etc. sed δὲ omittitur in Codd. [*Idem.*]

122. Τύχη μεγαλόδωρος] Hic quoque Codd. nihil in margine, etsi sola dialectus satis jam Democriti ea adhuc esse probat. [*Idem.*]

διόπερ νικᾷ etc.] Edidit Canterus διόπερ νικᾷ τῷ ἥσσονι καὶ βεβαίῳ τὸ μεῖζον τῆς ἐλπίδος. Vult scriptor: *fortunam, etsi instabilis sit, eo tamen vincere ingenia hominum, quod magna promittat.* Rescripsi itaque διόπερ νικᾷ τῷ ἥσσονος καὶ ἀβεβαίῳ τὸ μεῖζον τῆς ἐλπίδος. Patet, corruptelam ex inscitia dialecti, quae emendatione nostra simul restituitur, originem traxisse. [*Idem.*] Vide supr. ad Fragm. I. [O.]

123. Δημόκριτος καὶ Πλάτων etc.] Haec verba corruptissime sic leguntur ap. Canterum: Δημόκριτος καὶ Πλάτων κεῖνως ἐν τῇ ψυχῇ τὴν εὐδαιμονίαν τίθενται· γέγραφε δ' ὁ μὲν οὕτως· Εὐδαιμονίη ψυχῆς καὶ κακοδαιμονίη οὐκ ἐν βοσκήμασιν οἰκεῖ, οὐδ' ἐν χρυσῷ, ψυχῇ οἰκήτερον δαίμονος. Pro κεῖνως recte Codd. V. A. E. κοινῶς. Petita sunt haec Democritea procul dubio ex opere ejus Κέρας Ἀμαλθείας seu Ὑπομνήματα ἠθικὰ secundum Diogenem IX, 7. inscripto, in quo de omnibus iis, quae ad felicitatem pertinent, praeclare disputaverat. Duo alia Fragmenta ex eo servavit Stobaeus Floril. Serm. CI. *de felicitate.* Divisum illud fuisse docet Fabricius Bibl. Graec. I. p. 804. in singulos libros, qui singuli suum quique titulum habebant, argumento respondentem, quo singularis quaedam dignitas summi boni describeretur, ut εὐθυμίη, ἀταραξίη, ἀθαμβίη, ultimus autem εὐεστώ. His praemissis, lectionis a me constitutae ratio reddenda erit. Suspecta jam merito sunt prima verba: εὐδαιμονίη ψυχῆς καὶ κακοδαιμονίη οὐκ ἐν βοσκήμασι οἰκεῖ. Etsi enim recte dicitur, εὐδαιμονίην οὐκ ἐν βοσκήμασιν οἰκεῖν, vix tamen apparet, quomodo philosophus addere potuerit, nec κακοδαιμονίην ibi habitare. Plane autem adversantur, quae sequuntur, cum δαίμονος singulari numero ponatur, quod ad εὐδαιμονίην tantum trahi potest. Accedit lectio Codd. V. A., qui utrique habent: εὐδαιμονίη ψυχῆς καὶ κακοδαιμονίη εὐδαιμονίη οὐκ etc. Recte vestigiis hisce insistens refinxisse mihi videor: γέγραφε — οὕτως ἐν τῷ περὶ εὐδαιμονίης καὶ κακοδαιμονίης· Εὐδαιμονίη οὐκ ἐν βοσκήμασιν οἰκέει etc. *Democritus in libro de felicitate et infelicitate: Felicitas* etc. ita nempe, ut unus ex ὑπομνημάτων libris sic inscriptus fuerit. Οἰκέει pro οἰκεῖ flagitat dialectus ionica. Mox ψυχὴ οἰκητήριον δαίμονος, *anima*

habitaculum numinis (felicitatis nempe), recte habent Codd. V. A. E. [*Heeren.*] Mihi verba καὶ κακοδαιμονίη minime videntur sollicitanda, hoc sensu: *Felicitas hominum vel infelicitas sita est neque in gregibus nec in auro* (scil. in possidendo illa vel non possidendo). *Von grossen Viehherden oder Geldschätzen (dass man sie besitzt oder nicht besitzt) hängt weder das wahre Glück noch das Unglück des Menschen ab.* [O.]

τὴν καὶ εὐθυμίαν etc.] τὴν καὶ sensu jubente edidi pro τὴν δέ. Ponebat Democritus summum bonum in animi tranquillitate, quae tantum sapientis est. Cicero de Fin. V, 8. *Democriti autem securitas, quae est animi tanquam tranquillitas, quam appellat εὐθυμίαν, ea ipsa est beata vita.* Variis autem nominibus eam hunc insignivisse, testis est Diogenes VI, 9. 12. Τέλος δὲ εἶναι τὴν εὐθυμίαν, οὐ τὴν αὐτὴν οὖσαν τῇ ἡδονῇ, ἀλλὰ καθ' ἣν γαληνῶς καὶ εὐσταθῶς ἡ ψυχὴ διάγει, ὑπὸ μηδενὸς ταραττομένη φόβου, ἢ δεισιδαιμονίας, ἢ ἄλλου τινὸς πάθους. Καλεῖ δ' αὐτὴν καὶ εὐεστώ, καὶ ἄλλοις πολλοῖς ὀνόμασι, quae Stobaeus enumerat. Εὐεστὼ est *stabilitas*, id est firmitas adeoque ἀταραξία animae. Cetera per se clara sunt. Addit noster, felicitatem hanc secundum Democritum in *delectu voluptatum* positam fuisse; nempe ut veras voluptates a falsis discernamus. Patet inde, quomodo nonnulli, quod docet Diogenes l. c., opinari potuerint, Democritum omnino felicitatem posuisse in voluptate. Ceterum confirmant haec, quae ex eodem hoc opere servavit Stobaeus Floril. Serm. CI. (Vid. supr. Fragment. Democrit. No. 99. O.) Εὐτυχὴς ὁ ἐπὶ μετρίοισι χρήμασιν εὐθυμεόμενος· δυστυχὴς δὲ ὁ ἐπὶ πολλοῖσι δυσθυμεόμενος, et qui hunc mox excipit prolixior locus. [*Heeren.*]

124. Τὰς μὲν γραμμὰς etc.] Sententiam habuimus supra p. 10. in Demophili Similitud. No. 52. ubi rectius legitur: Τὰς μὲν γραφάς. [O.]

126. Οὕτως πειρῶ ζῆν etc.] Similis Latina sententia: *Divitiis utare tanquam moriturus; tanquam victurus parcito divitiis.* Ceterum sententiam hanc Bianti attribuit Laertius I. §. 87. [O.]

127. Δύο ἀφορμαὶ etc.] Haec et sequens Sententia in nonnullis Codd. Democriti, in aliis Sexti nomen praefixum habent. [O.]

129. Αὐταρκεῖ etc.] Αὐταρκεῖ et μακρὰ est ex emendatione Conr. Gesneri. Antea Αὐταρκείῃ .... σμικρά, nullo sensu. [O.]

μακρὰ νὺξ οὐδέποτε γίγνεται] id est: *nunquam insomnia laborabit.* [O.]

134. *Ξένοις μεταδίδου* etc.] Habet hanc sententiam Maximus praemisso titulo: *Δημοκρίτου, Ἰσοκράτους καὶ Ἐπικτήτου.* At idem Maximus Lib. I. Cap. *κζ.* uni Democrito tribuit, quem auctorem, ut bene observat Schweighaeuserus V. Cl. ad Fragment. Epicteti No. 108. pag. 208., ionicae dialecti vestigium in v. *ἐόντων* prodit. Pro *μὴ διδοὺς δεομένῳ* Upton. ed. *μὴ διδοὺς δεομένοις.* [O.]

142. *Κόλαζε κρίνων* etc.] Codd. *Δημοκρίτου ἤτοι Δημώνακτος.* [O.]

144. *ἀνθ' ὧν τὰ μεγάλα* etc.] Xenophon Mem. II, 1, 28. *τῶν ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας θεοὶ διδόασιν ἀνθρώποις.* [O.]

145. *ὥσπερ γὰρ ὄργανον* etc.] Vide supr. Demophili Simil. 4. [O.]

153. *ἀλλὰ βραδύνοντάς τε καὶ μέλλοντας, τὴν ὁρμὴν ἀκριβῶς πεπονημένους*] Sensus est: *sed in inclinatione* (ad id scil. quod rectum videatur) *lente et cunctanter, nec nisi antegressa deliberatione accuratissima, procedendum.* [O.]

158. *τὸν σπουδαῖον φίλον*] Vid. infr. Demetr. Phaler. Chilon. [O.]

πρὸς δὲ τὰς περιστάσεις αὐτόκλητον δεῖ συμπαρεῖναι] Simile praeceptum (Pseudo-) Isocratis in Paraenesi ad Demonicum: *Οὕτω δ' ἄριστα χρήσῃ τοῖς φίλοις, ἂν μὴ περιμένῃς τὰς παρ' ἐκείνων δεήσεις, ἀλλ' αὐτεπάγγελτος αὐτοῖς ἐν τοῖς καιροῖς βοηθῇς.* [O.]

161. *ἀποκτηθεῖσα δὲ*] Hoc loco, si genuina est Democriti sententia, falsitatis arguitur, quod Schneiderus V. Cl. in Lexico observat, verbum *ἀποκτάομαι* esse recentioris Graecitatis. [O.]

162. *Ὁ κατὰ φύσιν πλοῦτος* etc.] Similis Pythagoreorum Sententia supra pag. 46. No. 20. exhibita: *Σαρκὸς φωνὴ μὴ πεινῆν, μὴ διψῆν, μὴ ῥιγοῦν.* Similis etiam D. Pauli sententia I. Timoth. VI, 8. *Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα.* [O.]

165. *Εἰ βούλει* etc.] *Ex Sententiis Epicteti, Isocratis, Democriti.* Sic in margine edit. C. Gesneri ad hanc et duas sequentes Sententias. Inter Epicteti Fragmenta jam retulerat Meibomius et Schweighaeuser. V. Cl. No. 158—160. [O.]

166. *μὴ τὴν ἀπάθειαν*] Similiter Epictetus ap. Arrian. III. Cap. II, 4. *οὐ δεῖ με εἶναι ἀπαθῆ, ὡς ἀνδριάντα.* Et vocabu-

lum ἀπαθὴς in deteriorem quandoque partem accipi monuit etiam Laertius VII, 117. ubi pro vulgato ἀτρέπτῳ ἀτέγκτῳ legendum, ut docuit Menagius. Valet autem h. l. ἀπάθεια idem fere ac ἀναισθησία. [*Schweighaeuser.*]

168. *Τοῖς μὲν νοσοῦσιν ἰατροὺς* etc.] Eandem sententiam habuimus supra in Simil. Socrat. No. 67. [O.]

169. *τὸν ἥδιω*] Sic optime C. Gesnerus pro *τὸν ἴδιον*. [O.]

175. *Ἐν μὲν τοῖς ἐσόπτροις*] *Demosthenis vel Democriti Sententia.* Sic in margine editionis C. Gesneri. [O.]

176. *Οὗτος γὰρ* etc.] Integrum dedimus hunc locum, qui mancus et imperfectus legitur in H. Stephanii Collectione Fragmentorum Democriti pag. 179. [O.]

177. *Μηδὲν τῆς ἀληθείας τιμιώτερον*] Haec et sequens Sententia apud Antonium quidem uni Epicteto adscribitur: sed quoniam in ora ante *Ἐπικτήτου* nomen proxime *Δημοκρίτου* scribitur, suspicari fas est, ductas esse e Collectione Sententiarum ex Democrito, Isocrate et Isaeo excerptarum: et verbum *συγχέεται*, quod in priori habes pro *συγχεῖται*, auctorem prodit, qui ionica dialecto usus sit. Ceterum quisnam sensus insit posteriori parti ejusdem Fragmenti, obscurum. Pro *μηδὲ* Gesnerus in ora *forte ἢ δὲ* notaverat, et pro *ἐκτὸς forte ἐντὸς*, quod posterius recepit Uptonus. Gesnerus sic interpretatus erat: *Nihil veritate pretiosius haberi debet; ne amicitia quidem, utpote obnoxia affectibus, qui quod justum est turbant et obumbrant.* Uptonus: *Nihil veritate pretiosius esto, neque amicitiae delectus affectibus obnoxius.* Vide vero, ne duae diversae sententiae in unam confusae sint. (*Schweighaeuser. ad Epictet. Fragm. No.* 139. *pag.* 208.) Equidem prorsus Schweighaeusero assentior hanc Sententiam in duas dispescenti. Sed in altera verba *Μηδὲ* et *ἐκτὸς* sanissima habeo, modo post *διακειμένη* subintelligatur *ἐστί*. *Neque amicitiae delectus affectibus vacuus*; i. e. *exemptus est imperio affectuum.* [O.]

178. *Ἀθάνατον χρῆμα* etc.] Nec hoc Fragmentum integrum satis emendatumque. Ad illa certe verba, *ἀλλὰ τὰ δίκαια καὶ τὰ νόμιμα*, utique deesse aliquid videtur, quod in latina versione utcunque suppletum est. [*Schweighaeuser. p. l.*]

180. *Λόγος ἔργου σκιή*] Hanc Sententiam cum duabus sequentibus exscripsi ex M. Neandri Opere aureo pag. 362. ed. Lips. [O.]

In Fragmenta Physica.

1. νόμῳ γλυκὺ καὶ νόμῳ πικρὸν etc.] Νόμῳ, i. e. per legem quandam ac necessitatem naturae ex atomis et vacuo procreatae. Inde Democritus τὰ ποιητὰ proprio et peculiari systematis sui termino vocabat νόμιμα; quibus φύσιν opponebat, i. e. universi principia, atomos ac vacuum, quae sola ionica voce ἐτεῇ, id est κατ' ἀλήθειαν, esse putabat. Conf. doctissime de hoc Democriti placito disputantem Gilb. Gaulmin. ad Theodor. Prodrom. de Amorib. Rhodant. et Dosicl. pag. 557. et seq. [O.]

4. ἐτεῇ δὲ τὰ ἄτομα καὶ κενόν] Affert illa Democriti Diogenes in Pyrrhone, ubi perperam scriptum est αἰτίῃ pro ἐτεῇ, sicut et apud Sextum idem testimonium afferentem supra. (Fragm. 1.) Esse autem reponendum ἐτεῇ, non solum conjici potest ex his verbis Sexti, ἀληθὲς δὲ ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν τὸ ἀτόμους εἶναι καὶ κενόν, sed probari etiam ex alio ejus loco, ubi scribit: προδηλοτάτη δὲ γίνεται ἡ διάκρισις, ὅταν ὁ Δημόκριτος λέγῃ Ἐτεῇ δὲ ἄτομα καὶ κενόν· ἐτεῇ μὲν γὰρ λέγει ἀντὶ τῇ ἀληθείᾳ, κατ' ἀλήθειαν δὲ ὑφεστάναι λέγων τάς τε ἀτόμους καὶ τὸ κενόν. Videturque reponendum ἐτεῇ etiam in altero loco, ubi legitur αἰτίῃ δὲ οὐδὲν ἴδμεν. Quae vero subjunguntur verba, ἐν βυθῷ γὰρ ἡ ἀληθηΐη, a multis scriptoribus commemorantur, Ut Graecos omittam, meminit eorum Cicero Acad. Quaest. Lib. I. editionis secundae (Cap. XIII. O.), ubi scribit, Democritum dixisse, in profundo veritatem esse demersam. Idem in altera Academicorum editione scribit (Lucull. Cap. X. ubi vid. Davis. O.): *Naturam accusa, quae in profundo veritatem (ut ait Democritus) penitus abstruserit.* Legimus et apud Lactantium Firmianum Libro de falsa sapientia tertio (Inst. Lib. III. Cap. XXVIII.): *Democritus, quasi in puteo quodam sic alto, ut fundus sit nullus, veritatem jacere demersam.* [*H. Steph.*] Conf. Gaulmin. l. l. [O.]

5. Δημόκριτός φησί που περὶ αὑτοῦ etc.] Idem fragmentum servavit etiam Eusebius Praeparat. Evangel. Lib. X. Cap. IV. pag. 472. ed. Viger. Colon. ubi pro Ἀρπεδονάπται legimus Ἀρσεπεδονάπται. [O.]

Ἀρπεδονάπται] Optime h. v. illustrat Sturzius V. Cl. in libello doctissimo de Dialecto Macedonica et Alexandrina pag. 98 seq. novae edit., cujus verba integra hic exscribere liceat. „Ἀρπεδονάπται (scribit vir doctissimus) dicebantur quidam Aegyptiorum sacerdotes ac sapientes, ut recte colligi videtur e „verbis Democriti ap. Clement. Alex. Strom. I. p. 307. add. Eu„seb. Praeparat. Evangel. X, 4. p. 472. cui reddendum est hoc „nomen pro vitioso ἀρσεπεδονάπται. Jablonskius quidem in Pro-

„legom. ad Pantheum Aegypt. p. XCIV. in Opusc. Tom. I. p. 38. „illud ex Aegyptiorum lingua deducit, et per *νοήμονας* sive *νοη-* „*μονικοὺς* explicat, ita ut intelligendi sint, qui alias vocantur *ἱε-* „*ρογραμματεῖς*. Sed cum Herodotus III, 47. interprete Polluce „VII, 31. *ἀρπεδόνας* vocaverit *τὰ νήματα* i. e. *fila*, *ἅπτειν* autem „etiam *conserere, connectere* significet, ut apud Aristot. de Par- „tib. Animal. II, 9. *ἁπτόμενον καὶ προσδεδεμένον*: nondum omnino „me poenitet interpretationis olim (in editione priori) proposi- „tae, qua *ἀρπεδονάπτας* appellatos putavi ob redimitum caput, „quemadmodum *flamines* apud Romanos, Varrone de Ling. Lat. „IV, 15. auctore, nomen habuerunt a filo, quo per aestum ca- „pita religabant, quasi *filamines*. Conf. quae infra pag. 111. in „v. *πτεροφόροι* attuli e Diodoro Siculo I, 87." Haec Sturzius. [O.]

Apophthegm. 8. *ἐξήγαγεν ἑαυτὸν* etc.] Immo panibus calidis naribus admotis vitam servasse Democritum, ut soror in festo Cereris vota exsolvere posset, tradit Laertius Lib. IX. §. 43. [O.]

Apophth. 9. *τῷ τῆς τελευτῆς νόμῳ*] Lego *τελετῆς* et intelligo ritus ac cerimonias illas, quibus defunctam resuscitaturum se Democritus promiserat. De v. *δυσωπεῖσθαι* vide annot. nostr. ad Memnon. Cap. LV. pag. 253. [O.]

Leonharti Lycii aliorumque et Editoris Annotationes in VII Sapientum Apophthegmata.

I. In Demetrii Phalerei collectionem.

1. *Cleobuli.*

Κλεόβουλος Λύνδιος] Scribendum *Λίνδιος*. *Λίνδος* Rhodi urbs jam ex Homero nota Il. II. v. 656.

Οἳ Ῥόδον ἀμφινέμοντο διάτριχα κοσμηθέντες,
Λίνδον Ἰηλυσσόν τε καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον.

Conf. intpp. ad Steph. Byzant. v. *Λίνδος*. [O.]

Μέτρον ἄριστον] Alibi hoc ita recitatur: *τὸ μέτριον ἄριστον*. [*Lycius*.] Conf. Gesner. *Modus optimus*. Anthol. Patav. *Πάντων μέτρον ἄριστον* ex Laertio. [O.]

Πατέρα δεῖ αἰδεῖσθαι] *Δεῖ* videtur expungendum. Nam in praeceptis usurpari Infinitivos in significatione imperandi notum est. [*Lyc.*]

Εὖ τὸ σῶμα ἔχειν etc.] Laertius pro *ἔχειν ἀσκεῖν* habet; sed omittit quod sequitur *καὶ τὴν ψυχήν*; quod tamen non videtur omittendum. [*Lyc.*]

Φιλήκοον καὶ μὴ πολυήκοον] Sic cum editt. Stobaei omnibus etiam Lycius edidit, sed in versione expressit lectionem Laertii Lib. I. §. 92. et Codd. Stobaei C. W. *φιλήκοον εἶναι μᾶλλον ἢ φιλόλαλον* eamque lectionem in Notis adstruit, quam secutus est et Joach. Camerarius in Ludo VII Sapientum sic vertens:

Audire multa mavelis, quam dicere.

Sed vulgata lectio mihi praeferenda videtur tanquam difficilior. *Φιλήκοον* dixit Cleobulus *studiosum audire ea, quae animo conducunt*, *πολυήκοον* autem *curiosum, rumores vulgi captantem, cupidum audire nova non bona.* [O.]

πολυμαθῆ, μὴ ἀμαθῆ] Antea ἢ ἀμαθῆ. Male. [*Schow.*] Sic et Lycius novam his verbis sententiam incipiens. C. W. et Laertius l. l. *φιλομαθῆ μᾶλλον ἢ ἀμαθῆ.* [O.]

Γλῶσσαν εὔφημον κεκτῆσθαι ἀρετῆς οἰκεῖον καὶ κακίας ἀλλότριον] Sic interpunxit Schowius. Gesnerus ed. *Γλῶσσαν εὔφημον κεκτῆσθαι*, verba *Ἀρετῆς οἰκεῖον* tanquam novam sententiam conjungens cum sequentibus *ἀδικίαν μισεῖν* etc. vertensque: *Virtutis est proprium et ab improbitate alienum injustitiam odisse, pietatem custodire, civibus optima quaeque consulere.* Laertius ita: *Γλῶσσαν εὔφημον ἴσχειν. — Ἀρετῆς οἰκεῖον εἶναι, κακίας ἀλλότριον.* quam lectionem sequuntur Lycius et Strothius in Chrestomathia, qui tamen per Ellipsin omisit *εἶναι*, ut sensus sit: *Oportet proprium* (h. e. *addictum* genere masculino) *virtuti esse, alienum vitio.* Sed hoc sensu v. *οἰκεῖος* dativum conjunctum habet, non genitivum. Vid. Menag. ad Laert. I. §. 92. pag. 53. ed. Meibom. — Jam vero loco accuratius inspecto muto sententiam, et credo, verba haec esse e sede sua mota et sic translocanda, ut voces *ἀρετῆς οἰκεῖον καὶ κακίας ἀλλότριον* annectantur antecedenti sententiae: *Φιλήκοον καὶ μὴ πολυήκοον, πολυμαθῆ, μὴ ἀμαθῆ, ἀρετῆς οἰκεῖον καὶ κακίας ἀλλότριον* (scil. *εἶναι* significatione imperativi), ita, ut postrema verba ex asse respondeant iis, quae legimus infra in Collectione Aldina sub nomine Solonis: *Ἀρετὴν ἐπαίνει, κακοὺς μίσει.* Tum sequitur: *Γλῶσσαν εὔφημον κεκτῆσθαι, Linguam habeas* (vel *tibi compares*) *bene ominantem nec maledicam*, tanquam singularis sententia. [O.]

Πολίταις etc.] Laertius l. l. *Πόλει.* [O.]

Γλώττης κρατεῖν] B. C. W. et Laertius l. l. *Ἡδονῆς κρατεῖν*, quod praefero, cum jam praecesserit *Γλῶσσαν εὔφημον κεκτῆσθαι.* [O.]

Βίᾳ μηδὲν πράττειν] *Nihil ex arbitrio virium feceris*, ut vertit Dionysius Cato in Brev. Sent. p. 54. ed. Arntzen. [O.]

Τέκνα παιδεύειν] Antholog. Patav. *Τὰ φίλτατα τέκνα παίδευε.* quam lectionem secutus videtur Erasmus vertens: *Liberos tibi carissimos erudi.* Aldus *τὰ φίλτατα παίδευε,* quod vertit Othmar. Luscinius: *Quae amicissima, corripe.* Sed *παιδεύειν corripiendi* vel *castigandi* significationem nonnisi apud scriptores sacros habet. Phavorinus: *Παιδεύειν ἀντὶ τοῦ κολάζειν οὐδεὶς τῶν ῥητόρων εἶπεν, ἀλλὰ παρὰ μόνῃ τῇ θείᾳ γραφῇ τοῦτο εὑρίσκεται.* Conf. Schleusner. in Lexic. N. Test. h. v. [O.]

Τύχῃ εὔχεσθαι] Ita Schowius majori litera. Bene. Et male haec Lycius in versione expressit: *Fortunam a deo opta,* citans Ciceronis locum de Nat. Deor. Lib. III. *Judicium hoc omnium mortalium est, fortunam a deo petendam, a se ipso sumendam esse sapientiam.* Cui non nota Fortuna dea culta ab antiquis et precibus exorata vel ex elegantissimis illis Juvenalis versibus Sat. X, 365.

> *Nullum numen habes, si sit prudentia: nos te*
> *Nos facimus, Fortuna, deam, coeloque locamus?*

Bene Stanlejus: *Successum a Fortuna pete.* [O.]

Ἔχθρας διαλύειν] Luscin. *Ἔχθραν διάλυε,* Pittaco attribuens hoc praeceptum. W. *ἐχθροὺς διαλύειν.* [O.]

Τὸν τοῦ δήμου ἐχθρὸν etc.] Quomodo censeam hoc legendum, ex versione apparet. (scil. *σὸν* vel *σεαυτοῦ πολέμιον.*) Sed potest alia esse sententia, non mutata lectione, nimirum haec: *Qui, cives odit, eum data occasione hostem illorum futurum existima.* [*Lyc.*] Quae posterior interpretatio confirmatur ex parte verbis Ammonii de Differ. Voc. *Ἐχθρὸς πολεμίου καὶ δυσμενοῦς διαφέρει. Ἐχθρὸς μὲν γάρ ἐστιν ὁ πρότερον φίλος· Πολέμιος δὲ ὁ μεθ' ὅπλων χωρῶν πέλας· Δυσμενὴς δ' ὁ χρόνον πρὸς τόν ποτε φίλον τὸ μῖσος διατηρῶν, καὶ δυσαλλάκτως ἔχων.* [O.]

μηδ' ἄγαν φιλοφρονεῖσθαι] Ita B. C. W. Antea *μηδ' ἄγαν φρονεῖν.* Male. [*Schow.*] Laertius: *Γυναικὶ μὴ φιλοφρονεῖσθαι, μηδὲ μάχεσθαι ἀλλοτρίων παρόντων. φιλοφρονεῖσθαι blandiri, liebkosen.* [O.]

τὸ μὲν γάρ ἐστι χεῖρον etc.] Ita Stobaeus et Lycii editio, qui tamen in versione latina, *hoc enim dementiam, illud insaniam significat,* expressit lectionem Laertii: *τὸ μὲν γὰρ ἄνοιαν, τὸ δὲ μανίαν σημᾶναι.* Mihi antiqua lectio haud quaquam videtur spernenda. *Illud quidem pejus est etc. Jenes ist freilich das schlimmre, aber auch dieses kann zum Wahnsinn führen.* [O.]

Οἰκέτας μεθύοντας etc.] Laertius: *Οἰκέτην πάροινον μὴ κολάζειν· δοκεῖν γὰρ παροινεῖν.* [O.]

Γαμεῖν ἐκ τῶν ὁμοίων etc.] Pittaco adscribitur hoc

praeceptum in editt. Aldi et Luscinii. Sed Cleobulo attribuit Laertius. [O.]

ἐὰν γὰρ ἐκ τῶν κρειττόνων] Laertius: *ἂν γὰρ ἐκ τῶν κρειττόνων λάβῃς.* [O.].

δεσπότας, οὐ συγγενεῖς κτήσῃ] Laertius: *δεσπότας κτήσῃ τοὺς συγγενεῖς. affines* (ex uxore scil.) *dominos habebis.* [O.]

Μὴ ἐπιμαίνεσθαι τῷ σκώπτοντι etc.] C. W. et Laertius: *Μὴ ἐπιγελᾷν τοῖς σκωπτομένοις· ἀπεχθήσεσθαι γὰρ τούτοις.* quam lectionem secutus est Lycius vertens: *Ne irrideas eos, qui dicteriis incessuntur: eris enim illis invisus.* Sed *ἐπιμαίνεσθαι* multo est exquisitius: *amore alicujus quasi deperire.* Vid. Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Marin. I. Tom. II. pag. 346. ed. Bipont. Vert. itaque: *Sey in die Spassmacher nicht vernarrt.* [O.]

Εὐποροῦντα etc.] Laertius l. l. *Εὐτυχῶν μὴ ἴσθι ὑπερήφανος, ἀπορήσας μὴ ταπεινοῦ. τὰς μεταβολὰς τῆς τύχης γενναίως ἐπίστασο φέρειν.* [O.]

2. *Solonis.*

Σόλων Ἐξηκεστίδου Ἀθηναῖος] Laertius I. §. 45. *Σόλων Ἐξηκεστίδου Σαλαμίνιος.* [O.]

Μηδὲν ἄγαν] Laertius hoc etiam Pythagorae adscribit, alii Thaleti. [*Lyc.*]

αὕτη γὰρ λύπην τίκτει] Alibi: *ἥτις ὕστερον λύπην τίκτει.* [*Lyc.*] Al. *ἥτις λύπην τίκτει.* [*Gesner. in marg.*]

φύλασσε τρόπου καλοκἀγαθίαν etc.] I. I. Scaliger ad Dionys. Caton. pag. 31. ed. Arntzen. *καλοκἀγαθίαν* interpretatur *existimationem viri boni, τοῦ καλοῦ κἀγαθοῦ.* [O.]

Τῶν γονέων μὴ λέγε δικαιότερα] Hujus praecepti eam puto esse sententiam, quam in versione reddidi, vel hanc: *Ne praeter sapias, quam placet parentibus,* Plautus Persa. Erasmus ita vertit: *Ne contende cum parentibus, etiamsi justa dixeris.* [*Lyc.*] At vero non hanc, sed aliam sententiam, quam Aldus edidit sub Pittaci nomine: *Μὴ ἔριζε τοῖς γονεῦσι, κἂν δίκαια λέγῃς,* sic reddidit Erasmus. Nostram quod attinet, Stanlejus in Hist. Philos. pag. 50. ed. Lips. vertit: *Parentibus justiora ne dixeris.* Sensus est: *Cum parentibus de jure ne litiges, sed caussa cedas, etiamsi habeas aequiorem et justiorem. Wolle nicht mehr Recht haben, als deine Eltern. Gieb den Eltern nach, auch wenn du Recht hättest.* Vide infra inter Fragmenta Pittaci a Lycio collecto No. 21. historiam de Pittaco arbitro sedente inter patrem et filium ex Aeliano, quae dicto huic ob brachylogiam obscuriori lucem affundit. [O.]

Φίλους μὴ ταχὺ κτῶ etc.] Isocrates plenius hoc expressit (ad Demonic. Praecept. 31.): *Βραδέως μὲν φίλος γίνου, γενόμενος δὲ πειρῶ διαμένειν· ὁμοίως γὰρ αἰσχρὸν μηδένα φίλον ἔχειν, καὶ πολλοὺς ἑταίρους μεταλλάττειν.* [*Lyc.*] Vide ibi Facciolat. pag. 28. ed. Frick. [O.]

μὴ ταχὺ ἀποδοκίμαζε] Alibi *δοκίμαζε*. Sed illud retinendum videtur. [*Lyc.*] *ταχὺ* deest apud Laertium. Male. [O.]

Ἄρχεσθαι μαθὼν ἄρχειν ἐπιστήσῃ] Plenius apud eundem Stobaeum Serm. XLIV. *περὶ ἀρχῆς*. — *Ἄρχε πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι· ἄρχεσθαι γὰρ μαθὼν ἄρχειν ἐπιστήσῃ.* [O.] Sic et Laertius. Cicero de Legg. (Lib. III. Cap. II.) *Et qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est, et qui modeste paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse.* Docet autem Aristoteles III. Polit. Cap. III. quomodo imperare parendo discatur, ubi etiam ut vulgo tritum proverbium hoc refert: *διὸ λέγεται καὶ τοῦτο καλῶς, ὡς οὐκ ἔστιν εὖ ἄρχειν μὴ ἀρχθέντα.* Idem repetit in Libro VII. Cap. XIV. [*Lyc.*]

Εὐθύνην etc.] Memorabile et singulare praecepti hujus exemplum habetur in Aeliani Var. Hist. Lib. XIII. (Cap. XXIV.) et Valerii Maximi Lib. VI. Cap. V. de Zaleuco, quod alibi paulo aliter refertur ex Libris Heraclidis Pontici de Rebuspubl. (Cap. XXIX. pag. 18. ed. Koehler. O.) *Ἐὰν ἁλῷ τις κλέπτων παρὰ τοῖς Λοκροῖς, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττεται. Ζαλεύκου υἱὸς ἑάλω, καὶ τῶν Λοκρῶν αὐτὸν ἀφιέντων, οὐχ ὑπέμεινεν· αὐτοῦ δὲ ἕνα καὶ τοῦ υἱοῦ ἕνα ἐξεῖλεν.* Ex eodem opere etiam hoc recitatur (C. VII. p. 9. O.): *Νόμον τινά φασι τὸν βασιλέα Τέννην διαθέσθαι, εἴ τις λάβοι μοιχὸν, ἀποκτείνειν τοῦτον πελέκει. ἁλόντος δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ τοῦ λαβόντος ἐρομένου τὸν βασιλέα, τί χρὴ ποιεῖν, ἀποκρίνασθαι τῷ νόμῳ χρῆσθαι. καὶ διὰ τοῦτο τοῦ νομίσματος αὐτοῦ ἐπὶ θάτερα πέλεκυς κεχάρακται, ἐπὶ θάτερα δὲ ἐξ ἑνὸς αὐχένος πρόσωπον ἀνδρὸς καὶ γυναικός. καὶ ἐκ τούτου λέγεται ἐπὶ τῶν ἀποτόμων, τὸ ἀποκεκόφθαι Τενεδίῳ πελέκει.* [*Lyc.*] *Εὐθύνην διδόναι* est *rationem reddere gesti magistratus, Rechenschaft von seiner Amtsführung ablegen.* Timaeus Lex. Plat. *Εὐθύναι — δίκαι κατὰ τῶν ἀρξάντων κακῶς.* ubi vid. qui de h. v. multus est Ruhnken. p. 125. seq. Conf. Reisk. Ind. ad Demosth. h. v. [O.]

ἀλλὰ τὰ βέλτιστα] Laertius I. §. 60. *ἀλλὰ τὰ κάλλιστα.* Al. *τὰ ἄριστα.* [O.]

Μὴ κακοῖς ὁμίλει] Hinc notissimi illi poetae (Theognidis) versus ap. Xenoph. Mem. Lib. I. Cap. II. §. 20.

Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλὰ διδάξεαι· ἢν δὲ κακοῖσι
Συμμιγέῃς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον. [O.]

Χρῶ τοῖς θεοῖς] Bene Stanlejus: *Deos* (h. e. deorum oracula) *consule*. quo sensu χρῆσθαι de interrogantibus oracula, χρῆν de respondentibus oraculis notissimum. Sic Herodianus Lib. IV. Cap. VIII. §. 6. de Caracalla: πρόφασιν μὲν ποιούμενος ποθεῖν τὴν ὑπ' Ἀλεξάνδρῳ κτισθεῖσαν πόλιν, καὶ τῷ θεῷ χρήσασθαι, ὃν ἐκεῖνοι σέβουσιν ἐξαιρέτως. Vide inprimis Dion. Chrysostom. Orat. X. de servis pag. 301. et seqq. ed. Reisk. Quare non audiendus Lycius legendum conjiciens: Χρῶ τοῖς φίλοις. Laertius l. l. habet: Θεοὺς τίμα. Sosiades: Χρησμοὺς θαύμαζε. Et equidem non adsentiri possim summo Valckenario, haec verba et quae sequuntur sic corrigere volenti ad Euripid. Hippol. v. 996. pag. 270. Χρῶ τοῖς θεοῖς, ὡς φίλοις· γονεῦσι αἰδοῦ (omissa plane v. σέβου): *Diis, ut amicis utere*. quanquam egregia sic exiret sententia et viro sapiente dignissima. [O.]

Νοῦν ἡγεμόνα ποιοῦ] Inde τὸ ἡγεμονικὸν Stoicis. [Menag. ad Laert. l. l.]

Εἰδὼς σίγα] Bene Lycius et Stanlejus haec verba tanquam singularem sententiam dirimunt ab antecedentibus. *Scienti taceto. Was du weist, erfahren hast, das verschweige.* [O.]

Τὰ ἀφανῆ τοῖς φανεροῖς τέκμαιρου] Isocrates (ad Demonic. §. 59.) hanc sententiam perquam eleganter παραφράζει: — Βουλευόμενος παραδείγματα ποιοῦ τὰ παρεληλυθότα τῶν μελλόντων. τὸ γὰρ ἀφανὲς ἐκ τοῦ φανεροῦ ταχίστην ἕξει τὴν διάγνωσιν. [*Lyc.*] Theobulo sive potius Cleobulo adscribit hoc dictum Stobaeus eodem Sermon. III. [O.]

3. Chilonis.

Χίλων υἱὸς Πάγητος] Diogen. Laert. in Vita Chilonis Lib. I. §. 68. Χίλων Δαμαγήτου Λακεδαιμόνιος. [O.]

Γνῶθι σαυτόν] Explicationes dicti hujus varias habes in Stobaeo Serm. XXI. περὶ τοῦ γνῶθι σαυτόν. [*Lyc.*] Λέξεις Ῥητορ. in Bekkeri Anecd. Graec. Tom. I. p. 233. Γνῶθι σαυτόν. Ἀπόφθεγμα. Οἱ μὲν Χίλωνός φασιν. Ἕρμιππος δὲ Δελφὸν εὐνοῦχόν φησιν εἰρηκέναι τὸ γνῶθι σαυτόν, καὶ ἐν τῷ ναῷ ἐπιγράψαι. Χαμαιλέων δὲ Θαλοῦ φησὶν εἶναι τὴν γνώμην ταύτην. [O.]

Πίνων μὴ πολλὰ λάλει] Laertius melius Lib. I. §. 69. Γλώττης κρατεῖν, καὶ μάλιστα ἐν συμποσίῳ. [*Lyc.*]

Μὴ ἀπείλει τοῖς ἐλευθέροις etc.] Laertius rectius: Μὴ ἀπειλεῖν μηδενί· γυναικῶδες γάρ. [*Lyc.*] W. οὐ γὰρ δίκαιον. [*Schow.*]

Μὴ κακολόγει etc.] Laertius l. l. Μὴ κακολογεῖν τοὺς πλησίον· εἰ δὲ μή, ἀκούσεσθαι ἐφ' οἷς λυπήσεσθαι. [O.]

'Επὶ τὰ δεῖπνα etc.] Paulo aliter apud Laertium l. l. Ταχύτερον ἐπὶ τὰς ἀτυχίας τῶν φίλων, ἢ ἐπὶ τὰς εὐτυχίας πορεύεσθαι. Conf. Democrit. Fragm. 158. [O.]

Γάμους εὐτελεῖς ποιεῦ] Laertius l. l. Γάμον εὐτελῆ ποιεῖσθαι. Stobaeus Serm. LXVIII. (περὶ μνηστείας) — Γάμους εὐτελεῖς καὶ ἰσοτίμους ποιεῖν. [O.]

Τὸν τετελευτηκότα μακάριζε] Laertius l. l. Τὸν τεθνηκότα μὴ κακολογεῖν. Plenius Stobaeus Serm. CXXIII. Τὸν τετελευτηκότα μὴ κακολόγει, ἀλλὰ μακάριζε. [O.]

Πρεσβύτερον σέβου] Laert. Γῆρας τιμᾶν. [O.]

Μὴ τὰ ἀλλότρια etc.] Plato Πολιτ. IV. τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν δικαιοσύνη ἐστί. Et secundum Plautum est *curiosus nemo, quin sit malevolus.* [Lyc.]

Ζημίαν αἱροῦ etc.] Plenius Laertius l. l. Ζημίαν αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἢ κέρδος αἰσχρόν· ἡ μὲν γὰρ ἅπαξ ἐλύπησε, τὸ δὲ διὰ παντός. Et Stobaeus Serm. I. Ζημίαν αἱροῦ μᾶλλον ἢ κέρδος αἰσχρόν· τὸ μὲν γὰρ ἅπαξ σε λυπήσει, τὸ δὲ διὰ παντός. Habet autem, ut bene observat Menagius, hoc dictum Chilo ab Hesiodo, cujus hic versus in Opp. v. 352.

Μὴ κακὰ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσιν.

eodemque sensu dixit Poeta incertus:

Τὸ κέρδος ἡγοῦ κέρδος, ἂν δίκαιον ᾖ. [O.]

Τῷ δυστυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα] Plenius Stobaeus Serm. CXI. Τῷ ἀτυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα· κοινὴ γὰρ ἡ τύχη. [O.]

Τραχὺς ὢν etc.] Gesnerus in marg. ἰσχυρὸς ὤν, ex Laertio, qui habet l. l. Ἰσχυρὸν ὄντα πρᾶον εἶναι, ὅπως οἱ πλησίον αἰδῶνται μᾶλλον ἢ φοβῶνται. Jacobs. V. Cl. Animadvv. in Euripid. et Stobaeum legendum conjicit: Ἀρχὸς ὤν, ex emendatione beati Strothii manuscripta. Sed vulgatam lectionem Τραχὺς ὢν tuetur Schowius, τραχὺς explicans ὀργίλος, *iracundus.* [O.]

Τῆς ἰδίας οἰκίας προστάτει] Laertius l. l. μανθάνειν τῆς ἰδίας οἰκίας καλῶς προστατεῖν. [Lyc.]

'Εν ὁδῷ μὴ σπεῦδε προάγειν etc.] Laertius l. l. Ἐν ὁδῷ μὴ σπεύδειν· λέγοντα μὴ κινεῖν τὴν χεῖρα· μανικὸν γάρ. Ceterum in eandem sententiam pulcherrimus est Ciceronis locus de Offic. Lib. I. Cap. XXXVI. *Cavendum est autem, ne tarditatibus utamur in gressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur; aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates, quae cum fiunt, anhelitus moventur, vultus mutantur, ora torquentur; ex quibus magna significatio fit, non adesse constantiam.* ubi vid. Graev. pag. 147. Conf. Adamantius Physiogn. Lib. II. Cap. 26. in Scriptt. Physiognom. p. 424. ed. Franz. [O.]

μανικὸν γάρ] W. *μανικοῦ γάρ.* [*Schow.*] Sic de eadem re Clemens Alexandr. Paedagog. III, 2. *Ἀποσκορακιστέον ἡμῖν καὶ τοῦ περιπάτου τὸ μανιῶδες· τὸ δὲ σιμνὸν καὶ τὸ σχολαῖον ἐκλεκτέον.* De v. *ἀποσκορακίζειν* vid. doctiss. Creuzer. ad Plotin. de Pulchr. p. 98. 99. [O.]

Νόμοις πείθου] Sic Omnibon. Antea *Νόμοις πείθει*, corrupte. [*Schow.*]

Ἀδικούμενος διαλλάσσου] Sic Gesner. in marg. Antea: *Ἀδικουμένοις διαλλάσσου.* Eandem sententiam Theobulo vel potius Cleobulo adscribit Stobaeus Serm. *περὶ σωφροσύνης.* [O.]

4. *Pittaci.*

Πιττακος ὁ Μιτυληναῖος] Laertius in vita Pittaci Lib. I. §. 74. *Πίττακος Ὑῤῥαδίου Μιτυληναῖος.* Ceterum Praecepta, quae Pittaco auctori tribuuntur in editionibus Stobaei, equidem secutus Laertium in vita Thaletis Lib. I. §. 37. Codicem Stobaei C. a Schowii collatum, Lycium et Stanlejum huc traduxi. [O.]

Ὃ μέλλεις ποιεῖν, μὴ λέγε] Laert. Lib. I. §. 78. *Ὃ μέλλεις πράττειν, μὴ πρόλεγε.* [O.]

Τοῖς ἐπιτηδείοις χρῶ] Videtur fere idem esse, quod *τὸ παρὸν εὖ πράττειν*, quod habet Laertius. [*Lyc.*] Conr. Gesnerus *τοῖς ἐπιτηδείοις* accipiens genere masculino vertit: *Amicis utere.* Equidem malim interpretari: *Utere rebus ad vitam sustentandam facientibus. Ne parcas supellectili. Brich dir an dem Nöthigen nichts ab. Τὰ ἐπιτήδεια — τὰ πρὸς τροφὴν ἁρμόδια.* Vid. Fischer. in Ind. ad Aeschinem Socr. h. v. [O.]

Ὅσα νεμεσᾷς τῷ πλησίον etc.] D. E. F. G. W. *Ὅσα νουθετεῖς τὸν πλησίον, αὐτὸς μὴ ποίει.* [*Schow.*] Laertius in Thalete Lib. I. §. 36. *Πῶς ἂν ἄριστα καὶ δικαιότατα βιώσομεν; Ἐὰν, ἃ τοῖς ἄλλοις ἐπιτιμῶμεν, αὐτοὶ μὴ δρῶμεν.* [O.]

Ἀπραγοῦντα μὴ ὀνείδιζε etc.] Gesner. in marg. conj. *κακοπραγοῦντα* vel *δυσπραγοῦντα.* Nam Laertius in Pittaco Lib. I. §. 78. — *Ἀτυχίαν μὴ ὀνειδίζειν, Νέμεσιν αἰδούμενον.* ubi Menagius apposite citat Catulli versus ex Carmine L. ad Licinium:

> *Nunc audax, cave, sis precesque nostras,*
> *Oramus, cave despuas, ocelle,*
> *Ne poenas Nemesis reposcat a te:*
> *Est vehemens dea: laedere hanc caveto.*

Vulgatam tamen defendit Schowius *ἀπραγοῦντα* explicans: *vi agendi destitutum, einen hülf- und rathlosen.* Lectio si sana est,

ἀπραγοῦντα accipiendum de eo, *qui nihil efficere potest, nihil impetrat, der in seinen Unternehmungen unglücklich ist, zu nichts kommen kann*, quo sensu Polybius Lib. IV. Cap. 64. dicit: ἀπραγοῦντες καὶ δυσχρήστως ἀπαλλάττοντες ἀπεχώρουν πρὸς τὴν πόλιν. Sed dubito, annon legendum sit δυσπραγοῦντα, ut infra legimus in Nili Sententiis: Γέλα τοὺς εὐπραγοῦντας, τοῖς δυσπραγοῦσι σύμπασχε. Ceterum idem praecipit auctor Paraeneseos ad Demonicum: Μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς· κοινὴ γὰρ ἡ τύχη, καὶ τὸ μέλλον ἀόρατον. [O.]

κάθηται] *sedet tanquam judex, judicat.* [O.]

Παρακαταθήκας ἀπόδος] Plenius Stobaeus Serm. I. Παρακαταθήκην λαβὼν δικαίως ἀπόδος. Laertius l. l. Παρακαταθήκην λαβόντα ἀποδοῦναι. [O.]

Ἀνέχου etc.] Videtur idem fere praeceptum esse cum sequente: Ἀγάπα τὸν πλησίον etc. [O.]

Τὸν φίλον etc.] Plane aliter et, ut mihi quidem videtur, sapiente dignius Laertius l. l. Φίλον μὴ λέγε κακῶς, ἀλλὰ μηδὲ ἐχθρόν. [O.]

ἀσυλλόγιστον] Annon legendum ἀλόγιστον? [O.]

Δεινὸν τὸ συνιδεῖν τὸ μέλλον] Puto redundare, quod additur, τὸ μέλλον, ut sit sententia: *Nihil est miserius, quam animus hominis conscius*, Plaut. Mostell. [*Lyc.*]

ἀσφαλὲς] Quid si σαφές? [*Lyc.*]

Θεραπείαν ζήτει] Potest sensus esse, ut interpretatur Lycius: *Cum aegrotus sis, auxilia* sive *remedia quaere.* Vel etiam: *Quaere* (vel *beneficiis lucrare tibi*) *homines obsequentes. Suche, erwirb dir gefällige, dienstwillige Freunde.* Abstractum pro concreto, ut saepius. [O.]

Φίλει τὴν παιδείαν etc. etc.] Aliter Laertius l. l. Εὐσέβειαν ἀσκεῖν, σωφροσύνην φιλεῖν, ἀλήθειαν ἔχειν, πίστιν, ἐμπειρίαν, ἐπιδεξιότητα, ἑταιρίαν, ἐπιμέλειαν. [O.]

ἐπιδεξιότητα] Quid sit ἐπιδεξιότης, explicat nobis Aristoteles Ethic. Nicom. Lib. IV. Cap. XIV. Τῇ μέσῃ δ' ἕξει (scil. inter βωμολοχίαν et ἀγροικότητα vel σκληρότητα) οἰκεῖον καὶ ἡ ἐπιδεξιότης ἐστί. τοῦ δ' ἐπιδεξίου ἐστὶ τοιαῦτα λέγειν καὶ ἀκούειν, οἷα τῷ ἐπιεικεῖ καὶ ἐλευθερίῳ ἁρμόττει· ἔστι γάρ τινα πρέποντα τῷ τοιούτῳ λέγειν ἐν παιδιᾶς μέρει καὶ ἀκούειν, καὶ ἡ τοῦ ἐλευθερίου παιδιὰ διαφέρει τῆς τοῦ ἀνδραποδώδους, καὶ αὖ τοῦ πεπαιδευμένου καὶ ἀπαιδεύτου. et paullo inferius: ὁ δὴ χαρίεις καὶ ἐλευθέριος οὕτως ἕξει, οἷον νόμος ὢν ἑαυτῷ· τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μέσος ἐστίν, εἴτ' ἐπιδέξιος, εἴτ' εὐτράπελος λέγεται. Conf. Andronic. Rhod. Paraphras. Lib. IV. Cap. X. pag. 184. ed. Cantabrig. Vert. igitur u-

banitatem, dexteritatem, Gewandtheit, Artigkeit im Umgange, Urbanität. [O.]

ἑταιρείαν] Verte *sociabilem consertionem, Geselligkeit.* [O.]

5. *Thaletis.*

Θαλῆς] Laertius Lib. I. §. 22. *Ἦν τοίνυν ὁ Θαλῆς πατρὸς μὲν Ἐξαμίου, μητρὸς δὲ Κλεοβουλίνης.* Sic et Suidas. [*Lyc.*]

Ἐγγύα] Hoc Chiloni acceptum refert Laertius et Plinius, qui Lib. VII. Hist. Nat. Cap. XXXII. ita scribit: *Rursus mortales oraculorum societatem dedere Chiloni Lacedaemonio, tria praecepta ejus Delphis consecrando aureis literis, quae sunt haec: Nosse se quemque, et: Nihil nimium cupere: Comitemque aeris alieni atque litis esse miseriam.* [*Lyc.*]

πάρα δ' ἄτη] *πάρα* pro *πάρεστι.* Vid. Valckenaer. ad Euripid. Phoeniss. p. 502. et Fischer. ad Weller. Grammat. Graec. Tom. I. p. 309 seq. Simillimum Germanorum proverbium: *Bürgen thut würgen.* [O.]

Φίλων παρόντων καὶ ἀπόντων μέμνησο] Aliter paullo Pseudo-Isocrates ad Demonicum: *Τῶν ἀπόντων φίλων μέμνησο πρὸς τοὺς παρόντας, ἵνα δοκῇς μηδὲ τούτων ἀπόντων ὀλιγωρεῖν.* [O.]

Μὴ τὴν ὄψιν καλλωπίζου etc.] Bene Gesnerus: *Faciem reddere nitidam et speciosam non laborabis, sed in actionibus studiisque tuis pulcher esto.* [O.]

ἀλλ' ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν] Laert. *ἀλλὰ τοῖς*, omisso *ἐν.* [*Lyc.*]

Μή σε διαβαλλέτω λόγος εἰς τοὺς πίστεως κεκοινωνηκότας] Laertius *πρὸς τοὺς πίστ.* Puto autem, prorsus eam esse sententiam, quam reddidi. Erasmus arbitratur, Thaletem admonere, ne quid amicis, quibus fidimus, committamus, quod si effutiant, pariat nobis infamiam. [*Lyc.*] Gesnerus: *Ne te fama calumnietur erga eos, quibus adstrictus es fide.* Stanlejus: *Nullum tibi excidat verbum, quod te in suspicionem adducat apud eum, cui fide es obstrictus.* Sed sententiam loci obscuri optime explicavit Is. Casaubonus ad Laert. l. l. *Cave, sermo ullus tibi excidat, unde illius odium in te concites, qui tuae fidei aliquid commiserat.* *πίστιν* vocat arcanum alicujus fidei commissum, vel in quo silendo fide opus. [O.]

Κολακεύειν γονεῖς etc.] Bene Stanlej. *Parentibus blandus esto. Κολακεύειν, blande et obsequiose colere,* bono sensu. Vid. Sturz. Lexic. Xenophont. h. v. [O.]

Οἵους ἂν ἐράνους ἐνέγκῃς] Laertius I. l. *Οὓς ἂν ἐράνους εἰσενέγκῃς.* [O.]

Καλὸν ἀκρασία] Gesner. in marg. *Βλαβερὸν ἀκρασία.* [O.]

Δίδασκε etc.] Thucydides: *κράτιστον ἐν ἀναγκαιοτάτοις παιδεύεσθαι.* [*Lyc.*]

Τὴν εὐτυχίαν κρύπτε φθόνου χάριν] Alii Codd. *κακὰ ἐν οἴκῳ κρύπτε.* Isocratica sententia (ad Demon. 78.) utrumque complectitur sane perquam eleganter: *Χαῖρε μὲν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι τῶν ἀγαθῶν, καὶ λυποῦ μετρίως ἐπὶ τοῖς γινομένοις τῶν κακῶν. γίνου δὲ τοῖς ἄλλοις ἐν μηδετέροις ὢν κατάδηλος· ἄτοπον γὰρ τὴν μὲν οὐσίαν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀποκρύπτειν, τὴν δὲ διάνοιαν φανερὰν ἔχοντα περιπατεῖν.* [*Lyc.*] Gesnerus v. *φθόνου χάριν* jungit cum sequenti praecepto, *Μὴ οἴκτειρον* vertens *fac ne declinans invidiam miserabilis fias*, illique adstipulatur Levesque sic interpretans: *Cache ton bonheur: mais en fuyant l'envie, n'excite pas la pitie.* Stanlejus vertens *domestica mala cela* legisse videtur vel *τὴν ἀτυχίαν*, vel potius cum Codd. Stobaei *κακὰ ἐν οἴκῳ κρύπτε*, in reliquis sequens Gesnerum. Male. Nam invidetur beatis, non miseris. [O.]

Μὴ οἴκτειρον] Quid hoc sibi velit, non intelligo. Suspicor tamen, in archetypo fuisse *καὶ τὴν ἀτυχίαν, μὴ οἰκτείρῃ*, ut repetito verbo (*κρύπτε*) *ἀπὸ κοινοῦ* posito efficiatur talis sententia: *Adversam etiam fortunam cela, ne sis miserabilis.* [*Lyc.*]

κόσμει] *moderare.* Nam et *κοσμίους* interpretatus est Cicero in Platone *moderatos.* [*Lyc.*] *Mässige dich.* [O.]

6. *Biantis.*

Βίας Τευταμίδου Πριηνεύς] Legendum videtur: *Βίας Τευταμίδης.* Nam Laertius in Vita Biantis init. *Βίας Τευτάμου Πριηνεύς.* [O.]

Οἱ πλεῖστοι ἄνθρωποι κακοί] Plenius Laertius Lib. I. §. 87. *Ἔλεγε καὶ φιλεῖν* (*δεῖν*) *ὡς μισήσοντας· τοὺς γὰρ πλείστους εἶναι κακούς.* Ceterum damnant hoc dictum tanquam inimicissimum amicitiae Aristoteles Rhetor. Lib. II. Cap. 21. et Cicero de Amicitia Cap. 16. [O.] Gellius Lib. I. Cap. III. ad Chilonem auctorem refert. [*Lyc.*]

Χρὴ πρῶτον αὐτὸν ἐμβλέψαντα etc.] Al. *εἰς τὸ ἔσοπτρον, ἔφη, ἐμβλέψαντα δεῖ πράττειν· εἰ μὲν καλὸς φαίνῃ, καλὰ ποιεῖν, εἰ δ' αἰσχρὸς, τὸ τῆς φύσεως ἐλλιπὲς διορθοῦσθαι τῇ καλοκαγαθίᾳ.* [*Gesner. in marg. et Schow.*] Similiter Apulejus in Apologia: *An non Socrates philosophus ultro etiam suasisse fertur discipulis suis, crebro ut semet in speculo contemplarentur? uti,*

qui eorum foret pulchritudine sibi complacitus, impendio procuraret, ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret; qui vero minus se commendabilem forma putaret, sedulo operam daret, ut virtutis laude turpitudinem tegeret. ubi vid. Pricaeus pag. 36. Conf. in eandem sententiam elegantissimam Phaedri fabulam Lib. III. Fab. VII. *Frater et Soror.* [O.]

Ἄσκει καλοκἀγαθίαν] Lycius: *Boni viri officia praesta.* [O.]

Βραδέως ἐγχείρει etc.] Paulo aliter Laertius Lib. I. §. 87. *Βραδέως ἐγχείρει τοῖς πραττομένοις· ὃ δ' ἂν ἕλῃ, βεβαίως τηρῶν διάμενε.* [O.]

Μίσει τὸ ταχὺ λαλεῖν etc.] Laertius l. l. *Μὴ ταχὺ λάλει· μανίαν γὰρ ἐμφαίνει.* [O.]

Μὴ εὐήθης etc.] *Εὐήθης, simplex, fatuus.* Conf. de hoc et aliis vocabulis idem significantibus, *ἡδύς, γλυκύς, χρηστός,* Ruhnken. ad Timaei Lex. Plat. v. *Ἡδύς* p. 151 seq. Simillimum D. Soteris praeceptum Matth. X, 16. *Γίνεσθε οὖν φρόνιμοι, ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι, ὡς αἱ περιστεραί.* [O.]

Ἀφροσύνην μὴ προσδέχου] Anthol. Patav. *μὴ πρόσδεχε.* Male. [O.]

Πάντοτε λέγε, ὡς εἰσὶ θεοί] Laertius Lib. I. §. 88. *Περὶ θεῶν λέγε, ὡς εἰσίν:* ubi Menagius: „Dixit Bias: de diis hoc „unum affirmandum, esse illos quidem, sed qui vel quales sint, „ne tentandum quidem id explicare, cum supra ingenii nostri „modulum sit.“ [O.]

Νόει τὸ πραττόμενον] Melius ap. Steb. Serm. III. *Νόει, καὶ τότε πράττε.* [O.]

Πείσας λάβε, μὴ βιασάμενος] D. E. F. G. *Πείσας λάβε, μὴ ἐπιστάμενος.* E. in marg. *μὴ βιασάμενος.* [*Schow.*] Et sic etiam Laertius l. l. [O.]

Ὅταν ἀγαθὸν πράσσῃς etc.] Laertius l. l. *Ὅ τι ἂν ἀγαθὸν πράττῃς, εἰς θεοὺς ἀνάπεμπε.* Ceterum in eandem sententiam dictum illud Pauli Apostoli I. Cor. IV, 7. *Τί δὲ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι, ὡς μὴ λαβών;* [O.]

Κτῆσαι ἐν μὲν νεότητι εὐπραξίαν etc.] Aliter Laertius l. l. *Ἐφόδιον ἀπὸ νεότητος εἰς γῆρας ἀναλάμβανε σοφίαν, βεβαιότερον γὰρ τοῦτο τῶν ἄλλων κτημάτων.* et Basilius in Oratione ad adolescentes de profan. libr. lectione: *Ὁ μὲν οὖν Βίας τῷ υἱεῖ πρὸς Αἰγυπτίους ἀπαίροντι, καὶ πυνθανομένῳ, τί ἂν ποιῶν αὐτῷ κεχαρισμένα πράττοι, ἐφόδιον, ἔφη, πρὸς γῆρας κτησάμενος· τὴν ἀρετὴν δὴ τὸ ἐφόδιον λέγων, μικροῖς ὅροις αὐτὴν περιγράφων, ὅς γε ἀνθρωπίνῳ βίῳ τὴν αὐτῆς ὠφέλειαν ὡρίζετο.* Est itaque h. l.

εὐπραξία *actiones bonae, virtus,* (ut ap. Xenoph. Memorabb. Lib. III. Cap. IX. §. 14. Ἐρομένου δέ τινος αὐτὸν, τί δοκοίη αὐτῷ κράτιστον ἀνδρὶ ἐπιτήδευμα εἶναι, ἀπεκρίνατο· Εὐπραξίαν.) non autem *bona fortuna* aut *opes*, ut male reddiderunt C. Gesnerus et Stanlejus. At magis placet lectio collectionis Aldinae εὐταξίαν. [O.]

καιρῷ εὐλάβειαν] Videtur h. l. εὐλάβεια esse non *cautio, Vorsicht, Behutsamkeit;* sed potius ἕξις τοῦ εὖ λαβεῖν τὸν καιρὸν, *habitus occasionem oblatam apprehendendi, schnelle Besonnenheit, Umsicht, Gegenwart des Geistes.* [O.]

φόβῳ εὐσέβειαν] Gesnerus in marg. εὐλάβειαν vertens *in metu cautionem.* Sed paullo ante habuimus καιρῷ εὐλάβειαν. Vulgata lectio si vera est, sensus esse videtur: *In metu* (vel quoties mala tibi imminent) *pietatem in deos cole,* h. e. *memento a diis illa immitti, eosque precare, ut avertant quae metuis.* De vi v. εὐσεβής, pro quo in SS. literis occurrit εὐλαβής quodque complectitur omnia fere officia diis hominibusque praestanda, vid. Valckenaer. ad Euripid. Hippol. v. 1306. pag. 306. [O.]

πλούτῳ φιλίαν] Alibi (Gesner. in marg.) δειλίαν, non inepte. δειλότατον γάρ ἐστ' ὁ πλοῦτος, Aristophan. [*Lyc.*] Vulgata lectio si vera est, φιλίαν dixit Bias pro φίλους, abstractum pro concreto, ut sensus sit: *Compara tibi amicos divitiis tuis,* quod praecipit etiam divinus Soter Luc. XVI, 9. Ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας. vel etiam: *Divitiis tuis sinas frui amicos tuos.* [O.]

πράξει δυναστείαν] Fateor, me hoc non intelligere, nec videre, quid h. l. sibi velit potentiae seu principatus (τῆς δυναστείας) notio. Annon δυναστεία h. l. idem est quod δύναμις, ἰσχύς, *vis in agendo, Thatkraft?* cujus autem significationis exempla desidero. [O.]

δόξῃ ἡγεμονίαν] ἡγεμονίαν intelligo *dignitatem, qualis virum honoratum, vel principem decet, Herrscherwürde.* [O.]

7. *Periandri.*

Περίανδρος Κυψέλου] Alii Κυψέλλου, ut et Laert. [O.]

Μελέτα τὸ πᾶν] Lycius vertens *Studium est omnia,* h. e. *Studio et exercitatione nihil non obtinetur,* v. Μελέτα accepisse videtur pro Μελέτη, eamque interpretationem secutus et Camerarius in Ludo VII Sapientum sic vertens: *Nihil est inexpugnabile diligentiae,* et: *In omni re meditatio plurimum prodest,* ut nos dicimus: *Uebung macht den Meister.* Idem tamen in Graeco Epigrammate, quod infra adferemus, ubi dicit, Periandrum, occidentem uxorem suam Melissam, oblitum plane fuisse hujus praecepti

sui vel symboli, *Μελέτα* accepisse videtur pro imperativo v. *μελετάω*, *considero, meditor*, ut sit sensus: *Considera, diligenter perpende omnia, quae facturus es*, vel, ut ait poeta Latinus:

Quidquid agas, prudenter agas et respice finem.

Equidem priorem explicationem praetulerim, cum, ut docet H. Stephanus in Thesauro, *μελετάω* et *μελέτη* pro consideratione sequioris sit Graecitatis et obvium duntaxat ap. Th. Gazam in versione Ciceronis de Senect. Quid, quod vocem *Μελέτα* in hoc Periandri apophthegmate jam ab antiquis pro substantivo acceptam fuisse discimus cum ex verbis Clementis Alexandrini Strom. Lib. I. p. 300. (Sylb.) *καὶ τὸ Μελέτη πάντα καθαίρει, Περιάνδρου τυγχάνειν βούλονται*, tum ex imagine Periandri marmorea servata in Museo Pio-Clementino, ubi haec legitur inscriptio:

ΠΕΡΙΑΝΔΡΟΣ ΚΥΨΕΛΟΥ ΚΟΡΙΝΘΙΟΣ.
Η ΜΕΛΕΤΗ ΠΑΝ.

Vid. Visconti Oeuvres Tom. I. pag. 95 et seq. ed. Mediolan. [O.]

Ἐπισφαλὲς προπέτεια] Hesych. *Προπετὴς — προπίπτων πρὸ τοῦ λογισμοῦ.* (Respondet itaque nostrum *vorschnell, vorschüssig.*) Vide ibi intpp. Tom. II. p. 1039. Graecis recentioribus *προπετὴς* est *protervus, petulans.* Vide Salmas. ad Ael. Spartian. Adrian. C. 14. pag. 146. ed. Haak. [O.]

Κέρδος αἰσχρὸν φύσεως κατηγορία] Aliter Stobaeus Serm. VIII. *Κέρδος αἰσχρὸν βαρὺ κειμήλιον.* Laertius Lib. I. §. 97. *Κέρδος αἰσχρόν.* Nihil amplius: quod defendit Mericus Casaubonus *κέρδος* absolute positum de lucro fraude et malis artibus comparato interpretans citansque Etymol. M. in *κερδαλέος — ὁ συνετὸς καὶ παραλογιστικός· τὰς γὰρ ἐντρεχείας κέρδη ἐκάλουν.* Eique lectioni suffragari videtur versus ille Menandri apposite citatus a Lycio:

Ὅπου τὸ κέρδος, παρὰ φύσιν δουλευτέον.

Menagius verba Laertii mutila putat. Forte leg. *Κέρδος αἰσχρὸν κάκιστον*, ut Aldus habet. Vide infr. [O.]

Δημοκρατία κρεῖττον τυραννίδος] Est scil. tyrannis parens injustitiae.

Ἡ γὰρ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ.

versus est, qui in Proverbiorum Graecorum (ed. A. Schotti) Appendice e Vaticana bibliotheca refertur. [*Menag. ad Laert. l. l.*]

Αἱ μὲν ἡδοναὶ etc.] Alibi (Ald.) *Ἀεὶ μὲν*, et mox pro *ἀρεταὶ* alibi *τιμαί.* Publius Syr. Mim.

Perit voluptas, virtus immortalis est. [*Lyc.*]

Laertius l. l. *Αἱ μὲν ἡδοναὶ φθαρταί· αἱ δὲ τιμαὶ ἀθάνατοι.* [O.]

ἀτυχῶν] Laert. *δυστυχῶν.* [O.]

Φειδόμενον etc.] Potest etiam haec esse dicti hujus sen-

tentia: *Avarum melius est mori quam superstitem indigere.* [*Lyc.*] Atqui sensus non alius esse potest, quam: *Satius est parce viventem et paucissimis fruentem vitae bonis mori, quam* (quae est prodigi sors) *vivere sive vitam finire in egestate.* [O.]

Ὃν ἂν ἑκὼν ὁμολογήσεις πονηρὸν, παράβαινε] Gesnerus in marg. conj. *Ὃ ἂν ἄκων ὁμολογήσεις πονηρὸν, παράβαινε*, vertens: *Si quid mali invitus promiseris, transgredere.* Aliter Laertius I, 98. *Ὃ ἂν ὁμολογήσῃς, διατήρει.* [O.]

Λοιδόρει] *Objurga, reprehende.* Nil amplius. Sic ap. Xenoph. Cyropaed. Lib. I. Cap. IV. §. 8. *Οἱ δὲ φύλακες προσελάσαντες ἐλοιδόρουν αὐτὸν, καὶ ἔλεγον, εἰς ὅσον κίνδυνον ἔλθοι, καὶ ἔφασαν κατερεῖν αὐτοῦ τῷ πάππῳ.* [O.]

Μὴ μόνον etc.] Seneca in Troad. *Qui non vetat peccare, cum possit, jubet.* [*Lyc.*] Laertius l. l. *Μὴ μόνον τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς μέλλοντας κόλαζε.* Minus bene. [O.]

In Collectionem Aldinam.

PERIANDRI.

Ἡδονῆς κράτει] Melius Luscinius: *Voluptatem cohibe.* [O.]

Υἱοὺς παίδευε] Luscin. *Filios corripe.* Sed vide supra ad Sentent. Cleobuli: *Τέκνα παιδεύειν.* [O.]

Ἄκουε τὰ προσήκοντα] Melius Luscin. *Audi quae decentia.* [O.]

Χρόνου φιλίαν φύλαττε] Luscin. *Tempore amicitiam serva.* Sed omnino legendum *Χρόνῳ*, i. e. *ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ.* Vid. Bos. Ellips. Graec. pag. 402. ed. Schaefer. quomodo legisse videtur et Erasmus. [O.]

Πᾶσιν ἀποστρέφου] Erasmus vertens *Omnibus te ipsum praebe* legisse videtur *ἐπιστρέφου.* Luscin. *Ab omnibus averte.* Si sana est lectio, fugam rerum terrestrium ac mundanarum vel vitam solitariam ac contemplativam, meditationem mortis, ut philosophi vocant, commendare videtur hoc Apophthegma. [O.]

Λύπην φυλάττου] Luscinius: *Tristitiam serva.* Pessime. [O.]

BIANTIS.

ὡραΐζε] Vide de h. v. Graev. ad Lucian. Parasit. Tom. VII. p. 460. ed. Bipont. [O.]

ὅτι δ' ἐστὶν] Erasmus vertens *quid sit* legisse videtur *ὅ, τι δ' ἐστίν.* Sed *ὅτι* non esse mutandum docet eadem sententia a Demetrio Phalereo sic prolata: *Πάντοτε λέγε, ὡς εἰσὶ θεοί.* Sensus igitur: *Audias*, i. e. *scias*, *numen existere.* [O.]

Πεῖσαι λάβε etc.] Imperite Luscinius: *Obedientiam cape non coactus.* [O.]

Στῆσαι] i. e. *firmam, immotam tene.* [O.]

PITTACI.

Μὴ ἔριζε γονεῦσι] Vide supra ad dictum Solonis (ex Demetr. Phal.): *Τῶν γονέων μὴ λέγε δικαιότερα.* [O.]

CLEOBULI.

Εὐπαιδίας] Vocabulum scriptoribus Atticis non probatum, teste Jul. Polluce Onom. Lib. V. §. 140. Conf. quae observavimus ad Chion. Epist. VII, 5. Memnon. pag. 285. Habet tamen et Alciphron Lib. I. Epist. X. et Lib. III. Ep. VIII. [O.]

Τὸν ἐλάττω μὴ ἀποσκυβαλίσῃς] Luscinius: *Minorem ne canibus exponas.* Sed *ἀποσκυβαλίζεσθαι* h. l. i. q. simplex *σκυβαλίζεσθαι*, in gen. *ὡς τὸ σκύβαλον ἀποδοκιμάζεσθαι, ἀτιμάζεσθαι, παραῤῥίπτεσθαι, ἐξουθενεῖσθαι,* ut exponunt Hesychius et Suidas. Conf. qui de h. v. multus est Th. Gataker. in Miscellan. Sacr. Posthum. Cap. XLIII. Opp. Tom. I. p. 868—878. et Schleusner. in Lex. N. Test. v. *Σκύβαλον.* [O.]

Ὃ σὺ μισεῖς, ἑτέρῳ μὴ ποιήσῃς] Idem praeceptum Tobiae ad filium suum Tob. IV. v. 15: *Καὶ ὃ μισεῖς, μηδενὶ ποιήσῃς.* [O.]

Εὐχῆς γάρ] *γὰρ* spectat ad primam sententiae partem, quae interiit librariorum incuria. Forte: *Εὔχου συχνῶς,* vel: *Καρτέρει εὐχόμενος· εὐχῆς γὰρ* etc. [O.]

Ψευδὴς καταβολὴ] *Καταβολὴ* pro *διαβολὴ* insolens plane et sine exemplo. Quare legendum videtur: *Ψεύδους διαβολὴ*, ut apud Stobaeum legitur Serm. XII. *περὶ ψεύδους*, qui eandem sententiam habet, sed Menandro adscriptam. Conf. Suicer. Thesaur. Ecclesiast., v. *καταβολικός.* [O.]

Ψεῦδος δὲ μίσει etc.] Et haec sententia Menandro adscribitur a Stobaeo Serm. XII. [O.]

CHILONIS.

Ἤθει δοκίμαζε] Erasmus omisit haec verba. Luscin. *Consuetudine experire.* Annon legendum *Ἤθη (Ἤθεα) δοκίμαζε?* ut in Sosiadae collectione: *Ἦθος δοκίμαζε.* [O.]

THALETIS.

Πολίταις μὴ θρασύνου] Et haec intacta reliquit Erasmus. Luscin. *Civibus ne confidas.* Mihi nondum liquet, quomodo verba haec interpretanda sint, utrum: *Civium favori ne confidas,* an vero: *Ne insolens sis et superbus adversus cives.* [O.]

Ψίθυρον ἄνδρα] *susurronem*, *ὠτακουστὴν*, *Ohrenbläser*. Sic Pindar. Pyth. II. vs. 134 seqq.

— — — *ὁ δὲ Ῥαδάμανθυς εὖ*
Πέπραγεν, ὅτι φρενῶν
Ἔλαχε καρπὸν ἀμωμή-
των, οὐδ' ἀπάταισι θυμὸν
Τέρπεται ἔνδοθεν·
Οἷα ψιθύρων παλάμαις ἕπετ' αἰεὶ
Βροτῶν. — ubi vid. Heyn. p. 225. edi. noviss. [O.]

Annotationes in Sosiadis VII Sapientum praecepta.

Ἕπου θεῷ] Plutarchus *περὶ τοῦ ἀκούειν* — *Σὺ δὲ πολλάκις ἀκήκοας, ὅτι ταὐτόν ἐστι τὸ ἕπεσθαι θεῷ καὶ πείθεσθαι λόγῳ* etc. Ciceroni idem est *naturam ducem sequi* Catone majore. *In hoc sumus sapientes, quod naturam optimam ducem tanquam deum sequimur eique paremus.* Vide plura in Chiliadibus Erasmi. [*Lyc.*]

Ἡττῶ ὑπὲρ δικαίου] Ita Lycius et C. Gesnerus vertens: *Pro justo etiam vinci sustine.* Stanlej. *Justitiae causa patere.* Schowius autem *Ἡττῶ ὑπὸ δικαίου.* *Cede justo, vinci te patiaris a justo.* [O.]

Γνῶθι μαθών] Gesnerus: *Cognosce, postquam didiceris.* Atqui sensus est: *Ne judices, antequam rem cognoveris. Untersuche zuerst und dann entscheide.* *Γινώσκειν* verbum forense de judice sententiam dicente. Sic Aristoteles Poet. VII, 26. *Ἔστι μὲν γὰρ οὕτω γίγνεσθαι τὴν πρᾶξιν, ὥσπερ οἱ παλαιοὶ ἐποίουν, εἰδότας καὶ γιγνώσκοντας.* Conf. quae observavimus ad Isaei Menecleae Cap. X. verba *τοὺς γνόντας αὐτοὺς ὑμῖν παρέξομαι μάρτυρας*, post Isocrat. *περὶ τῆς ἀντιδόσεως.* edit. patruelis nostri Jo. Casp. Orellii maj. pag. 497 seq. [O.]

Σαυτὸν ἴσθι] Pessime haec Schowius cum sequentibus conjungit: *Σαυτὸν ἴσθι γαμεῖν μέλλων.* Immo *σαυτὸν ἴσθι* nil aliud est quam *γνῶθι σεαυτὸν*, ab *ἴσημι*. [O.]

Ἑστίαν τίμα] Stanlejus vertit: *Hospitalitatem cole.* C. Gesner. *Focum honora.* Sensus est: *Jus foci sanctum habeas*, vel: *Supplicem honorato, qui foco assidet.* (*Ἱκέτας ἐλέει* supra in Periandro Ald.) De supplicum more assidendi foco vel arulae illi aut larario, quod ad focum excitari solitum erat, ubi jus erat *ἀσυλίας*, vid. Casaubon. ad Dionys. Halicarn. Ant. Rom. Lib. VIII. p. 1504. Reisk. et intpp. ad Thucydid. Lib. I. Cap. 136. pag. 227. ed. Bauer. [O.]

Εὐγένειαν ἄσκει] *Ingenuitatem*, h. e. *mores hominis ingenui*, *exerce et ostende*. [O.]

Οἰκέτας αἰδοῦ] Melius Gesnerus: *Famulos reverere*, h. e. Nil committas, quod vel servos tuos vel famulos offendat. [O.]

(*Πένης ὢν ἅρμοζε*)] Ita Schowius ex Cod. Gesnerus ed. (*Πεῖνων* [sic] *ἅρμοζε*), in margine adnotans: *Inclusa parenthesi alias non leguntur*, omisitque in versione sua, ut et Stanlejus. Lycius legit *Πίνων ἅρμοζε*, vertens: *Inter pocula compositis esto moribus*. Equidem *ἅρμοζε* accipio significatione media pro *ἅρμοζε σεαυτὸν* vel *ἁρμόζου*. *Pauper cum sis*, *conditioni tuae te accommoda*, ut nos dicimus: *Strecke dich nach der Decke*. [O.]

Εὐλόγει πάντας] Gesnerus in marg. *πάντα*. Et ita Lycius. [O.]

Φυλακῇ πρόσεχε] Perperam haec Lycius accipit de custodia militari, vertens: *Custodibus patriae te adjunge*. Equidem recepi versionem Gesneri. [O.]

Ἐλπίδα αἴνει] Gesner. *Spem approbato*. *Lass dir die Hoffnung willkommen seyn*, *getröste dich mit der Hoffnung*. [O.]

Γαμῶν κράτει] Sic cum Lycio legisse videtur Stanlejus vertens: *In matrimonio temperantiam admitte*. Plene: *γαμέων κράτει σεαυτοῦ*. Schowius *Γάμων κράτει*. Gesnerus *Γάμους κράτει*, vertens: *Nuptias admitte*. [O.]

Τύχην νόμιζε] *Νόμιζε* sensu praegnanti. *Reverere Fortunam*. *Ehre das Glück*, *erkenne seine Macht*. Sic Cleobulus supra ap. Demetr. Phal. *Τύχῃ εὔχεσθαι*. [O.]

Δαπανῶν ἄρχου] Bene Gesnerus: *Sumptus necessarios facere ne differas*. Stanlejus vertens *Sumptus moderare* legisse videtur *Δαπανῶν ἄρχε*. [O.]

Τύχην στέργε] *Fortuna tua contentus esto*, vel, ut optime Lycius, *Praesentem fortunam boni consule*. Sic Antoninus Comment. Lib. V. §. 8. *στέργειν χρὴ τὸ συμβαῖνον σοί*. ubi vid. Gataker. Opp. Tom. II. p. 149. Eodem sensu usurpant Graeci *ἀγαπᾶν*, *αἰνεῖν* etc. Vid. Annot. nostr. ad Memnon. Excerpt. Cap. II. pag. 199. [O.]

Ἐργάζου κτητά] Gesnerus: *Labora pro rebus, quae acquiri possunt*. [O.]

Ἀδωροδόκητος δοκίμαζε] Gesnerus et Stanlej. *Nullis corruptus muneribus res examina*. (scil. judex cum sis.) Sed idem Gesnerus in marg. *Ἀδωροδόκητος δίκαζε*, quod magis placet, quodque et Lycius in versione expressit, in notis habens: *Ἀδωροδόκητα δίκαζε*. [O.]

Αἰτιῶ παρόντα] *παρόντα* neutro genere accipiunt Ges-

nerus et Stanlejus vertentes: *Incusa praesentia.* Sed malim cum Lycio accipere genere masculino: *Incusa praesentem,* qui se defendere et excusare possit. [O.]

Λέγε εἰδώς] Gesnerus: *Dic quod scias.* [O.]

Βίας μὴ ἔχου] *Vi non utere.* Vide intpp. ad Viger. Cap. V. Sect. VII. (pag. 155 seq. ed. Herm. noviss.). [*Stroth.*]

Υἱοῖς μὴ καταθάῤῥει] Gesnerus in marg. *Υἱοῖς μὴ καταρῶ.* [O.]

Γλώττης ἄρχε] Gesner. in marg. *Γυναικὸς ἄρχε*: quod magis placet. Nam paulo ante habuimus: *Γλῶσσαν ἴσχε.* [O.]

Πόνει μετ' εὐνοίας] Ita C. W. Antea *μετὰ δικαίου.* [*Schow.*]

Ἐπιτέλει συντόμως] Gesner. in marg. *Πράττε συντόμως.* [O.]

Ἄῤῥητον μὴ λέγε] Al. *Ἄῤῥητον κρύπτε.* [*Gesn. in marg.*]

Τὸ κρατοῦν φοβοῦ] Al. *Ἀκρατοῦν*, sed illud magis probatur. [*Lyc.*]

Γῆρας προσδέχου] Male Lycius: *Senectutem adipiscere.* Sensus esse videtur: *Senectutem ejusque incommoda exspecta animo tranquillo nec sollicito. Erwarte mit Ruhe die Beschwerden des Alters.* [O.]

Δόξαν μὴ λίπε] *Ne deseras gloriam*, h. e. ne committas, quae gloriam tuam vel bonam famam contaminare possint. [O.]

Κακίαν μίσει] Al. *Κακίαν λίπε.* [*Gesner. in marg.*]

Προγόνους στεφάνου] Respicit hoc ad morem veterum sepulchra majorum floribus et sertis, inprimis ex apio, exornandi, de quo vid. Artemidorus Oneirocrit. Lib. I. Cap. LXXVII. ibique Rigalt. et Reiff. et Scriptores Antiquitatum Graecarum. [O.]

Τῷ βίῳ μὴ μάχου] Male Lycius: *De vita ne dimica.* Immo: *Ne pugnes adversus vitam*, h. e. vel: *Manus tibi ne inferas*, vel potius: *Ne vitam temere projicias, citra necessitatem exponas periculis.* (*Μὴ ῥιψοκίνδυνος ἴσθ'* Cleobul. Ald.) [O.]

Χαρίζου ἀβλαβῶς] Lycius: *Largire pro re tuâ.* [O.]

Εὖ πάσχε ὡς θνητός] Verterem: *Genio indulge tanquam moriturus. Lass dir wohl seyn.* [O.]

πρεσβύτερος εὔλογος] Al. *πρεσβύτης εὔλογος.* [*Gesner. in marg.*]

In eorundem Apophthegmata e variis collecta.

I. Cleobuli.

1. *Ἀμουσί' ἐν βροτοῖς* etc. etc.] Sic emendavit et in versus disposuit Salmasius apud Menagium verba Laertii cor-

ruptissima: *Ἀμουσία τὸ πλέον μέρος ἐν βροτοῖσι, λόγων τε πλῆθος· ἀλλ' ὁ καιρὸς ἀρκέσει. Φρόνει τι κεδνόν. Μὴ μάταιος ἄχαρις γινέσθω.* *Ἁ χάρις* pro *ἄχαρις* conjecerat jam H. Stephanus. Pro *ἀρκέσει* Lycius malebat *ἀρέσει*. Joach. Kuehnius conjicit aut legendum: *λόγων τε πλῆθος ἄλλο ὁ καιρὸς ἀρκέσει*, *et aliam verborum copiam tempus dabit*, ut sensus sit, ignorantiam dominari inter homines et verba plurima, quibus tamen posterior aetas contraria opposítura et *λόγον λόγῳ*, ut clavum clavo, expulsura sit: aut *ἀρκέσει* accipiendum esse pro *βοηθήσει* hoc sensu: *sed huic hominum ignorationi tempus medebitur et dies diem docebit.* Pro *μάταιος ἡ χάρις* etc. idem mavult *μὴ ματα[illegible] ἄχαρις γινέσθω*, *ne temere et sine sontica caussa odiosus fias.* At probo equidem emendationem Salmasii. [O.]

2. *Ἔφη δὲ δεῖν συνοικίζειν* etc.] Idem Cleobuli praeceptum servavit Stobaeus Serm. LXVIII. *περὶ μνηστείας.* [O.]

συνοικίζειν] Stobaeus addit *ἀνδράσι.* [*Lyc.*]

3. *Ἔλεγε δὲ* etc.] Extrema verba hujus sententiae, *φυλάσσεσθαι γὰρ* etc., servavit Stobaeus Serm. XXXVIII. *περὶ φθόνου.* [O.]

τῶν μὲν φίλων τὸν ψόγον] Stobaeus l. l. *τῶν μὲν φίλων τὸν φθόνον*, quod minus placet. [O.]

4. *Ὅταν τις ἐξίῃ* etc.] Similiter Galenus de animi perturbationibus Cap. IV. *Εἶτα καθ' ἑκάστην ἡμέραν σαυτὸν ἀναμιμνήσκειν· ἄμεινον μέν, εἰ πολλάκις, εἰ δὲ μή, ἀλλὰ πάντως γε κατὰ τὴν ἕω, πρὶν ἄρχεσθαι τῶν πράξεων· εἰς ἑσπέραν δέ, πρὶν ἀναπαύεσθαι μέλλειν.* Conf. Seneca Lib. III. de Ira Cap. IV. [*Menag.*]

3. *Τὰς τῆς τύχης* etc.] Haec sententia in editionibus Stobaei Theobuli, non Cleobuli, nomen adscriptum habet. Sed Cleobuli esse docet eadem sententia brevius expressa supra in Demetrii Phalerei collectione: *Εὐπορεῦντα μὴ ὑπερήφανον εἶναι, ἀπορεῦντα μὴ ταπεινοῦσθαι.* [O.]

ἀλλὰ γίνου μέτριος] Sic Gesnerus in marg. et Lycius. Antea: *Ἀλλὰ γίνου ταπεινὸς* etc. unde Jacobs. V. Cl. in Animadvv. ad Euripidem et Stobaeum p. 297. corrigere voluit: *ἀλλὰ γίνου ἱκανὸς ἐφ' ἑκατέρας τῆς τύχης*, *utrique te fortunae ferendae parem praebeas*, ut Teles ait ap. Stobaeum p. 575. *ἀράμενος ἐν μικροῖσι, ἀράμενος ἐν μεγάλοισιν.* [O.]

10. *Κοῦραι ἑξήκοντα*] Sic Stobaeus. At Laertius: *Παῖδες ἴκασι τριήκοντ' ἄνδιχα εἶδος ἔχουσαι;* quod in versione expressit Petavius. Male. Nam, ut taceam, primam in *τριήκοντα* esse brevem, dici non potest, ex triginta diebus mensis alios esse albos, alios nigros; sed ex sexaginta Mensis filiabus aliae sunt al-

bae, nempe dies triginta; aliae nigrae, videlicet triginta noctes. Legendum itaque apud Laertium: Παῖδες δὲ τριάκοντα. [*Menag.*] Ceterum hoc elegantissimum Cleobuli aenigma imitatus videtur Schillerus in dramate Turandot, Werke Tom. XI. p. 405.

Der Baum, auf dem die Kinder
Der Sterblichen verblühn,
Steinalt, nichts desto minder
Stets wieder jung und grün;
Er kehrt auf einer Seite
Die Blätter zu dem Licht,
Doch kohlschwarz ist die zweite,
Und sieht die Sonne nicht etc. [O.]

II. Solonis.

1. Τέλος ὁρᾶν etc.] Euripides Andromache v. 100.
Χρὴ δ' οὔποτ' εἰπεῖν οὐδέν' ὄλβιον βροτῶν,
Πρὶν ἂν θανόντος τὴν τελευταίαν ἴδῃς.
Croeso scribit Herodotus Lib. I. Cap. 32 et 86. et Plutarchus in Solone hoc praeceptum peculiariter esse datum a Solone, et profuisse illi quam plurimum, cum in summo vitae periculo esset constitutus. [*Lyc.*]

2. Ἀνθρώπων βίον etc.] Habetur talis sententia in Psalmo LXXXIX. (90.) v. 10. *Αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν ἡμῶν ἐν αὐτοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη, ἐὰν δὲ ἐν δυναστείαις, ὀγδοήκοντα ἔτη, καὶ τὸ πλεῖον αὐτῶν κόπος καὶ πόνος.* [*Lyc.*]

3. Πᾶν ἐστιν ἄνθρωπος συμφορή] Melius Schweighaeuser. V. Cl. *Homo, quantus est, fortunae casibus est obnoxius.* [O.] Euripides: Ὁ βίος ἀληθῶς οὐ βίος, ἀλλὰ συμφορά. Cicero: *Homines nos esse meminerimus ea lege natos, ut omnibus telis fortunae proposita sit vita nostra.* [*Lyc.*]

4. Τελευτῆσαι εὖ τὸν βίον] Verba εὖ τὸν βίον, quae male omisit Lycius, addidi ex Herodoto. [O.]

7. Ὁ μὲν λόγος etc.] Alibi Laertius hoc ad Democritum refert. (*Λόγος ἔργου σκιή.* Vide supra Democriti Fragment. 180 O.) Quod autem subjicitur: βασιλεὺς δὲ etc., est, quale illud Ciceronis ex Euripide translatum: *Omnium regina rerum oratio.* [*Lyc.*]

9. Ὁ μὲν κόρος etc.] Est versus Solonis citatus a Clemente Alexandr. Strom. VI, 2. (*Fragment. No.* 29. *ed. Fortlag p.* 410.)
Τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν, ὅταν πολὺς ὄλβος ἕπηται. [O.]

10. Ἐκείνῃ ἄριστα etc.] Cicero ad Brut. Ep. XV. *Solon,*

qui et sapiens unus fuit ex septem, et legum scriptor solus ex septem, is rempublicam duabus rebus contineri dixit, praemio et poena. [*Lyc.*]

13. *Οἱ νόμοι* etc.] Anacharsidi tribuit hoc dictum Valerius Maximus VII. C. II, 11. et Plutarchus in Solone: Zaleuco autem Stobaeus Serm. XLIII. [*Menag.*]

15. *Οἱ παρὰ τοῖς τυράννοις* etc.] Hoc dictum Plutarchus in Apophthegm. Reg. et Imperat. (Opp. Tom. II. p. 128.) non Soloni tribuit, sed Oronti, regis Artaxerxis genero. [*Aldobrand.*] Eandem sententiam Polybius Lib. V. Cap. XXVI. §. 13. hic expressit: *Βραχεῖς γὰρ δὴ πάνυ καιροὶ πάντας μὲν ἀνθρώπους ὡς ἐπίπαν ὑψοῦσι καὶ πάλιν ταπεινοῦσι· μάλιστα δὲ τοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις. Ὄντως γάρ εἰσιν οὗτοι ταῖς ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψήφοις· ἐκεῖναί τε γὰρ κατὰ τὴν τοῦ ψηφίζοντος βούλησιν ἄρτι χαλκοῦν, καὶ παραυτίκα τάλαντον ἰσχουσιν· οἵ τε περὶ τὰς αὐλὰς κατὰ τὸ τοῦ βασιλέως νεῦμα μακάριοι, καὶ παρὰ πόδας ἐλεεινοὶ γίγνονται.* ubi vid. doctiss. Schweighaeuser. Tom. VI. p. 176. nostri loci haud immemorem. [O.]

16. *Πεφυλαγμένος* etc.] Edidi hoc Fragmentum in versus dispositam a Brunckio ex ejus Gnomicis poetis novissime recusis cura Schaeferi V. Cl. Pro *ἔγχος* Lycius mavult *ἔχθος* vertens *occultum odium.* Sed *ἔγχος* (*gladium, quo te vulneret*) multo est significantius, meliusque respondet v. seq. *γλῶσσα διχόμυθος,* quasi *διχότομος.* [O.]

17. *Γηράσκω* etc.] Pentameter ex Elegiis Solonis citatus a Platone Lib. VII. *Πολιτ.* et alibi. Attingitur et a Cicerone in Catone. Valerius Max. Lib. VIII. (Cap. VII, 14. ext.) narrat, Solonem extremo vitae die hoc dictum praestitisse: *Cum, assidentibus amicis et quadam de re sermonem inter se conferentibus, fatis jam pressum caput erigeret, interrogatusque, quare id fecisset, responderet: Ut, cum istud, quidquid est, de quo disputatis, percepero, moriar.* [*Lyc.*]

19. *Ὁ πολλοῖς* etc.] *Necesse est multos timeat, quem multi timent.* Versus Laberii, quo notavit Julium Caesarem. Cicero Lib. II. de Offic. *Qui se metui volent, a quibus metuuntur, eosdem timeant ipsi necesse est.* [*Lyc.*]

20. *Ὅσον ἐν πολέμῳ* etc.] Vide supra Simil. Socr. 58. [O.]

23. *Ὁ κατὰ θεὸν φίλος* etc.] Videtur hoc dictum non Solonis esse, cui adscribit Antonius, sed hominis Christiani. [O.]

24. *Εἰς ἀρχὴν* etc.] Habet hanc sententiam et Isocrates ad Demonicum §. 67. [*Lyc.*] Sententia haec non Solonis est, sed auctoris Paraeneseos ad Demonicum Isocrati adscriptae. [O.]

ἁμάρτῃ] Isocrat. ἁμάρτοι. [O.]

27. Σπάνιον εἴσαγε etc.] Habet hanc sententiam et Isocrates ad Demonicum §. 23. Τὰς ἐντεύξεις μὴ πυκνὰς ποιοῦ τοῖς αὐτοῖς, μηδὲ μακρὰς περὶ τῶν αὐτῶν· πλησμονὴ γὰρ ἁπάντων. [*Lyc.*]

29. Τέλλος, ἔφη etc.] Pluribus hanc historiam referunt Herodotus Lib. I. Cap. 31. et seq. Plutarchus in Solone, Ausonius in Ludo VII Sapientum et Tzetzes Chil. V. Hist. VI. [*Menag.*]

30. μυρίῳ καλλίονι] Puto legendum καλλονῇ. [*Lyc.*] Sed bene habet vulgatum μυρίῳ καλλίονι, scil. ἄνθει. *mille fois plus beau*, ut bene explicat Menag. [O.]

31. κατὰ πατροκτόνου] Cicero pro Sexto Roscio Amerin. *Solo cum interrogaretur, cur nullum constituisset in eum, qui parentem necasset, respondit, se id neminem facturum putasse.* Refert tale quiddam Plutarchus in Romulo: ἴδιον δὲ τὸ μηδεμίαν δίκην κατὰ πατροκτόνων ὁρίσαντα πᾶσαν ἀνδροφονίαν πατροκτονίαν προσειπεῖν, ὡς τούτου μὲν ὄντος ἐναγοῦς, ἐκείνου δὲ ἀδυνάτου. [*Lyc.*] Paullo aliter hoc Apophthegma apud Anton. Meliss. Serm. περὶ παίδων τιμώντων γονεῖς. — Σόλων ἐρωτηθεὶς, διὰ τί κατὰ τῶν τυπτόντων τοὺς πατέρας ἐπιτίμιον οὐχ ὥρισεν, ἔφη, ὅτι οὐχ ὑπέλαβον, τοιούτους τινὰς ἔσεσθαι. [O.]

διὰ τὸ ἀπελπίσαι] i. e. *quod nunquam crederet, hoc scelus committi posse ab hominibus.* ἀπελπίζειν, *nicht möglich halten.* Sic ἐλπὶς de exspectatione futuri, sive boni, sive mali. [O.]

32. πῶς ἥκιστα ἀδικοῖεν etc.] Paullo aliter ap. Plutarch. in vita Solonis (Opp. Tom. I. p. 88.): Ἐρωτηθεὶς, ἥτις οἰκεῖται κάλλιστα τῶν πόλεων· Ἐκείνῃ, εἶπεν, ἐν ᾗ τῶν ἀδικουμένων οὐχ ἧττον οἱ μὴ ἀδικούμενοι προβάλλονται καὶ κολάζουσι τοὺς ἀδικοῦντας. Conf. Stob. Serm. XLI. et (infra) Plutarch. in Sympos. VII Sapient. [O.]

33. Δακρύων τὸν παῖδα etc.] Stobaeus paulo aliter Serm. 121. de luctu: Σόλων ἀποβαλὼν υἱὸν ἔκλαυσεν· εἰπόντος δέ τινος πρὸς αὐτὸν, ὡς οὐδὲν προὔργου ποιεῖ κλαίων· δι' αὐτὸ γάρ τοι τοῦτο, ἔφη, κλαίω. [*Lyc.*]

37. ὧν ἂν προσεδέξαντο] Male Lycius: *quas quidem acceperunt*, non attendens scil. ad ἂν potentiale. [O.]

38. Τῆς Πεισιστράτου etc.] Attingitur a Cicerone de Senectute. Ita autem exponitur a Plutarcho in libro An seni gerenda sit respublica. [*Lyc.*] Paulo aliter eadem historia narratur a Plutarcho in Vit. Solon. p. 96. [O.]

βοηθεῖν τοὺς πολίτας] Plutarch. in Solon. βοηθεῖ τῇ πατρίδι καὶ τοῖς νόμοις. [O.]

πέμψαντος δὲ Πεισιστράτου] Aliter Plutarchus in Solon. *ἐπὶ τούτοις δὲ πολλῶν νουθετούντων αὐτὸν ὡς ἀποθανούμενον ὑπὸ τοῦ τυράννου, καὶ πυνθανομένων, τίνι πιστεύων οὕτως ἀπονοεῖται, τῷ γήρᾳ, εἶπεν.* [O.]

59. *Προσπτύσαντος* etc.] Fontem hujus Apophthegmatis hactenus frustra quaesivi. [O.]

ἐγὼ δὲ ἀνάσχωμαι] Legendum: *ἐγὼ δ' οὐκ ἀνάσχωμαι,* signo interrogationis posito. [O.]

ἵνα ἄνθρωπον ἀλιεύσω] Notanda haec phrasis in N. Testamento obvia Matth. VI, 20. ubi vid. Wetsten. Tom. I. pag. 277. [O.]

40. *Ἐάν τις* etc.] Lex Romana: *Liberi parentes alant aut vinciantur.* [*Lyc.*] Conf. Aeschin. adv. Timarch. pag. 175. A. ed. Hier. Wolf. [*Stanlej.*]

41. *Τὸν τρέφειν*] Galenus *Προτρεπτ.* ad art. Cap. VIII. init. *Ἐπαινέσῃ δ' ἄν τις καὶ τὸν Ἀθήνῃσι νομοθέτην, ὃς τὸν μὴ διδάξαντα τέχνην ἐκώλυε πρὸς τοῦ παιδὸς τρέφεσθαι.* ubi vid. Willet pag. 95. et seq. Conf. Aelian. Hist. Anim. Lib. IX. C. 1. [O.]

42. *Ὁ ἀργὸς* etc.] Herodotus Lib. II. (Cap. 177.) scribit, Amasidem tulisse legem Aegyptiis, qua cogerentur singulis annis apud provinciarum praesides planum facere, unde victus illis suppeteret, et qui hoc non fecisset, aut honestis rationibus victum se quaerere non docuisset, is morte mulctaretur: atque hanc legem ait Solonem ab Aegyptiis acceptam etiam Atheniensibus scripsisse. Id quod obiter libuit indicare, cum legem eam nondum repererim. [*Lyc.*]

43. *Ὁ ἡταιρηκὼς* etc.] Vid. Aeschin. in Timarch. p. 175. A. [*Stanlej.*] Vert. *Muliebria passus, cinaedus*, ut recte explicat Menagius. [O.]

44. *Ὁ ἐπίτροπον* etc.] Hac scil. lege cautum fuerat, ne pupilla tutori aut ejus filio nuberet, ut observant Syrianus et Marcellinus ad Hermogenem. [*Stanlej.*]

46. *Δακτυλιογλύφῳ* etc.] Ratio hujus legis erat, ne posset *ὁ δακτυλιογλύφος* alio facto simili annulo signatorio fraudem ei facere, cui priorem vendidisset. [O.]

τὴν τοῦ πραθέντος] Sic edidi. Laertius omittit *τήν.* Lyc. *τὴν πραθέντος.* [O.]

47. *Ἐὰν ἕνα*] Vid. Aristotel. Rhet. Lib. I. Cap. VII. [*Menag.*]

48. *Ἃ μὴ ἔθου* etc.] Gellius a Laertio de furti poena dissentit Noct. Att. Lib. II. Cap. XVIII. ubi inquit: *Solon sua lege in fures, non, ut Draco antea, mortis, sed duplici poena vin-*

dicandum existimavit. Meminere de hac lege, sine tamen mentione et auctoris et poenae, Plato Lib. II. Leg. et Aelianus V. Hist. Lib. IV. Cap. I. [*Lyc.*]

50. Ὁ ἐν στάσει etc.] Hanc legem Plutarchus in Solone ita explicat: *Βούλεται δ', ὡς ἔοικε, μὴ ἀπαθῶς μηδ' ἀναισθήτως ἔχειν πρὸς τὸ κοινὸν, ἐν ἀσφαλεῖ θέμενον τὰ οἰκεῖα καὶ τῷ μὴ συναλγεῖν μηδὲ συννοσεῖν τῇ πατρίδι καλλωπιζόμενον, ἀλλ' αὐτόθεν τοῖς τὰ βελτίω καὶ δικαιότερα πράττουσι προθέμενον συγκινδυνεύειν, καὶ βοηθεῖν μᾶλλον ἢ περιμένειν ἀκινδύνως τὰ τῶν κρατούντων.* Idem disputat contra hanc legem prolixe *πολιτικοῖς παραγγέλμ.* non longe a fine et alibi exemplum ipsius Solonis contrarium recitat, quod et subjiciendum duxi. *Διὸ βελτίονα Σόλων ἔλαβεν ἀρχὴν, διαστώσης εἰς τρία μέρη τῆς πόλεως, τὸ τῶν Διακρίων λεγομένων, καὶ τὸ τῶν Πεδιέων, καὶ τὸ τῶν Παράλων. οὐδενὶ γὰρ ἐμμίξας ἑαυτὸν, ἀλλὰ κοινὸς ὢν πᾶσι, καὶ πάντα λέγων καὶ πράττων πρὸς ὁμόνοιαν, ᾑρέθη νομοθέτης ἐπὶ τὰς διαλύσεις καὶ κατέστησεν οὕτω τὴν ἀρχήν.* Sed valde commoda est legis Solonis interpretatio apud Gellium Lib. II. Cap. XII. De poena dissentit ab aliis Cicero ita scribens ad Atticum Lib. X. Epist. I. *Ego vero Solonis, popularis tui et, ut puto, etiam mei, legem negligam, qui capite sanxit, si quis in seditione non alterutrius partis fuisset.* [*Lyc.*]

52. Παντὶ λαβεῖν etc.] Plutarchus: *Πληγέντος ἑτέρου καὶ βλαβέντος καὶ βιασθέντος ἐξῆν τῷ δυναμένῳ καὶ βουλομένῳ γράφεσθαι τὸν ἀδικοῦντα καὶ διώκειν, ὀρθῶς ἐθίζοντος τοῦ νομοθέτου τοὺς πολίτας ὥσπερ ἑνὸς μέρους συναισθάνεσθαι καὶ συναλγεῖν ἀλλήλοις* etc. Ex hac autem lege Solonis orta lex XII Tab. *Proletario civi quivis volet vindex esto.* quae habetur apud Gellium Lib. XVI. Cap. X. [*Idem.*]

53. Τὸν τεθνηκότα etc.] Plutarchus; *Καὶ γὰρ ὅσιον τοὺς μεθεστῶτας ἱεροὺς νομίζειν, καὶ δίκαιον ἀπέχεσθαι τῶν οὐχ ὑπαρχόντων, καὶ πολιτικὸν ἀφαιρεῖν τῆς ἔχθρας τὸ ἀΐδιον.* [*Idem.*] Hinc tritum illud: *De mortuis et absentibus nil nisi bene*, quod pluribus veterum scriptorum locis illustrat Crenius ad Camerar. Lud. VII Sapient. p. 120. [*O.*]

54. καὶ ἀρχείοις] *apud principia.* Plutarchus in vita Galbae imp. (ubi de Ovinii intemperantia loquitur) *καὶ διέφθειρεν ἐν τοῖς ἀρχείοις, ἃ πριγκίπια καλοῦσι Ῥωμαῖοι.* Gellius Lib. V. Cap. XII. ex Oratione C. Gracchi: *In convivio liberi vestri modestius erant, quam apud principia.* Liv. Lib. VII. Dec. I. *Nec in circulis modo fremere, sed jam in principiis ac praetorio sermones in unum confundi* etc. Ita autem dictus est locus in castris praetorio pro-

ximus, a principibus milit. etc. Vide Wolfg. Laz. Lib. IV. Comment. Reip. Rom. Cap. II. [*Lyc.*]

56. *Δῶρον λαβεῖν* etc.] Vid. Plutarch. *Ῥωμαϊκ. προβλημ.* VII. [*Idem.*]

Alias Solonis leges qui cognoscere voluerit, adeat Plutarch. Vit. Solon. Stanlej. Hist. Philosoph. Solon. Cap. VI. Petitum de Legibus Atticis et Jo. Meursium in Themide Attica. Nos, cum leges istae alienae sint a consilio hujus collectionis gnomicae, non nomicae, eas tantum dedimus, quas receperat in collectionem suam Leonh. Lycius, ne quid desideraretur, quod contineretur opusculo doctissimo. [O.]

60. *Δόσεις κύριαι* etc.] Haec et sequentes Solonis sententias cum versione M. Neandri descripsimus ex ejusdem Opere aureo et scholastico pag. 330. ed. Lips. [O.]

III. *Chilonis.*

2. *Πρόνοια* etc.] Sensus est, providentiam rerum futurarum ratiocinatione comprehensam esse viri virtutem, h. e. eam esse demum virtutem, quae viro conveniat eique propria sit, magis, quam aut *ἀνδρεία*, aut quaevis alia. [*Is. Casaub.*]

4. *ἔδωκ' ἔλεγχον*] Hoc est, *φιλεῖ δοῦναι*. Sic enim Graeci loquuntur. Homerus:

Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.

[*Idem.*] Vid. Hoogeveen. ad Viger. Cap. V. Sect. III. p. 209 seq. ed. Hermann. noviss. [O.]

7. *Πλοῦτος ἀπὸ κακῆς* etc.] Vide supra Democrit. Fragment. 93. et quae ibi observavimus. [O.]

8. *ὀλίγος*] i. e. *tenuis*, *pauper*, *parum sufficens*. [O.]

9. *ἀπόλλυσι τὸν ὄντως φασὶ βίον κεχρημένον βίου*] Haec est palmaria Lycii emendatio. Antea: *ἀπόλλυσι τὸν ὄντως φασὶ κεχρημένον βίον*. At optime habet *βίον κεχρημένον βίου*, quae (ut v. *φασὶ* indicat) fuit proverbialis locutio apud Graecos. Proverb. Metric. in Schotti Adag. pag. 606. v. 504.

Βίος βίου δεόμενος οὐκ ἔστι βίος.

Vita haud vocanda est vita victus indiga. Nam *βίος* dici etiam de victu vel rebus ad vivendum necessariis res notissima. Vid. Meibom. ad Hippocrat. Jusjurand. pag. 81. et annot. nostr. ad Epist. Socrat. 29. pag. 260. Sed alia, ni fallor, in hac Chilonis sententia corruptela latet. Qui enim dici possit, malum divitiarum usum extinguere vitam inopem, cum potius adducat? Quare legendum censeo: *ἀπόλλυσι* (scil. *τοὺς ἀνθρώπους*) *καὶ προσάγει*

τὸν ὄντως, ὥς φασι, βίον κεχρημένον βίου, aut leniore mutatione: ἀπόλλυσι εἰς τὸν ὄντως, ὥς φασι, βίον κεχρημένον βίον. [O.]

10. *Πρὸς τὸν ἀδελφὸν* etc.] De Ephoris vid. Xenophon Lib. de Republ. Lacedaem. et Aristoteles II. Polit. [*Lyc.*]

ἐπίσταμαι ἀδικεῖσθαι] Huc pertinet illud Menandri:

Οὗτος κράτιστός ἐστ' ἀνὴρ, ὦ Γοργία,
Ὅστις ἀδικεῖσθαι πλεῖστ' ἐπίσταται βροτῶν. [*Menag.*]

12. *οἱ πεπαιδευμένοι* etc.] Isocrat. ad Demonic. §. 72. fin. οἱ δίκαιοι τῶν ἀδίκων, εἰ μηδὲν ἄλλο πλεονεκτοῦσιν, ἀλλ' οὖν ἐλπίσι γε σπουδαίαις ὑπερέχουσι. [*Lyc.*]

16. *Λυπουμένου* etc.] Valerius Maximus (Lib. VII. Cap. II. ext. 2.) adscribit tale quid Soloni, quod et subjicere placuit. *Solon*, inquit, *cum ex amicis quendam graviter moerentem videret, in arcem perduxit, hortatusque est, ut per omnes subjectorum aedificiorum partes oculos circumferret. Quod ut factum animadvertit, Cogita nunc tecum, inquit, quam multi luctus sub his tectis et olim fuerint, hodieque versentur, in sequentibusque seculis sint habitaturi: ac mitte mortalium incommoda tanquam propria deflere. Qua consolatione demonstravit, urbes esse humanarum cladium consepta miseranda. Idem ajebat, si in unum locum cuncti mala sua contulissent, futurum, ut propria deportare domum, quam ex omni miseriarum acervo portionem suam ferre mallent. Quo colligebat, non oportere nos, quae fortuito patiamur, praecipuae et intolerabilis amaritudinis judicare.* [*Idem.*]

18. *Χίλων καλούμενος* etc.] Sub Pittaci nomine edidit hoc Apophthegma Lycius ita vertens: *Quando invitabatur ad coenam, non prius condicebat, quam sciscitatus esset, qui praeterea invitati essent. Dicebat enim, navigationis socium et contubernalem ignotum ferendum, cum quibus una navigare et militare necesse esset; sed se ipsum inconsiderate adjungere convivis, non esse viri intelligentis.* [O.]

IV. Pittaci.

1. *Τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς πλεῖον*] Hesiodi versus *Ἔργ.* v. 40.

Νήπιοι· οὐδ' ἴσασιν, ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς,
Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

quos Plato de Legg. Lib. III. Cap. X. ita exponit: *Ἆρ' οὐκ ἀγνοήσαντες τὸν Ἡσίοδον ὀρθότατα λέγοντα, ὡς τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς πολλάκις ἐστὶ πλέον, ὁπόταν ᾖ τὸ μὲν ὅλον λαμβάνειν ζημιῶδες, τὸ δ' ἥμισυ μέτριον, τότε τὸ μέτριον τοῦ ἀμείνονος πλέον ἡγησάμενον, ἄμεινον ὂν χείρονος.* Praestare itaque Hesiodus et Periander

censent dimidium, si illo moderate utaris, toto, hoc est magnis divitiis, si luxu diffluas aut turpiter prodigas, vel potius omissis litibus praestare quietam possessionem dimidii, quam totius litibus quaerendam, praesertim si parce vivas. [*Graev. Lectt. Hesiod. Cap. II. p.* 513. *ed. Loesner.*] Similis plane Salomonis sententia Proverb. XV, 16, 17. *Κρείσσων μικρὰ μερὶς μετὰ φόβου Κυρίου ἢ θησαυροὶ μεγάλοι μετὰ ἀφοβίας. Κρείσσων ξενισμὸς λαχάνων πρὸς φιλίαν καὶ χάριν, ἢ παράθεσις μόσχων μετ᾽ ἔχθρας.* Alias proverbii hujus explicationes non tango. Vide tamen Schott. Adag. ex Suida Cent. VII, 53. pag. 438 seq. et quos citat Ast. V. Cl. ad Platon. l. l. et *Πολιτ.* Lib. II. Cap. XVII. p. 426. [O.]

2. *Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι*] Citat hoc Pittaci dictum Plato in Protagora Cap. 73. ita:

Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι,
Θεὸς ἂν μόνος ἔχοι τοῦτο γέρας.

ubi vid. Heindorf. pag. 569. [O.]

3. *Ἀρχὴ ἄνδρα δεικνύει*] Bianti tribuit hoc Apophthegma Aristoteles Ethic. Nicom. Lib. V. Cap. 3. Sophocles Soloni, ut discimus ex Harpocratione in *Σιμωνίδης*, ubi illud tribuit Simonidi, ut et Plato de Legg. Lib. V et VII. Conf. Diogenian. Adag. III, 94. [*Menag.*]

4. *Ἀνάγκῃ* etc.] Alibi hoc Simonidi tribuitur. [*Lyc.*] Quod postea in proverbium abiit. Vid. Zenob. I, 85. [*Menag.*]

7. *δίκαιον*] Sic C. Gesner. in marg. Edd. *δίκαιος.* [O.]

8. *Συνετῶν* etc.] Stobaeus paulo aliter Serm. CVI. *Πιττακὸς συνετῶν μὲν ἀνδρῶν εἶπεν ἔργον, ἵνα μὴ γένηται, κωλῦσαι· ἀνδρείων δὲ, γενόμενα φέρειν ἐγκρατῶς.* [*Lyc.*] Cicero in Epist. ad Brut. *Neque metuam quidquam et cavebo omnia.* [*Menag.*] Scolion est in Analectis Brunckii Tom. I. pag. 154.

Συνετῶν ἐστιν ἀνδρῶν,
Πρὶν γενέσθαι τὰ δυσχερῆ,
Προνοῆσαι, ὅπως μὴ γένηται,
Ἀνδρείων δὲ γενόμενα εὖ θέσθαι. [O.]

9. *Ἔχοντα δεῖ*] Al. *Ἔχοντα χρή.* [O.]

κραδίῃ] Lyc. *κραδίην.* [O.]

10. *Τῶν μὲν ἀγρίων* etc.] Plutarchus in Symposio adscribit hoc Pittaco; sed in libello Quo pacto possis adulatorem ab amico discernere, Biantis nomine citat. [*Lyc.*]

11. *Τῷ μεθύοντι*] Meminit de hac lege Aristoteles Lib. II. Polit. Cap. ult. et Lib. II. Rhetor. ad Theodect. Cap. XXV. et Plutarch. in Sympos. [*Idem.*]

διπλῆ ζημία] Plutarch. l. l. *διπλασίαν ἢ τῷ νήφοντι.* [*Idem.*]

12. *Διδόντος*] Vert. dare volente, offerente. Vide quae observavimus ad Chion. Epist. X. Memnon. pag. 285 seq. [O.] Meminit hujus Apophthegmatis et Plutarchus libro περὶ φιλαδελφίας: *Οἷόν ἐστι καὶ τὸ τοῦ Πιττακοῦ πρὸς τὸν βασιλέα Λυδῶν πυνθανόμενον* (lege πρὸς τοῦ βασιλέως Λυδῶν πυνθανομένου. O.), *εἰ χρήματά ἐστιν αὐτῷ· διπλάσια, εἶπεν, ἢ ἐβουλόμην, τοῦ ἀδελφοῦ τεθνηκότος.* [*Menag.*]

εἰπὼν ἔχειν ὧν ἐβούλετο etc.] *χρυσοῦ γὰρ οὐ δεόμεθ', ἀλλ' ἃ πέπαμαι, ἄρκια καὶ τοῖς ἐμοῖς ἑταίροις*, scribit ipse Pittacus ad Croesum in Epistola a Laertio Lib. I. §. 81. servata, si genuina est. [O.]

13. *Τῶν Κυμαίων* etc.] Stobaeus aliter hoc recitat Serm. XIX. *Ἀδικηθεὶς ὑπό τινος καὶ ἔχων ἐξουσίαν κολάσαι ἀφῆκεν, εἰπών· Συγγνώμη τιμωρίας ἀμείνων· τὸ μὲν γὰρ ἡμέρου φύσεώς ἐστι, τὸ δὲ θηριώδους.* [*Lyc.*]

φονέα] scil. *τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Τυῤῥαίου, ὃν καθήμενον ἐπὶ κουρείου ἐν Κύμῃ χαλκεύς τις πέλεκυν ἐμβαλὼν ἀνεῖλε*, ut narrat Laertius Lib. I. §. 76. quodque Lycius non debebat omisisse. [O.]

14. *Τοῦ ποικίλου* etc.] Allusisse videtur ad Atheniensium *ἄξονας*. — *Οὕτως ἐκάλεσαν Ἀθηναῖοι τοὺς Σόλωνος νόμους, διὰ τὸ ἐγγραφῆναι αὐτοὺς ἐν ξυλίνοις ἄξοσιν· ἦσαν δὲ τετράγωνοι τὸ σχῆμα.* Suidas. [*Lyc.*] Distinguendi *ἄξονες* a *κύρβεσι*, quae erant trigonae et lapideae, teste Harpocratione. Conf. Ammonius h. v. ibique Valckenaer. *ὁ πάνυ* pag. 18. et Salmasius de Mod. usur. Cap. III. pag. 98—104. [O.]

17. *Ἐπύθετο* etc.] Ita Stobaeus Serm. *Ὅτι κάλλιστον γάμος.* Gellius Lib. V, 11. refert ad Biantem. Laertius Lib. VI. adscribit Antistheni. [*Lyc.*]

18. *εἰ λανθάνει*] Theo Sophista hoc Pittaco tribuit. Valerius Maximus Lib. VII. Cap. VII. et Laertius I, 36. Thaleti, his verbis: *Ἠρώτησέ τις αὐτὸν, εἰ λήθοι θεοὺς ἄνθρωπος ἀδικῶν· Ἀλλ' οὐδὲ διανοούμενος, ἔφη.* [*Idem.*] Pittaci illud sive Thaletis ex Ethnicis etiam enuntiat Sallustius Orat. II. ad Caesar. circa finem: *Namque mihi pro vero constat, omnium mortalium vitam divino numine invisi, neque bonum neque malum facinus cujusquam pro nihilo haberi, sed ex natura diversa praemia bonos malosque sequi.* [*Crenius.*]

19. *ἡ γυνὴ*] *Εὐγενεστέρα γὰρ αὐτῷ οὖσα ἡ γυνὴ, ἐπειδήπερ ἦν Δράκοντος ἀδελφὴ τοῦ Πενθίλου, σφόδρα κατεσοβαρεύετο αὐτοῦ*, refert Laertius Lib. I. §. 81. [O.]

20. *αὐτὸ δὲ τοῦτο*] hoc unum, solum. Vide, qui de hoc lo-

cutione multus est, Perizon. ad Aelian. l. l. p. 143. ed. Abr. Gronov. [O.]

21. *τὶ δὲ δικαιότερα* etc.] Hinc lucem accipit dictum illud Solonis ap. Demetr. Phaler. supra allatum: *Τῶν γονέων μὴ λέγε δικαιότερα.* [O.]

25. *Τοῦ Πιττακοῦ ἀπόφθεγμα*] Sententia dicti ex hoc Aristotelis loco patet, verba autem interciderunt. [O.]

26. *ἀφανὲς*] Demetr. Phal. in Pittaco *ἀσαφές.* [O.]

27. Epigramm. Callim. v. 5. *εἰ δ' ἄγε σύν μοι βούλευσον*] Rectius ita apud Diogenem Laertium legitur, quam in Epigramm. Graec. I, 5. *μοι σὺ βούλευσον*, ut sit per tmesim *συμβούλευσον.* [*Vulcan.*]

v. 9. *βέμβικας*] *Βέμβιξ* idem quod *ῥόμβος*, turbo ligneus vel corneus, *Kräusel.* Vide intpp. ad Aristophan. Aves vs. 1461. *Βέμβικα* a *τροχῷ* aperte distinguit Aretaeus de sign. acut. morb. Cap. V. *κατέπεσον γοῦν τινὲς ὑπὸ προφάσιος ἐξ ἀθυμίης, μετεξέτεροι δὲ ῥεύματι ποταμοῦ ἀτενέες ἐνιδόντες, ἢ τροχῷ δινευμένῳ, ἢ βέμβικι ἑλισσομένῃ.* [O.]

v. 14. *κληδόνι*] *Κληδὼν, omen, vox ominosa.* De ominibus e puerorum vocibus fortuitis vid. Hemsterhus. *ὁ πάνυ* ad Xenoph. Ephes. Tom. IV. Obs. Miscell. p. 342. [*Ernesti.*]

v. 15. *ἀπήγετο*] Sic Hemsterhus. Antea *ἤγετο.* Alii *ἐπήγετο.* [O.]

v. 16. *σύ γ' ἰὼν*] Ita lego pro *καὶ σὺ Δίων*, et sic legitur in Lib. III. Epigramm. Graec. [*Lyc.*]

τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα] Plutarch. *περὶ παιδ. ἀγωγ.* Cap. XIX. *Ἐγγυᾶσθαι δὲ δεῖ τοῖς υἱοῖς γυναῖκας μήτε εὐγενεστέρας πολλῷ, μήτε πλουσιωτέρας. Τὸ γὰρ, τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα, σοφόν· ὡς οἵ γε μακρῷ κρείττους ἑαυτῶν λαμβάνοντες, οὐ τῶν γυναικῶν ἄνδρες, τῶν δὲ προικῶν δοῦλοι λανθάνουσι γενόμενοι.* [*Lyc.*] Vide ibi Heusinger. locutionem hanc doctissime illustrantem p. 166. [O.]

Idem Lycius Callimachi epigramma sic latine reddidit:

Hyrradio genitum Mitylenis Pittacum Atarna
Adveniens hospes voce rogante adiit:
Care senex, duo me invitant connubia. Virgo
Me petit aequalis gente opibusque mihi.
Est et quae prestet mihi. Quid magis expedit? Utram
Uxorem ducam? Da mihi consilium.
Dixit. At ille senilia tollens arma, bacillum,
Ecce, ait, isti rem, quam petis, expedient:
Nempe trochos agiles scuticae qui verbere versant
Gyrando planis in triviis pueri.

Istorum sequitor vestigia. Ut ille propinque
Astitit, isti ajunt: Heus tibi sume parem.
Hospes, ut haec audit, majorem attingere stirpem
Noluit, auscultans, parvula turba, tibi.
Atque domum tenuem deduxit, ut ille, puellam,
Dixerat. Heus abiens tu quoque duce parem.

Idem monet Ovidius Epist. IX. Heroid. v. 32.

Si qua voles apte nubere, nube pari. [O.]

V. *Thaletis.*

1. *Θεῶν πλέα πάντα*] Cicero II. de Legg. (Cap. 11.) *Thales, qui sapientissimus e septem fuit, dixit homines existimare oportere, deos omnia cernere, deorum omnia esse plena: fore enim omnes castiores etc.* [*Lycius.*] Pythagorae eandem sententiam tribuit Laertius Lib. VIII. §. 32. [O.]

2. *Οὔτι τὰ πολλὰ* etc.] Locus corruptus, cujus partem ita restituebat Jos. Scaliger:

Οὔτι τὰ πόλλ' ἔπεα φρονίμην ἀπεφήνατο δόξαν·
Ἕν τι μάτευε σοφόν, ἓν δέ τι κεδνὸν ἑλοῦ
.... *λύσεις* .... *γὰρ ἀνδρῶν* ....
Κωτίλων γλώσσας τὰς ἀπεραντολόγους. [*Menag.*]

μάτευε] Male Lycius *μάντευε*, haec annotans: „Suspicor „legendum *μάνθανε*. Nam secundum Hipponis versum *πολυμα-„θημοσύνης τῆς οὐ κενεώτερον ἄλλο.*“ Immo unice verum *μάτευε* a *ματεύω* sive *μαστεύω*, *quaero, investigo.* [O.]

3. *Πρεσβύτατον* etc.] Conf. Laert. I. §. 35. [O.]

Μέγιστον] Haec non paulo clarius apud Plutarchum enunciantur. *Τί μέγιστον; τόπος. ἄλλα μὲν γὰρ ὁ κόσμος, τὸν δὲ κόσμον οὗτος περιέχει.* [*Stanlej.*]

Τάχιστον νοῦς] Hinc illud apud Homerum, Hesiodum et Orpheum in Hymno Eumenidum I. (pag. 338. Herman.) *ὠκύδρομοι ὥστε νόημα*, et apud Xenophontem *θᾶττον νοήματος.* [*Is. Casaub.*] Egregie in hanc sententiam Hallerus noster:

Die schnellen Schwingen der Gedanken,
Wogegen Zeit und Schall und Wind
Und selbst des Lichtes Flügel langsam sind. [O.]

Σοφώτατον χρόνος] Aristoteles Physic. Lib. IV. Cap. XIII. *Ἐν δὲ τῷ χρόνῳ πάντα γίνεται καὶ φθείρεται, διὸ καὶ οἱ μὲν σοφώτατον ἔλεγον· ὁ δὲ Πυθαγόρειος Πάρων ἀμαθέστατον, ὅτι καὶ ἐπιλανθάνεται ἐν τούτῳ, λέγων ὀρθότερον.* [*Menag.*]

καὶ γὰρ τὰ πλεῖστα] Stobaeus Serm. III. *καὶ γὰρ τὰ χρηστά*, quod Lycius in versione expressit. [O.]

ἐπεὶ πρὸς ἡδονάς γε etc.] Suspectum hoc de mendo: quomodo autem legendum putem, versio nostra indicat. [*Lyc.*] Videtur scil. legisse: *ἐπεὶ πρὸς ἡδονάς γε πολλάκις ἄδην ἔχουσιν.* [O.]

ἀπαγορεύουσιν] *Ἀπαγορεύειν, ἀπειπεῖν, ἀπειρηκέναι, ἀπαυδᾶν* propria verba de iis, qui laboribus ac periculis aliisque rebus molestis fatigati et victi succumbunt animumque despondent. Vid., qui nubem exemplorum congessit, Petr. Faber Agonist. I. C. 8. et Hemsterh. ad Lucian. Dial. Deor. XXIV. p. 527. Tom. II. ed. Bipont. [O.]

4. *ἀμήχανα*] *ἄπορα*, inexplicabilia. Sic *ἀμήχανοι ὄνειροι* ap. Homer. Odyss. *T.* (560.) *πρὸς οὓς οὐκ ἔστι κρίσιν τινὰ εὑρισμένην μηχανήσασθαι.* Eustath. p. 1878. [*Lyc.*]

6. *Τῆς μητρὸς*] Idem habet Stobaeus Serm. LXVI. *Ὅτι οὐκ ἀγαθὸν τὸ γαμεῖν.* [O.]

εἶτα ἐπεὶ παρήβησεν] Stob. *εἶτα παρηβάς.* [O.]

7. *διὰ τὸ ζῆν* etc.] Ita Stobaeus l. l. Laertius autem *δι' ἀφιλοτεκνίαν.* Videtur hinc ortus proverbialis versus:

Αὐθαίρετος λύπ' ἐστὶν ἡ τέκνων σπορά. [*Lyc.*]

Alii ap. Laertium legunt *διὰ φιλοτεκνίαν*, putantes Thaletem respexisse ad dolorem, quem mors liberorum parentibus affert. [O.]

8. *Βουλόμενος* etc.] Aristoteles Lib. I. Polit. Cap. VII. sed idem multo elegantius recitat: *Ὀνειδιζόντων αὐτῷ (Θαλῇ) διὰ τὴν πενίαν ὡς ἀνωφελοῦς τῆς σοφίας οὔσης, κατανοήσαντά φασιν αὐτὸν ἐλαιῶν φορὰν ἐσομένην ἐκ τῆς ἀστρολογίας, ἔτι χειμῶνος ὄντος, εὐπορήσαντα χρημάτων ὀλίγων ἀῤῥαβῶνας διαδοῦναι τῶν ἐλαιουργείων τῶν τ' ἐν Μιλήτῳ καὶ Χίῳ πάντων, ὀλίγου μισθωσάμενον, ἅτ' οὐδενὸς ἐπιβάλλοντος. Ἐπειδὴ δ' ὁ καιρὸς ἧκε, πολλῶν ζητουμένων ἅμα καὶ ἐξαίφνης, ἐκμισθοῦντα ὃν τρόπον ἠβούλετο, πολλὰ χρήματα συλλέξαντος* (leg. *καὶ πολλὰ χρήματα συλλέξαντα.* O.) *ἐπιδεῖξαι, ὅτι ῥᾴδιόν ἐστι πλουτεῖν τοῖς φιλοσόφοις, ἂν βούλωνται, ἀλλ' οὐ τοῦτ' ἐστὶ, περὶ ὃ σπουδάζουσι.* Attingit etiam Cicero I, 49. Plinius Hist. Nat. Lib. XVIII. Cap. XXVIII. tale quid narrat de Democrito. *Ferunt Democritum*, inquit, *qui primus intellexit ostenditque cum terris coeli societatem, spernentibus hanc curam ejus opulentissimis civium, praevisa olei caritate ex futuro Vergiliarum ortu, qua diximus ratione ostendimusque jam plenius, magna tum utilitate propter spem olivae coëmisse in toto tractu omne oleum, mirantibus, qui paupertatem et quietem doctrinarum ei sciebant inprimis cordi esse; atque ut apparuit caussa et ingens divitiarum cursus, restituisse mercedem anxiae et avidae dominorum poenitentiae, contentum ita probasse, opes sibi in facili,*

cum vellet, fore, Ἐλαιουργεῖα sunt hoc loco, ut conjicio, non tantum oliveta, quae et oleta dicuntur, id est, loca oleis consita, sed etiam cellae oleariae et instrumenta ad expressionem olei pertinentia, ut trapeta, molae oleariae etc. de quibus Cato de re rustica et Columella. [*Lyc.*]

12. *Ἠρώτησέ τις*] Vide supra Pittac. Sent. 18. [O.]

14. *ὑποτίθεσθαι*] *praecepta, consilia dare*. Hinc ὑποθήκη. [O.]

Τί δύσκολον] Menag. conj. *τί δὲ καινόν*, quod magis placet. Quanquam ferri possit *δύσκολον*, scil. *εὑρεῖν*. Supra in Pittac. No. 15., ubi idem Apophthegma, legitur *τί παράδοξον*. [O.]

VI. Biantis.

1. *ἐν πόλει αἴκε μένῃς*] *αἴκε* corruptum videtur Menagio. Vir doctus apud eum leg. conj. *ἐν πόλει ᾗ κε μένῃς*, *in quacunque urbe commoreris*, ut vertit etiam L. Lycius. Ipse Menagius *ἐν πόλει ἀεικεῖ μένῃς*, *in civitate afflicta maneas*, *patriam afflictam ne deseras*, cui vero interpretationi obstant sequentia verba. Joach. Kuehnius defendit *αἴκε* doricum pro *εἴκε*, ut in Theocriti Idyll. V, 61. *si in urbe maneas, commoreris*, quod retinui. [O.]

πλείσταν γὰρ etc.] Nam ἡδὺς ἀγανόφρων κεκλήσεται ἐν πολιήταις. [*Kuehn.*]

ἐξέλαμψεν] Bene Lycius: calamitatum velut ignem excitavit. [O.]

5. *Ἀλλοτρίων κακῶν* etc.] Male hanc sententiam Lycius disjunxisse videtur a praecedenti, cum qua conjuncta legitur apud Laertium: *Ἔλεγε — — — νόσον ψυχῆς τὸ τῶν ἀδυνάτων ἐρᾷν, ἀλλοτρίων δὲ κακῶν ἀμνημόνευτον εἶναι. Morbum animi dixit impossibilia appetere, nec recordari, quibus alii malis premantur* vel *quot rebus alii indigeant*. [O.]

6. *Οὕτω πειρῶ ζῇν*] Ita Lycius ex Stobaeo. Aliter Laertius: *Τὸν βίον οὕτω δεῖ μετρεῖν*, h. e. *victum sive vitae substantiam ita dispensare oportet*. Respondent poetae Latini versus:

Divitiis utare tuis tanquam moriturus,
Tanquam victurus parcito divitiis.

Fatendum tamen, et lectionem Lycii sensum praebere elegantissimum. Ceterum eandem sententiam dedimus supra in Democriti Fragmentis No. 126. Sed Bianti attribuit etiam Stobaeus Serm. V. [O.]

8. *ἐοίκασι τοῖς ὄμμασι τῆς γλαυκὸς*] Ridicule haec vertit Othmar. Nachtgall (Luscinius) in Sententiis moralibus ex

Stobaeo latine editis Argentorati 1518. *similes sunt iis, qui caesiis sunt oculis:* quasi caesios oculos habentes propterea noctu videre possint, ut noctuae. [O.]

9. *Τόπων μεταβολαί*] Hinc proverbium apud Germanos: *Gans übers Meer und Gans wieder heim.* [O.]

11. *ἀσφαλίζεσθαι*] Malim vertere *se* vel *animum suum munire.* [O.]

13. *γραμμὴν καὶ σύγχροιαν*] *Zeichnung und Colorit.* [O.]

15. *τῶν θανάτων*] Sic edidi ex emendatione C. Gesneri pro *τῶν θανόντων.* [O.]

21. *τῷ πυθομένῳ* etc.] Vide supra Pittaci Sent. 10. [O.]

23. *τὸ χρηστότατον*] Addidi *καὶ φαυλότατον* ex Plutarcho, quod male omisit Lycius. [O.]

27. *Ἔλεγε καὶ φιλεῖν* etc.] Vide supra ad Biantis Apophthegmata ex Demetrio Phalereo. [O.]

τοὺς γὰρ πλείστους εἶναι κακούς] Juvenalis Sat. XIII. v. 26.

> *Rari quippe boni, numerus vix est totidem, quot*
> *Thebarum portae, vel divitis ostia Nili.* [*Menag.*]

30. *Τῷ υἱεῖ*] Vide supra ad Demetrii Phalerei collectionem. [O.]

ἐφόδιον] De artibus et disciplinis intelligere videtur Crenius, citans Catonis illud I. Distich. XXVIII.

> *Quum tibi sint nati, nec opes, tunc artibus illis*
> *Instrue, quo possint inopem defendere vitam.* [O.]

33. *Neque non saepe laudabo etc.*] Habet eandem historiam et Valerius Maximus Lib. VII. Cap. 2. qui hoc dictum Stilponi attribuit, ut et Seneca Epist. IX. hanc ejus explicationem subjiciens: *Omnia mea mecum sunt, Justitia, Virtus, Temperantia, Prudentia, hoc ipsum, Nil bonum putare, quod eripi possit.* [*Crenius.*]

34. *Βίας ἔν τινι συμποσίῳ*] Conf. supra Solonis Apophthegma 55. [O.]

VII. Periandri.

2. *Ὀργῆς κρατεῖν*] Hoc inprimis ad Periandrum refertur; quod ajunt illum tunc pronuntiasse, cum uxorem (Lysidem, sive, ut alii, Melissam. Vid. Laert. I, 94. O.) gravidam interfecisset. [*Lyc.*] Supra in Ald. et Sosiada habuimus *Θυμοῦ κράτει* eodem sensu. [O.]

3. *δεῖ γὰρ τὰ κερδαντὰ κερδαίνειν*] Suspectum hoc est: quid tamen legi debeat, non video. [*Lyc.*] Conjeceram *δεῖ*

γὰρ μὴ τὰ ἀκερδῆ κερδαίνειν. *Neque enim ea decet lucrari, quae non verum lucrum, sed damnum potius afferunt.* vel propius ad verba corrupta: δεῖ γὰρ τὰ μὴ κερδαίνοντα vel κερδανοῦντα κερδαίνειν, hoc sensu: *Lucrari oportet ea, quae te non lucrantur* vel *lucrabuntur*, i. e. non sibi obnoxium facient: ut lusus quidam verborum sit, qualis in illo Aristippi dicto de Laide, ἔχω, οὐκ ἔχομαι. vel tandem: δεῖ γὰρ τὰ κερδῷα κερδαίνειν, *oportet lucrari ea, quae vere sunt utilia, verum lucrum afferunt*, non imaginarium, ut divitiae. [O.]

6. Ὥσπερ ὁ ἰὸς σίδηρον etc.] Egregie exponit hoc Apophthegma Manuel Palaeologus in Praeceptis educationis regiae Cap. XXIII. pag. 46. ed. Basil. Ἰὸν μὲν σίδηρος τίκτει· μισεῖ δὲ καὶ δόλον καὶ τὰ τοιαῦτα ψυχὴ ζηλότυπός τε καὶ φθονερά. ὁμοῦ δὲ ταῦτα λυμαίνεται μὲν καὶ τοὺς ἐκτὸς ἔστιν ὅτε, καθόσον ἂν ἐκείνων καθάψαιτο· τοὺς δὲ τεκόντας αὐτοὺς οὐκ ἔσθ' ὅπως μὴ τῷ χρόνῳ παντελῶς ἀναλώσειεν, ἐντετηκότα διηνεκῶς, καὶ δρῶντα ἃ πέφυκε δρᾷν. ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν ἀκούσιον τὸ διαφθεῖρον αὐτόν· τουτὶ δ' οὐκ ἀγνοοῦσιν ἐπιφύεται, καὶ διὰ τοῦτο χεῖρον τὸ καθ' ἡμᾶς καὶ σχεδὸν συγγνώμης οὐκ ἄξιον. γίγνεται γὰρ παραπλήσιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐθέλων ὀντινοῦν ἐμπρῆσαι τῶν ἐχθρῶν, καταδέξαιτο ξύλον γενέσθαι, καὶ δοθῆναι τῷ πυρὶ, ὥστε τὸν μισούμενον κατακαῦσαι. [O.]

ἐξαναψήχει] Lycius scribendum censet per ι, ἐξαναψίχει, ut sit sensus *conficit*, ad parvas quasi ψίχας, reliquias, redigit. Sed fateor, me utrumque verbum frustra quaesivisse apud Grammaticos et Lexicographos. Ceterum praeferrem ἐξαναψήχειν. Hesych. ψήχει — καταμύσσει, τρίβει, ξύει, σμύχει. Conf., qui de hoc verbo et composito καταψήχειν multus est, Pierson. in Verosimil. Lib. I. Cap. XI. pag. 132 seq. [O.]

7. ἡ ἐρυσίβη] De ἐρυσίβῃ, maxima segetum peste, vide Plin. Lib. XVIII. Cap. XVII. et XXVIII. Alii sententiam hanc Basilio adscribunt. [*Lyc*]

8. Φθονεῖσθαι etc.] Pindarus I. Hymn. Pyth. Κρέσσων γὰρ οἰκτιρμῶν φθόνος. [*Lyc.*]

9. Ἐρωτηθεὶς, διὰ τί τυραννεύει etc.] Paullo aliter Stobaeus Serm. XLI. Περίανδρος ἐρωτηθεὶς, διατί οὐκ ἀποτίθεται τὴν ἀρχὴν, εἶπεν, ὅτι τῷ κατ' ἀνάγκην ἄρχοντι καὶ τὸ ἑκουσίως ἀποστῆναι κίνδυνον φέρει. Exstat in hanc sententiam Epistola ad Demotelem inter Phalarideas (No. 81. ed. Lennep. O.), quam vide. Est enim elegantissima. [*Menag.*]

10. τί μέγιστον etc.] Isocrates ad Demonic. §. 73. fin. μέγιστον γὰρ ἐν ἐλαχίστῳ νοῦς ἀγαθὸς ἐν ἀνθρώπου σώματι. [*Lyc.*]

Ad Apophthegmata VII Sapientum ex Plutarcho Περὶ τῆς πολιτείας.

προβάλλονται] Προβάλλεσθαι, *accusare, reum facere apud judices*. Verbum forense. Λέξεις Ῥητορικαὶ in Bekker. Anecdot. Graec. Tom. I. p. 288. Προβολὴ καὶ Προβάλλεσθαι: τὸ προάγειν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τὸν βουλόμενον καὶ ἀποφαίνειν ὡς ἠδίκησεν, εἴ τις δοκοίη ἀδικεῖν, καὶ τοὺς συκοφάντας καὶ τοὺς περὶ τὰ μυστήρια ἢ Διονύσια ἀδικοῦντας, καὶ τοῦτο καλεῖται προβολὴ καὶ προβάλλεσθαι. Conf. Harpocration. h. v. [O.]

In Anacharsidis Apophthegmata.

1. Πρὸς τὴν Σόλωνος etc.] Eadem narrat Plutarchus in Solone: Ἀνάχαρσιν μὲν εἰς Ἀθήνας φασὶν ἐπὶ τὴν Σόλωνος οἰκίαν ἐλθόντα κόπτειν, καὶ λέγειν, ὡς ξένος ὢν ἀφῖκται φιλίαν ποιησόμενος καὶ ξενίαν πρὸς αὐτόν· ἀποκρινομένου δὲ τοῦ Σόλωνος, οἴκοι βέλτιόν ἐστι ποιεῖσθαι φιλίας· οὐκοῦν, φάναι τὸν Ἀνάχαρσιν, αὐτὸς ὢν οἴκοι σὺ ποίησαι φιλίαν καὶ ξενίαν πρὸς ἡμᾶς. οὕτω δὴ θαυμάσαντα τὴν ἀγχίνοιαν τοῦ ἀνδρὸς τὸν Σόλωνα δέξασθαι φιλοφρόνως etc. [*Aldobrand.*] Conf. Aelian. Var. Hist. Lib. V. Cap. VII. et Tzetz. Chil. IV, 19. [O.]

νῦν αὐτὸς etc.] *Ego nunc domi sum* dicere voluit Anacharsis, cui scil. patria sit non Scythia, sed totus terrarum orbis. Aliter cepit haec verba Plutarchus ad Solonem referens. [O.]

εἰσέφρησεν] admisit, ab εἰσφρεῖν, i. q. εἰσφέρειν, *intus admittere*. Alii εἰσέφρισεν nullo sensu. [*Menag.*] Suidas: Εἰσέφρησα — εἰσέδυσα ἑαυτόν. καὶ Εἰσέφρησας, εἰσήγαγες. καὶ Εἰσφρήσας, εἰσελθών. Conf. Wagner. ad Alciphron. Lib. III. Epist. LIII. pag. 171. et Arnaldi Misc. Obss. Tom. V. p. 292. [O.]

3. Ἐρωτηθεὶς, τί ἐστιν etc.] Est Aesopi dictum. Bianti attribuitur a Plutarcho in Convivio. (vid. supra Biantis Fragm. 23.) At Pittacum id ipsum dixisse narrat idem Plutarchus libro de Garrulitate et Proclus ad Hesiod. Ἔργ. Lib. II. [*Menag.*]

4. Γλώσσης etc.] Clemens Alex. Strom. Lib. V. Ἀνάχαρσιν δὲ τὸν Σκύθην φησὶ (Φερεκύδης ὁ Σύριος) καὶ αὐτὸν κοιμώμενον κατέχειν, τῇ μὲν λαιᾷ τὰ αἰδοῖα, τῇ δεξιᾷ δὲ τὸ στόμα· αἰνιττόμενον, δεῖν μὲν ἀμφοῖν, μεῖζον δὲ εἶναι γλώσσης κρατεῖν ἢ ἡδονῆς. [*Menag.*] Idem Apophthegma habent Antonius et Maxim. Serm. περὶ σιωπῆς καὶ ἀποῤῥήτων his verbis: Ἀνάχαρσις ἑστιαθεὶς παρὰ Σόλωνι καὶ κοιμώμενος ὤφθη τὴν μὲν ἀριστερὰν χεῖρα τοῖς μορίοις,

τὴν δὲ δεξιὰν τῷ στόματι προσκειμένην ἔχων· ἐγκρατεστέρου γὰρ ᾤετο χαλινοῦ δεῖσθαι τὴν γλῶτταν. [O.]

5. *ὕδωρ οἴσεις*] Menagius intelligit de aqua intercute. Mihi magis placet Joach. Kuehnii explicatio: *aquam feres*, tanquam servus scil., pecunia per luxum et crapulam effusa in mendicitatem delapsus. [O.]

6. *Κιρναμένου* etc.] Vide simillimam vel potius eandem sententiam supra inter similitudines Pythagoreorum No. 107. quam et ipsam Anacharsidi attribuit Laertius I, 103. [O.]

7. *Ἐρωτηθεὶς* etc.] Hoc dictum a Plutarcho ita refertur in Convivio (p. 150.): *ἠρώτησεν (Ἄρδαλος), εἰ παρὰ Σκύθαις αὐλητρίδες εἰσίν· ὁ δ' ἐκ τοῦ παρατυχόντος, οὐδ' ἄμπελοι, εἶπεν.* Conf. Aristotel. Analyt. Poster. Lib. I. [*Is. Casaubon.*] Idem de India ab Anacharside dictum refert Strabo Lib. XV. pag. 694. [*Stanlej.*]

8. *Ἐρωτηθεὶς, πῶς οὐκ ἂν* etc.] Eandem sententiam supra habuimus in Pythagoreis No. 47. In Anthologia Patavina alia est lectionis varietas: *Ἐρωτηθεὶς, πῶς ἄν τις μὴ μεθύσκοιτο· εἰ ὁρῴη ἔφη, τοὺς μεθύοντας, οἷα ποιοῦσιν.* [O.] Auctor est Plutarchus in Lycurgo, morem Lacedaemoniis hunc fuisse, ut servi inebriarentur, uti scil. ebrietatis turpitudine ab ea juvenes ingenui deterrerentur. [*Menag.*]

9. *ἀρχόμενοι μὲν ἐν μικροῖς πίνουσι*] Notissimus Graecorum mos, cujus meminit praeter Alexandrum Aphrodis. Problem. Lib. I, 80. et Athenaeum etiam Philo *περὶ μέθης*. Hinc notum, quid sit apud Ciceronem *Graecorum more bibere*, et (Verr. I, 26.) *poscere majoribus poculis.* [*Is. Casaub.*]

11. *Τοὺς οὖν πλέοντας*] Is. Casaubonus mavult *πλείονας*, quo vocabulo Polybius et alii vita functos designabant. Sed vulgatam bene tuetur Menagius apposite citans scriptorem Axiochi §. 11. *Ἀλλὰ τὸν πλωτικὸν καταλεξώμεθα περαιούμενον διὰ τοσῶνδε κινδύνων, καὶ μήτε, ὡς ἀπεφήνατο Βίας, ἐν τοῖς τεθνηκόσιν ὄντα, μήτε ἐν τοῖς βιοῦσιν.* [O.]

12. *τέτταρας δακτύλους*] Juvenalis Sat. XII. v. 57.

I nunc et ventis animam committe, dolato
Confisus ligno, digitis a morte remotus
Quatuor, aut septem, si sit latissima taeda. [*Menag.*]

τοσοῦτον τοῦ θανάτου] Publius Syrus Mim.

A morte semper homines tantundem absumus.

ubi vid. Jos. Scaliger. [*Idem.*]

13. *Ὀνειδιζόμενος* etc.] Idem tradit Galenus in Protrept. Cap. III. [*Menag.*]

14. *ἐν ταῖς καπηλείαις*] Interpres Latinus Laertii ver-

tens *in cauponum tabernis* legisse videtur ἐν τοῖς καπηλείοις. At καπηλεία est artis cauponariae exercitio, non taberna. [*Is. Casaub.*]

16. Τὸ ἔλαιον etc.] Hoc Anacharsidis dictum elegantissime exponit Dio Chrysostomus Orat. XXXII. Σκοπεῖτε δὲ, μὴ περὶ ὑμῶν ἀληθέστερον οὗτοι λέγουσι, ἢ περὶ τῶν Ἑλλήνων Ἀνάχαρσιν τὸν Σκύθην φασὶν εἰπεῖν. ἐδόκει μὲν γὰρ εἶναι τῶν σοφῶν· ἧκε δὲ εἰς τὴν Ἑλλάδα θεασόμενος, οἶμαι, τά τε ἤθη καὶ τοὺς ἀνθρώπους. Ἔλεγεν οὖν, ὡς ἐστιν ἐν ἑκάστῃ πόλει τῶν Ἑλλήνων ἀποδεδειγμένον χωρίον, ἐν ᾧ μαίνονται καθ' ἡμέραν· (τὸ γυμνάσιον λέγων) ἐπειδὴ γὰρ ἐλθόντες ἀποδύσονται, χρίονται φαρμάκῳ. τοῦτο δὲ ἔφη κινεῖν αὐτοῖς τὴν μανίαν. Εὐθὺς γὰρ, οἱ μὲν τρέχουσιν, οἱ δὲ καταβάλλουσιν ἀλλήλους, οἱ δὲ τὼ χεῖρε ἀνατείναντες, μάχονται πρὸς οὐδένα ἄνθρωπον, οἱ δὲ παίονται. Ταῦτα δὲ ποιήσαντες, ἀποξυσάμενοι τὸ φάρμακον, αὐτίκα σωφρονοῦσι, καὶ φιλικῶς αὐτοῖς ἤδη ἔχοντες, βαδίζουσι κάτω ὁρῶντες, αἰσχυνόμενοι τοῖς πεπραγμένοις. [*Menag.*]

17. ὅτι τὸν μὲν καπνὸν etc.] Σκῶμμα est in luxum Graecorum, qui lignis utebantur coctis, ἄκαπνα ut essent, ut bene interpretatur Casaubonus, adsentientibus Menagio et Stanlejo. Nec audiendus Meibomius legendum conjiciens καρπὸν et de glandibus interpretans. [O.]

20. εἰ μὴ μόνος εἴη φρόνιμος]. Sic apud Stobaeum Serm. XLVI. rectius, ut puto: *si solus non sapiat*, i. e. si alios etiam in rem communem consulentes audiat. Apud Plutarchum in Conviv. VII Sap. p. 152. est εἰ μόνος εἴη φρόνιμος, *si solus sapiens sit*. [O.]

21. τεχνῖται] Suspicor hanc vocem h. l. de musicis accipiendam. Ita Nero moriens *Qualis artifex pereo* pronuntiavit, quod Dio Cassius vertit: Ὦ Ζεῦ, οἷος τεχνίτης παραπόλλυμαι. Qui sint Graecis Διονύσου τεχνῖται, vel pueris notum. Tamen Plutarchus in Solone: ἔφη δὲ κἀκεῖνο θαυμάζειν ὁ Ἀνάχαρσις, ἐκκλησίᾳ παραγενόμενος, ὅτι λέγουσι μὲν οἱ σοφοὶ παρ' Ἕλλησι, κρίνουσι δὲ οἱ ἀμαθεῖς. [*Menag.*]

22. Παίζειν δὲ] Legendum videtur Παίζειν δεῖ, nisi aliquid praecesserit. [O.]

24. ὀστέων καὶ ξύλων] Intelligit tibias e ligno (buxo) vel ossibus confectas, quibus Graeci utebantur in sacris. [O.]

30. καὶ νομίζων] Procul dubio legendum καὶ νομιζόμενος. [O.]

πολλοῦ ὢν ἐν τῷ Ἑλληνίζειν] Nam, inquit Herodotus

IV, 76. *Ξεινικοῖσι νομαίοισι καὶ οὗτοι (οἱ Σκύθαι) αἰνῶς χρῆσθαι φεύγουσι, μή τί γε ὧν ἀλλήλων, Ἑλληνικοῖσι δὲ καὶ ἥκιστα.* [O.]

τοξευθεὶς etc.] Sagittis Anacharsim a fratre confixum ex Herodoto l. l. dicit Laertius: *in venatione* autem non ex Herodoto, qui tradit in nemore externis sacrificiis (matris deûm) operam dantem et Saulio Scytharum regi fratri a quodam Scytha indicatum. [O.]

Διὰ μὲν τὸν λόγον ἐκ τῆς Ἑλλάδος σωθῆναι] Secutus in his sum cum versionem tum explicationem Ign. Rossii in Commentatt. Laertianis pag. 25. seq. *ἐκ τῆς Ἑλλάδος* conjungendum cum *λόγον: ob Graecum sermonem*, seu *quem cum Graecis et a Graecis habuisset*, vel potius *ob literas* (philosophiam praecipue), *quam a Graecis accepisset, σωθῆναι, se liberatum, salvum factum fuisse* (sensu scil. morali, a vitiis et affectibus). „Et omnino, scribit Rossi, singularis quaedam vis et acumen in „hoc verbo inest, quod Anacharsis ad animum refert, quum „*ἀπολέσθαι*, quod illi opponitur, de corpore dicatur. Est idem, „ut arbitror, quod heic ait *διὰ λόγον ἐξ Ἑλλάδος σωθῆναι*, ac quod „ad Croesum scribit: *ἀλλ' ἀπόχρη με ἐπανήκειν εἰς Σκύθας „ἄνδρα ἀμείνονα.* et quod de eodem Lactantius Instit. Lib. III. „Cap. XXV. *qui philosophiam ne somniasset quidem, nisi et lin„guam et literas Graecas ante didicisset.* Nec sane, quando in „Graeciam eruditionis ac doctrinae caussa profectus est Ana„charsis, in aliquod periculum incidisse, a quoquam traditum „est.“ [O.]

In Mysonis Apophthegmata.

Μύσωνος] Diog. Laert. I, 106. *Μύσων Στρύμωνος τὸ γένος Χηνεύς, ἀπὸ κώμης τινὸς Οἰταϊκῆς ἢ Λακωνικῆς, σὺν τοῖς ἑπτὰ καταριθμεῖται.* [O.]

1. *Μὴ ἐκ τῶν λόγων* etc.] Similiter Theophrastus apud Stobaeum Serm. XXXVII. *ὀλίγων οἱ ἀγαθοὶ νόμων δέονται· οὐ γὰρ τὰ πράγματα πρὸς τοὺς νόμους, ἀλλ' οἱ νόμοι πρὸς τὰ πράγματα τίθενται.* et Simplicius in Epicteti Enchiridion: *Χρὴ τὰ ἔργα τὰ ὑπὸ τῶν λόγων παραδοθέντα ἐργάζεσθαι· τέλος γὰρ τῶν λόγων τὰ ἔργα, ὧν ἕνεκα καὶ οἱ λόγοι ἐῤῥήθησαν.* [*Menag.*]

2. *ἐχέτλην*] *stivam.* Ita scil. appellabant postremam partem aratri, quam manu tenebat arator. Vid. Graev. Lectt. Hesiod. Cap. X. ad Ἔργ. 430. p. 559. ed. Loesner. Vossius ad Virgil. Georg. I, 174. *Die buchene Sterze (stiva), einen Stiel, der von hinten durch den Krümmel in den Scharbaum ging, und ein Quer-*

holz zum Handgriff hatte, (manibula) führte der Pflüger zur Lenkung des Pflugwagens, durch welchen die Pflugschar flach und tief gestellt werden konnte. [O.]

3. ἐπ' ἐρημίας] h. e. *solus cum esset, nemine comitante.* Nil amplius. Nam clare additur *in urbe Lacedaemone.* Quam phrasin non intelligentes Laertii interpretes male reddiderunt: *cum in loca deserta se subduxisset.* [*Olear. ap. Stanlej. p.* 91.]

Διὰ αὐτὸ τοῦτο] *Ob hoc ipsum rideo*, i. e. laetus sum. Erat scil. μισάνθρωπος, ut ex Aristoxeno tradit Laertius. [O.]

Adami Schier et Editoris Annotationes in Vitam Secundi.

Opusculum hoc, quamvis sit inepti hominis et plane barbari, noluimus tamen excludere ab hac collectione, ne quid, quod in Schierii editione continetur, in nostra desideraretur.

ἦν δὲ ἀκούων περὶ τῆς παραβολῆς ταύτης] Contextus videtur hunc sensum flagitare: *Audiebat, dum hic* (apud magistrum scil.) *commoraretur.* Annon legendum παραμονῆς? [O.]

βάκλον] *baculum* (σκίπωνα). Latina vox. [O.]

πῆραν περιφέρων] Alterutrum περιφέρων delendum censeo. [*Schier.*]

λαμβάνει οὗτος μέτατον ἐν τῇ ἰδίᾳ οἰκίᾳ] Aut corrupta haec verba et legendum μεσώτατον, *mediam, intimam aedium partem, den mittelsten Theil seines Hauses*, aut ineptus homo exprimere voluit latinam locutionem *metationem* vel *metatum* (quam formam licet frustra quaesiverim, in seculo tamen illo, quo scriptum fuerat hoc opusculum, in usu fuisse nullus dubito), i. e. *mansionem cepit*, quasi *castra metatus est in sua domo.* [O.]

ἔπεμψεν αὐτὰς πρὸς δεῖπνον] Legendum videtur ἔπεμψεν αὐτοὺς, scil. χρυσίνους, quae formatio fuisse videtur recentioris Graecitatis pro χρυσοῦς, intell. στατῆρας. [O.]

Τοῖς ὀφθαλμοῖς περιλάμπων] *oculis collustrans.* Inepta locutio. [O.]

ἐκοιμήθη ἕως πρωῒ] Videtur vox excidisse, qua significabatur, Secundum aversatum fuisse concubitum cum matre. Forte νήφων ἐκοιμήθη etc. *sobrius et sibi attentus abstinens a re venerea*, aut ἁγνῶς ἐκοιμήθη. Auctor Latinus Vitae Secundi ap. Barthium Adversar. Lib. XV. Cap. XVII. p. 816. *Ille illam caste in cubili ut matrem amplexatus est.* [O.]

τὸ σύνηθες τηρεῖ] Videtur legendum ἐτήρει. [*Schier.*]

παραστῆναι τοῖς λόγοις σου δυνάμενον] *παραστῆναι* videtur h. l. esse *suffragari* vel *victum cedere sermonibus tuis*. [O.]

Τύρπωνί τινι] *Τύρπων* videtur esse vox ex Latino facta *Turpio*. Ita scil. ea aetate appellati fuerunt *βωμολόχοι* aut *γελωτοποιοὶ*, qui sive in scena sive in conviviis turpibus et obscaenis jocis cachinnos extorquebant auditoribus. Vide du Fresne Glossar. med. et infim. Latinit. qui citat Marium Mercatorem Lib. Subnotat. Cap. IV. §. 3. *Quis scenicus turpio, quis durio vel sannio professae licentiae turpitudinis publice ista proferret?* Germ. *Pickelhäring*. Fortassis a L. Ambivio Turpione, cujus meminit Cicero de Senect. Cap. XIV. cognomen hoc fluxit ad alios scenicos. Vide ibi Gerhard. p. 91. [O.]

καὶ ἄλλα θηρία ἔπειθεν] Videtur esse debere *ἔπειθες* vel *ἔπειθον*. [*Schier.*] Omnino legendum *ἔπειθον*. Et aliis (dicit Turpio ille) hujuscemodi bestiis persuasi humano ore loqui. [O.]

σπεκουλάτωρα] Vox Latina etiam in SS. Literis obvia. Marc. VI, 27. *καὶ εὐθέως ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτωρα ἐπέταξεν ἐνεχθῆναι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.* ubi Theophylactus: *σπεκουλάτωρ ὁ δήμιος λέγεται, στρατιώτης, ὃς πρὸς τὸ φονεύειν τέτακται.* et Glossae Graecobarb. ap. du Fresne: *Σπεκουλάτωρ — ὁ δήμιος ἀποκεφαλιστής.* Plura dat Schleusner. in Lex. N. Test. h. v. [O.]

χάρισαι ἑαυτῷ ζωὴν δι' αὐτοῦ λόγου] Scribendum *διὰ τοῦ λόγου*. [*Schier.*]

τοῦ βίου ἀπετάσσετο] Legendum videtur *τῷ βίῳ*. *Ἀποτάσσεσθαι τινὶ*, *valedicere*, *renuntiare*. Vox Hellenistica. Sic in Evangelio Luc. XIV, 33. *ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν.* Verbum docte illustrat Schleusner. V. Cl. in Lexico N. Test. [O.]

Τῆς δ' ἐμῆς φωνῆς etc.] Haec in Vita Secundi Latina ap. C. Barthium ita exprimuntur: *Nemo dominus meae vocis, personae autem vel araneus dominari potest.* [O.]

αὐτεβοήθητα] h. e. *ipsa sua natura tecta et munita*, scil. adversus aëris vel tempestatis vim pestiferam. [O.]

Τυγχάνεις δὲ σὺ etc.] Quae sequuntur, misere sunt corrupta et prorsus conclamata. Prima verba fortassis ista restituenda: *Τυγχάνεις δὲ σύ, ὦ Ἀδριανέ, φόβου πλήρης πλέων πνεύματι βαρυήχῳ καὶ λιαρῷ*, *navigans vento vehementi*. [O.]

Τὴν μὲν γὰρ οὐκ οἴδαμεν, πόθεν ἐστὶν] Videtur

aliquid excidisse. Lego τὴν μὲν παρῳχηκυῖαν ἡμέραν οὐκ οἴδαμεν, πόθεν ἐστίν. [O.]

πῶς πλούσιος μὲν.... τῶν Λυδίων βασιλεὺς Γύγης] Gygis divitiae in proverbium abierunt. Anacreon Carm. XV.

Οὔ μοι μέλει Γύγεω
Τοῦ Σαρδίων ἄνακτος etc. [O.]

ἐν τῇ ἱερατικῇ βιβλιοθήκῃ] Intelligenda videtur bibliotheca in templo Apollinis Palatini collocata ab Augusto, cujus meminit Dio Cassius Lib. LIII. Cap. I. pag. 696. ed. Reimar. [O.]

Annotationes in Secundi Sententias.

1. Ἀκατάληπτος περιοχή] Omnino legendum ἀκατάληκτος περίοδος, *perpetuus, incessabilis circuitus, ein ewiger Kreislauf;* quam lectionem adstruunt duae versiones antiquae apud Vincentium Bellovacensem et in Barthii Adversariis. Auctor tamen Altercationis Hadriani cum Epicteto legisse videtur ἀκατάληπτος περίοδος vertens *ineffabilis circuitus.* [O.]

ἀσύνοπτον ὕψωμα] Haec plane delenda. Nam infra Sent. 3. de deo suo loco posita haec verba hic in sedem migravere alienissimam. [O.]

πολυδιοίκητον πνεῦμα] Et haec ad Sententiam 3. de deo pertinent, nisi credamus, animam mundi pro mundo ipso posuisse auctorem ineptum. Ceterum vocabulo πολυδιοίκητος, quod auctor Altercat. Hadrian. vertit *multiplex*, augenda Lexica. [O.]

αἰώνιον διακράτημα] ex mente scil. Aristotelis, qui mundum aeternum statuit, ut et praecedens αὐτογέννητον θεώρημα. V. διακράτημα carent Lexica. [O.]

ἑπταπλανὲς κύκλωμα] Legendum ἀπλανές, quam lectionem adstruunt Vincent. Bellov. et Altercat. Hadrian. [O.]

2. πάσης φύσεως περίδρομος] φύσις h. l. de rebus creatis in gen. [O.]

3. ἰδιόπλαστον] Verte *ex se ipso formatum, creatum.* Ignotum vocabulum Lexicographis. [O.]

πολύμορφον εἴκασμα] *Multiformem imaginem* deum appellat Secundus, quia scil. singuli cum homines tum gentes et populi pro ingenii sui modulo diversissimas de illius natura, forma et attributis notiones sibi finxere. [O.]

πολυχάρακτον μόρφωμα] Respicit Secundus ad imagines multifarias deorum dearumque vel attributorum divinae naturae. [O.]

ἀκοίμητος ὀφθαλμός] Veteres quoque deo tribuerunt oculos, Incertus auctor in poetis Gnomicis pag. 217. (Hertel.) Ὀξὺς θεοῦ δ' ὀφθαλμὸς εἰς τὸ πάνθ' ὁρᾷν. [*Schier.*]

φῶς] Sic et in N. Test. I. Joh. I, 5. ὅτι ὁ θεὸς φῶς ἐστι, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία. Sic etiam Zoroastrem, Gnosticos, Cabbalistas multosque Ecclesiae Patres adhibuisse hoc vocabulum ad describendam naturam dei purissimam et perfectissimam, docuit Krause in Comment. de usu vocabulorum φῶς et σκότια in N. Test. Conf. doctiss. Creuzer. ad Plotin. de Pulchro p. 374 et seqq. [O.]

4. ἀρχὴ καθημερινή] Ineptissima et puerilis plane definitio, quasi dicamus; *Der Tag ist der Anfang eines jeden Tages.* [O.]

δειλινὴ ἀπόστασις] Quid hoc sibi velit, fateor me non intelligere, nisi forsitan dilationem lucis usque ad vesperam aut ineuntem noctem diem dicere voluit scriptor ineptissimus. [O.]

φυσικὸν εἰσόπτρισμα] *quod oculis nostris subjicit et quasi in speculo ostendit res creatas.* Εἰσόπτρισμα vox ignota Lexicographis. [O.]

ἀερίζουσα μέριμνα] *Cura* vel *sollicitudo aëria*, h. e. *frustranea*, *cassa*, *mataia*. [O.]

5. Κοσμικὸς ἔλεγχος] i. q. ἔλεγχος τοῦ κόσμου, *index mundi*, *qui mundum nobis ostendit*, *facit*, *ut videamus*. Nil amplius. [O.]

καρπῶν περιβόλαιον] *frugum fomentum*, *quod calore leni et temperato pallii ad instar fruges fovet et a frigore tutatur*. Interpretes antiqui, quos dedi, omittunt haec verba. [O.]

κεχορηγημένη λαμπάς] Non male Holstenius: *fax semper suppetens*. Est propr. *lampas*, *lucerna adornata*, *parata*, *cui nunquam oleum deficit*. Imago petita a χορηγοῖς, quorum munus erat suis sumtibus curare, providere, ut omnia suppeterent, quae requirebantur ad spectacula. Etiam haec verba omittuntur ab interpretibus antiquis. [O.]

6. Οὐρανοῦ πορφύρα] Quid hoc sibi velit, nescire me fateor, nisi imperitus scriptor lunam dicere voluerit *vestem purpuream*, quasi latum clavum coeli, sensu ineptissimo. [O.]

7. τύχης παίγνιον] Conferenda cum hac sententia similis quaestio a Stobaeo servata Serm. XCVI. περὶ τοῦ βίου ὅτι βραχὺς pag. 535, ed. Turic. tert. Aristotelis nomen praefixum habens. Τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; ἀσθενείας ὑπόδειγμα, καιροῦ λάφυρον, τύχης παίγνιον, μεταπτώσεως εἰκών, φθόνου καὶ συμφορᾶς πλάστιγξ, τὰ δὲ λοιπὸν φλέγμα καὶ χολή. [O.]

φρόντισμα χρόνου] Magis placet Codicis Gudiani le-

ctio *φάντασμα χρόνου*, *visum*, *spectaculum temporale*, i. e. quod non diu durat, mox evanescit. Et sic etiam Vinc. Bellov. et Alterc. Hadrian. *phantasma temporis.* [O.]

φωτὸς ἀποστάτης] i. q. *φυγὰς βίου* in var. lect. Cod. Gud. quasi *σκιᾶς ὄναρ*, ut inquit Pindarus. Nisi interpretari velimus morali sensu: *qui suam salutem aut felicitatem ipsè fugit, deserere solet veram rectamque ad felicitatem viam.* [O.].

8. *συνεστιώμενον θηρίον*] Ita legendum, non *συνεσθιόμενον*, quod in forma passiva vel media activo sensu non usurpatur. [O.]

ἱματισμένη ἔχιδνα] *αἱματισμένη*, quod habet Codex Gud., melius quidem convenit v. *ἔχιδνα*. Praefero tamen vulgatum tanquam jocum tali auctore dignum. [O.]

ἀναγκαῖον κακόν] Observamus, mulierem *ἀναγκαῖον κακόν* etiam appellasse Menandrum Fragm. pag. 204 seq. pag. 230. ed. Jo. Clerici, ubi ita se habent:

Τὸ γαμεῖν, ἐάν τις τὴν ἀλήθειαν σκοπῇ,
Κακὸν μέν ἐστιν, ἀλλ' ἀναγκαῖον κακόν.

Item Philemon incertarum Fabularum Fragm. XXX. p. 350. ed. Clerici:

Ἀθάνατόν ἐστι κακὸν ἀναγκαῖον γυνή. [*Schier.*]

κεκοσμημένη Σκύλλα] Respicit ad versus Homericos Odyss. XII, 87. etc.

— αὐτὴ δ' αὖτε πέλωρ κακόν· οὐδέ κέ τίς μιν
Γηθήσειεν ἰδών, οὐδ' εἰ θεὸς ἀντιάσειεν etc.

et ibid. 223.

Σκύλλην δ' οὐκέτ' ἐμυθεόμην, ἄπρηκτον ἀνίην. [O.]

9. *ἀνέκφραστος*] Legendum omnino *ἀνεύφραντος*, ut habet MS. Gud. et confirmant Vincent. Bellov. et Alterc. Hadr. vertentes *injucunda delectatio.* [O.].

ὑψηλὸν πῶμα] Fateor me haec non intelligere. Annon *πῶμα*, *operculum*, dicit divitias, quia sunt lubricum aliquid et inconstans quodque facile decidit tanquam operculum in vasculo? An vero, ut intellexisse videtur Holstenius vertens *summus rerum apex*, quia illis tanquam bonorum summo, quodque felicitatem suam compleat, plerique inhiant? Sed sensus exiret multo venustior dignusque scriptore meliori, si una litera addita legeremus *ὑψηλὸν πτῶμα*, *casus de sublimi*, quia scil. gravius impingunt inque extremam calamitatem delabuntur divites et opulenti, bonis suis evoluti, adversam quippe fortunam ferre nescii. Vincent. Bellov. vertens *os excelsum* legisse videtur *ὑψηλὸν στόμα*, — Vulgata lectio si sana est, *ὑψηλὸν πῶμα* videtur significare

operculum eminens, splendescens adeoque e longinquo conspiciendum, quod tegit et obvolvit mala, quae intus latent, curasque, quae versant in pectore fixae. [O.]

ἀργυρικὸν σύνθημα] i. e. *signum pretii rerum argenteum hominum populorumque conventione constitutum, ein durch Verträge* (*Convention*) *bestimmtes silbernes Zeichen des Werthes der Dinge.* Eodem sensu Aristoteles Rhetor. Lib. II. Cap. XIII. *ὁ δὲ πλοῦτος οἷον τιμή ἐστι τῆς ἀξίας τῶν ἄλλων· διὸ φαίνεται πάντα ὤνια εἶναι αὐτοῦ.* [O.]

10. *ἐπινοιῶν διδάσκαλος, σοφίας ἀνεύρησις*] Theocritus Id. XXI. init.

Ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει,
Αὐτὰ τῶ μόχθοιο διδάσκαλος. [O.]

ἀζημίωτος ἐμπορία] Nam
Cantabit vacuus coram latrone viator. [O.]

11. *Ζητούμενον ὄνομα*] Bene Altercat. Hadrian. *Desiderabile nomen,* i. e. nomen tantum, vocabulum, non res. [O.]

ἀνυπόστατον κειμήλιον] Auctor Altercat. Hadr. vertens *non invenienda possessio* legit *ἀνυπόκτατον*, ut habet Cod. Gud. a verbo *ὑποκτάομαι*, quod videtur dubiae esse auctoritatis, neque reperitur in Lexicis. Vulgatum *ἀνυπόστατον*, *nusquam existens*, non sollicitandum. [O.]

12. *πολυχρόνιον γέλασμα*] *γέλασμα* passive, *res risui exposita.* Idem sonat proverbium apud Germanos: *Neunzig Jahr der Kinder Spott.* [O.]

13. *ἰατρῶν κατόρθωμα*] Male Holstenius *desideratus medicorum effectus*, cum sit *correctio, emendatio eorum, quae deliquerunt medici.* [O.]

ἀγρυπνούντων σοφία] Videtur his verbis idem significare voluisse, quod Cicero ait de Divin. Lib. I. Cap. XXX. *Cum ergo est somno sevocatus animus a societate et a contagione corporis, tum meminit praeteritorum, praesentia cernit, futura praevidet.* [O.]

πάσης πνοῆς ἡσυχία] Quamvis sic legerit auctor Altercat. Hadr., tamen spondere ausim, haec esse corrupta. Quotusquisque enim vel imperitissimus scriptor potuisset somnum dicere *omnis spiritus vel aspirationis cessationem?* Annon legendum vel *παντὸς πόνου ἡσυχία*, vel, quod magis placet, mutatione lenissima, *πάσης ποινῆς ἡσυχία*, h. e. *omnium furiarum* (h. e. dolorum vel tormentorum, quae animos exagitant,) *cessationem?* [O.]

καθημερινὴ μελέτη] Eleganter in eandem sententiam Seneca Tragicus in Octav. v. 740.

Quaecunque mentis agitat infestus vigor,
Ea per quietam sacer et arcanus refert
Veloxque sensus. [O.]

14. *ἰδιόπλαστον ἀγαθόν*] Eadem verba supra habuimus in Sent. 3. de deo, ubi autem posita videbantur loco alieno, nec agnoscit illic Codex Gudianus: hic autem sedem suam jure vindicant. [O.]

15. *ἀεροφυὲς ῥίζωμα*] Ovidius Met. I, 12.

Nec circumfuso pendebat in aëre tellus
Ponderibus librata suis. [O.]

σελήνης παννύχισμα] h. e. *locus, supra quem luna quasi pervigilat, quem luce sua collustrat.* Nil aliud voluit dicere scriptor ineptus. [O.]

αἰώνιον φύλαγμα] *carcer, qui in perpetuum coercet vivos aeque ac mortuos.* [O.]

16. *ὄμβρων διαιτητής*] h. e. *qui signa tempestatum pluviarumque dignoscit, venturas tempestates praenuntiat.* Nil amplius. [O.]

ὕλης ἀνταγωνιστής] quia scil. sylvas excidit. [O.]

ὀρνέων παιδαγωγός] Videtur respicere ineptus scriptor ad quaedam avium genera, v. c. corvos, graculos, sturnos, qui capti et cicures facti humanas quasdam voces expromere docentur a rusticis. [O.]

17. *ἀνέμων ὁδοιπορία*] Revocanda Codicis Gudiani lectio *ἀνέμων παίγνιον.* Nam v. *ὁδοιπορία* mari potius convenit, quam navi. [O.]

18. *θαλάσσης βερηδάριος*] *Βερηδάριος* sive *βερηδάρης* vox Graecobarbara ex Latino facta. *Veredarii* scil. dicebantur, qui veredis publicis utebantur, et responsa ac mandata principum deferebant, *εἰς τὰς βασιλικὰς ἀποκρίσεις ἀεὶ στελλόμενοι, οὓς δὴ βερηδαρίους καλοῦσι.* Papias: *Veredarius a vehendo dicitur, qui festinanter equitando currit, habetque pennas in capite, ut intelligatur festinatio itineris. Courier, Postreuter.* Vid. du Fresne Glossar. med. et infim. Latinit. h. v. et Meurs. Glossar. Graecobarb. v. *Βερηδάριος.* [O.]

19. *ἀπόκτησις βίου*] *vitae perditio*, vel, ut Holstenius vertit, *abdicatio.* Derivandum itaque ab *ἀποκτάομαι* (quod verbum supra habuimus in Democriti Fragmento No. 161.), non autem ab *ἀποκτείνω, ἀπόκτημι.* [O.]

προθεσμία] scil. *ἡμέρα, terminus fatalis*, sensu scil. juridico, h. e. dies, quo vitae creditum reddendum vel debitum solvendum est. Verterem *der Zahlungstag des Lebens.* Sic Basi-

lius Magn. Homil. εἰς μαρτ. Μάμαντα citat. a Bernold. ad L. Bos. Ellips. Graec p. 180. ed. Schaefer. ὅροις προθεσμίας τοῦ βίου μακροτέρας ἐποίησεν, *quibus produxit vitae terminum.* Conf., qui vim v. optime exposuit, Dorville ad Chariton, Lib. III, Cap. II. pag. 548. ed. Beck. [O.]

Annotationes in Sexti Pythagorei Sententias Graecas.

1. *Οὔτε ἐν ἰχθύσι φωνὴν* etc.] Hanc sententiam citat etiam Joannes Damascenus in Sacris Parallelis attribuens Sixto Romano. Vide ibi Lequien. Tom. II. pag. 362. [O.]

4. *Σοφὸς ἀνὴρ* etc.] Initium hujus Sententiae habuimus supra apud Demophilum Sent. No. 6., ubi vide Not. Citat etiam Joannes Damascenus in Parallelis Sacris Tit. XIV. περὶ τῶν ἑαυτῶν γλῶσσαν φυλαττόντων. [O.]

8. *Ἐμψύχων χρῆσις* etc.] Vide Sext. Rufin. Sent. 101. et quae ibi adnotavimus. [O.]

14. Citat hoc Sexti Fragmentum Porphyrius in Quaest. Homer. 28. tanquam exemplum locutionis ἀΐδηλον ποιεῖν pro κτείνειν, ἀφανίζειν. An vero Sexti Pythagorei an alius sit, definire non ausim. [O.]

Varietas Lectionis in Sexti sive Xysti Enchiridion a Rufino latine redditum, additis Urbani Godofredi Siberi notis selectioribus et animadversionibus Editoris.

P r a e f a t.

Rufinus Aproniano suo] Paucis observo, hunc Apronianum eum esse, quem S. Melania sive Melanium Christo conciliavit. Vide Pallad. Hist. Lausiac. Cap. CXVIII. p. 1054. (in Bibliothec. Patr.) cui et Origenes IX Homil. in Psalmos dedicavit. Uxor ejus Avita, singularis pudicitiae foemina. Pallad. Cap. CXXXIII. quam sororem Aproniani vocat, quia non conjugii deliciis amplius, sed sanctitatis exercitio sub fraternitatis titulo vacabant. Videatur Anton. Muratorius in Anecdot. Lat. Tom. I. pag. 141, 142. Tillemont Mem. Tom. X. H. Noris Hist. Pelag. Lib. I, in Cenotaphiis Pisan. Diss. IV. C. 2. [*Siber.*]

pretiosi obtines annuli locum] Conjicio ex his verbis, titulum opusculi a Rufino versi fuisse: *Enchiridion, sive annulus aureus.* Ceterum Sententiarum istarum partem aliquam e

Sexto Pythagoreo conversam fuisse docet nos cum Demophili Collectio, tum inprimis nuper reperta Porphyrii ad Marcellam Epistola, in quibus Graeca Sexti verba servantur. Reliqua pars eaque multo major pure Christiana est, vel a collectore (sive is fuerit Sixtus II. Athenis oriundus, deinde Romanus Pontifex et martyr anno Christi 257. sive alius quis), vel ab ipso Rufino partim ex S. Literis, partim ex Scriptoribus Ecclesiasticis excerpta. Plura vide supra in Praefatione et Notitia Literaria. Ceterum in numero Sententiarum magna est in editionibus diversitas. Galeus et Fuchtius, quos nos fuimus secuti, exhibent tantum 429; nos duas sententias in unam conjungentes 427; Erasmus autem et Siberus 465, partim Sententias quasdam, quae in unam contractae leguntur apud Galeum, in duas, tres vel plures adeo dirimentes, partim novas nonnullas addentes, quae non leguntur apud Galeum, quasque nos in Annotationibus hisce exhibebimus. [O.]

---

1. *Fidelis homo electus homo est*] Hanc et sequentem Sententiam Christianas esse, non Pythagoricas, docet nos, ut bene Siberus observat, vocabulum *electus*, *ἐκλεκτός*, quod hoc sensu apud profanos scriptores frustra quaesiveris. Conf. Schroeckhii *Christliche Kirchengeschichte* Tom. IV. p. 227. [O.]

2. *homo dei est*] Locutio Paulina I. Tim. VI, 11. *Σὺ δὲ, ω ἄνθρωπε θεοῦ, φεῦγε ταῦτα.* Conf. II. Tim. III, 17. In veteri Testamento *homines dei* appellantur Prophetae, velut deo familiares; in novo autem, ut in locis illis Paulinis, episcopi. Clemens Alexandrinus Strom. II. §. 235. promiscue omnes Christianos hoc elogio decoravit, inprimis martyres: *εἰ δὲ ὁ ἀναιρῶν ἄνθρωπον θεοῦ εἰς θεὸν ἁμαρτάνει, καὶ τοῦ ἀποκτιννύντος αὐτὸν ἔνοχος καθίσταται ὁ ἑαυτὸν* (l. *αὐτόν.* O.) *προσάγων τῷ δικαστηρίῳ.* Pios sic appellat Philo Judaeus pluribus locis. Similiter tamen locuti nonnunquam et profani scriptores, v. c. Antoninus Imperator, dum ait: *ἔσῃ ἄνθρωπος ἄξιος τοῦ γεννήσαντος κόσμου.* [*Siber.*]

3. *qui deo dignus est*] *ἀξιόθεος*, qua voce frequenter usi Scriptores Ecclesiastici, v. c. Ignatius in Epist. ad Roman. Cap. I. init. *Ἐπεὶ εὐξάμενος θεῷ ἐπέτυχον ἰδεῖν ὑμῶν τὰ ἀξιόθεα πρόσωπα.* ubi vide Smith. pag. 316. ed. Frey. [*Sib. et O.*]

4. *Deo dignus est* etc.] Graeca verba servavit S. Maximus in Eclog. Tom. II. Cap. I. *περὶ βίου ἀρετῆς καὶ κακίας* (Democrito attribuens hanc sententiam. O.): *Θεοῦ ἄξιόν σε ποιήσει τὸ μηδὲν ἀνάξιον αὐτοῦ πράττειν.* [*Siber.*]

At quid nos impedit Sexto Pythagoreo adscribere hanc sententiam? cujus verba servavit nobis Porphyrius ad Marcellam Cap. XV. circa fin. *Ἄξιαν σε ποιήσει θεοῦ τὸ μηδὲν ἀνάξιον θεοῦ μήτε λέγειν, μήτε πράττειν, μήτε πάντη εἰδέναι ἀξιοῦν.* Post hanc Sententiam aliam addunt Erasmus et Siberus, vel potius eandem sententiam aliis verbis expressam: *Deo studens fidelis esse nihil, quod deo indignum est, agas.* [O.]

6. *mortuus est in vivo corpore*] Ita et S. Paulus locutus I. Timoth. V, 6. *ἡ σπαταλῶσα ζῶσα τέθνηκε.* Ceterum non nego, Pythagoreos apostatis cenotaphia erexisse, ut desultores illos mortuos veluti designarent. (Vide Clement. Alexandr. Strom. Lib. V. pag. 574. ed. Colon. O.) Et Lysis Pythagoreus scribit in Epistola ad Hipparch. fin. *Εἰ μὲν ὦν μεταβάλοιο, χαρησσοῦμαι· εἰ δὲ μή, τέθνακάς μοι.* [*Siber.*] Vide ibi Annot. nostr. Epist. Socrat. pag. 307. [O.]

7. *Vere fidelis est, qui non peccat*] Eadem ratione S. Joannes locutus est I. Jo. III, 6. *Πᾶς ὁ ἐν αὐτῷ μένων οὐχ ἁμαρτάνει.* Conf. Cap. V. v. 18. [*Siber.*]

atque etiam in minimis caute agit] Idem praecipit divinus Salvator Luc. XVI, 10. *Ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστι, καὶ ὁ ἐν ἐλαχίστῳ ἄδικος καὶ ἐν πολλῷ ἄδικός ἐστι.* [*Idem.*]

8. *in humana vita*] Sic Gale, Paris. Lugd. et Fuchte. Erasmus autem et Siber. *in vita hominum.* [O.]

9. *Omne peccatum impietatem puta*] Nam *ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία,* ut ait S. Joannes. [*Siber.*] Ceterum haec verba tanquam singularis sententia male dirimuntur a sequentibus: *Non enim manus* etc. apud Erasmum et Siberum. Bene conjungunt Paris. Lugd. Gale et Fuchte. [O.]

10. *Omne membrum corporis* etc.] Haec sunt, paucissimis mutatis, ipsa divini Salvatoris verba Matth. V. v. 29. 30. Conf. XVIII, 8. Marc. IX, 43—47. Similia tamen habet Porphyrius ad Marcellam Cap. XXXIV. init. [O.]

quod invitat te] Sic Lugd. Gale et Fuchte. *quod suadet te* Erasm. et Siber. [O.]

11. *Immortales* etc.] Ita Paris. Lugd. Gale et Fuchte. Erasmus autem et Siberus ita: *Immortales crede tibi permanere in judicio et honores et poenas.* [O.] In eandem sententiam S. Maximus T. II. Serm. LXVIII. p. 685. *Δύο ἀφορμαὶ κινοῦσιν ἄνθρωπον εἰς θεοῦ ἐπιμέλειαν· τιμωρία δυσσεβείας καὶ γνώμης εὐσεβοῦς ἀμοιβαί.* [*Siber.*]

12. *Si, quaecunque in hoc mundo habes* etc.] Ita Paris. Lugd. Gale et Fuchte. Aliter Erasmus et Siber. *Quidquid seculi habes, etiamsi auferat tibi quis, non indigneris.* *Seculum* pro mundo vel rebus, quae infra lunam sunt, familiaris locutio scriptoribus Ecclesiasticis. [O.] Interpretem Sixti agat Servator Matth. V, 40. *καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον.* Conf. Luc. VI, 9. Quam praxin Christianorum laudat Paulus Hebr. X, 34. *Τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε, γινώσκοντες ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς καὶ μένουσαν.* [*Siber.*]

13. *Inculpatus esto*] Ita Paris. Lugd. Gale et Fuchte. Aliter Erasmus: *Te ipsum reprehensibilem non praebeas.* Sic et Siberus, apposite citans II. Petr. III, 14. *σπουδάσατε ἄσπιλοι καὶ ἀμώμητοι αὐτῷ εὑρεθῆναι ἐν εἰρήνῃ.* Conf. Ephes. I, 4. Phil. I, 10. 11. I. Thess. III, 13. [O.]

14. *Omnia auferenti* etc.] Graeca Sexti verba servavit Demophilus Sent. 42. [O.]

praeter libertatem] Fuchte: *praefer libertatem*, puto operarum vitio. [O.]

16. *Rebus mundanis*] Sic Paris. Lugd. Gale, Fuchte. Erasmus autem et Siber. *Rebus seculi.* [O.]

in causis tantum necessariis utere] Idem Paulus praecipit I. Cor. VII, 31. *Οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ, ὡς μὴ καταχρώμενοι· παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου.* Conf. I. Timoth. VI, 6—10. [*Siber.*]

17. *Quae mundi sunt, mundo* etc.] Ita Paris. Lugd. Gale, Fuchte. Erasmus autem et Siber. *Quae seculi sunt, seculo* etc. Vide supra Sent. 12. [O.] Christi verba audis Luc. XX, 25. *Ἀπόδοτε τοίνυν τὰ Καίσαρος Καίσαρι· καὶ τὰ τοῦ θεοῦ τῷ θεῷ.* Conf. Rom. XIII, 7. [*Siber.*]

18. *fidele depositum*] Sic Paris. Lugd. Gale, Fuchte. *depositum fidele* Erasm. et Siber. Ceterum *fidele* h. l. est fidei tuae creditum, *παρακαταθήκη*: quo sensu hoc vocabulum alibi legisse non memini. [O.]

19. *Cum loqueris de deo*] Sic ex Erasmo et Sibero correxi. Gale et Fuchte omittunt *de*. Male. [O.]

20. *Optimam purificationem putato nocere nemini*] Conferenda cum hac sententia Clementis Alexandrini verba Strom. VI. Sect. 274. p. 770. ed. Potter. *Ὁ δ' ἐν τῷ σώματι καθαρισμὸς τῆς ψυχῆς πρώτης πρῶτος οὗτός ἐστιν ἡ ἀποχὴ τῶν*

κακῶν· ἣν τινες τελείωσιν ἡγοῦνται, καὶ ἔστιν ἁπλῶς τοῦ κοινοῦ πιστοῦ ἡ τελείωσις αὕτη· τοῦ δὲ γνωστικοῦ μετὰ τὴν ἄλλοις νομιζομένην τελείωσιν ἡ δικαιοσύνη εἰς ἐνέργειαν εὐποιΐας προβαίνει. de qua altiore et perfectiore hominis Christiani purgatione loquitur alio loco p. 636. *Τέλειος δ', οἶμαι, καθαρισμὸς ἡ διὰ νόμου καὶ προφητῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον πίστις ἵλεως, καὶ ἡ δι' ὑπακοῆς τελεία ἁγνεία, σὺν καὶ τῇ ἀποθέσει τῶν κοσμικῶν εἰς τὴν ἐκ τῆς ἀπολύσεως τῆς ψυχῆς εὐχάριστον τοῦ σκήνους ἀπόδοσιν.* [*Siber.*] Equidem nullus dubito, quin hanc sententiam ex Pythagoreorum scriptis hauserit Rufinus, vel quisquis fuerit hujus Enchiridii collector: de quorum purgationibus, *καθαρμοῖς*, lege sis praeclarum locum apud Hieroclem Commentar. in Aur. Carm. pag. 211 seqq. ed. Needh. longiorem, quam ut hic exscribi possit. [O.]

21. *Dei verbo*] Ita Gale et Fuchte. Erasmus autem et Siberus *in verbo dei.* Et sic crediderim Rufinum scripsisse. Nam praepositiones *in*, *ex*, *de* saepissime *περιττῶς* ponuntur apud Scriptores Ecclesiasticos. Sic Arnobius Lib. I. Cap. XXXIX. *Venerabar, o caecitas, nuper simulacra modo ex fornacibus, in ex cudibus deos et ex malleis fabricatos.* ubi vide notam Heraldi nostrae editionis Tom. I. pag. 323. Sententiam quod attinet, Siberus apposite comparat divini Salvatoris verba Joh. XVII, 17. *ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου· ὁ λόγος ὁ σὸς ἀλήθειά ἐστιν.* [O.]

22. *Non putes*] Sic Gale et Fuchte. *Nunquam putes* Erasm. et Siber. [O.]

insensibilem] *ἀναίσθητον*, h. e. a misericordia, sive, ut barbare dicitur, compassione alienam. Similiter Paulus Apostolus Hebr. IV, 15. *οὐκ ἔχομεν ἱερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν.* [*Siber.*]

23. *quae movetur, sponte secundum haec et subsistit*] Sio Paris. Lugd. Gale (et Fuchte) post *movetur* interpungunt, unde hic fluit sensus: Deus mens est, quae movetur sponte, et mens est, quae sponte subsistit, ita ut utrumque in libera voluntate dei repositum sit. Nos Rhenani textum servare maluimus post *sponte* ponentis virgulam. [*Siber.*] At, ni fallor, ex utraque lectione idem plane sensus exit. [O.]

24. *Magnitudinem dei non invenies* etc.] Conf. Job. XLII, 3. Psalm. VIII, 2. CXXXIX, 7—9. CXLV, 3. Rom. XII, 33. [*Siber.*]

25. *quia non invenies: nam omne*] Sic Gale et Fuchte. Siber. *quia non invenies, quia omne.* Erasm. *quia nec invenies, quia omne.* [O.]

a digniore] Sic Gale et Fuchte. Erasm. *a meliore.* Siber. *a meliori.* [O.]

Quis ergo est, qui nomen imposuit deo] Pulcherrimus est in eandem sententiam Arnobii locus adv. Gentes Lib. I. Cap. XXXI. pag. 21. ed. nostr. *O maxime, o summe rerum invisibilium procreator, o ipse invisus, et nullis unquam comprehense naturis — — — — — — — — — — — — infinitus, ingenitus, immortalis, perpetuus, solus, quem nulla delineat forma corporalis, nulla determinat circumscriptio, qualitatis expers, quantitatis, sine situ, motu et habitu, de quo nihil dici et exprimi mortalium potis est significatione verborum: qui ut intelligaris, tacendum est, atque, ut per umbram te possit errans investigare suspicio, nihil est omnino mutiendum.* [O.]

Deus autem non nomen est deo] His verbis Erasm. et Siber. incipiunt novam Sententiam legentes *de deo.* [O.]

26. *Nihil ergo de deo* etc.] Haec verba pertinent ad praecedentem sententiam, cum qua tanquam conclusionem recte illa conjunxerunt Erasmus et Siber. [O.]

27. *Deus sapiens* etc.] Non hic Pythagoras, sed Joannes ὁ ἐπιστήθιος loquitur. I. Joh. I, 5. *Αὕτη ἐστὶν ἡ εὐαγγελία, ἣν ἀκηκόαμεν ἀπ᾽ αὐτοῦ, καὶ ἀναγγέλλομεν ὑμῖν, ὅτι ὁ θεὸς φῶς ἐστι, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ ἐστιν οὐδεμία.* et Jac. I, 17. *Παρ᾽ ᾧ οὐκ ἔστιν παραλλαγὴ ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα.* [*Siber.*] Sed vide quae observavimus supra ad Secund. Sent. 3. [O.]

non capax] Sic Gale et Fuchte. Erasmus autem et Siber. *incapax.* [O.]

28. *Quaecunque fecit deus* etc.] Sic Gale et Fuchte. Erasmus autem et Siberus: *Quaecunque autem deus fecit, pro hominibus ea fecit.* [O.]

29. *Angelus minister est dei ad hominem*] Sententia Paulina Hebr. II, 24. *Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν.* Neo-Platonicorum et Pythagoreorum dogmata de angelis attingit Porphyrius ad Marcellam Cap. XXI. ubi vide quae observabimus. [O.]

31. *Primus beneficus est deus* etc.] Graeca Sexti verba ab Origene servata (Contra Cels. Lib. IV. pag. 179. ed. Spencer.) existimat Siberus, ubi (nullo tamen allegato auctoris nomine) haec leguntur: *Τάχα δέ τινων παρήκουσεν ὁ Κέλσος, ὅτι ὁ θεός ἐστιν καὶ μετ᾽ ἐκεῖνον ἡμεῖς* etc. [O.]

Vive igitur ita, tanquam qui sis] Ita Gale et

Fuchte. Erasmus: *Vige igitur ita, tanquam qui sis.* Siberus: *Vive igitur tanquam is, qui sis.* [O.]

32. *Habes, inquam, in te* etc.] Non sacros tantum scriptores (v. c. Paulum I. Cor. III, 16. VI, 19. II. Cor. VI, 16.), sed et ipsos Pythagoreos ita loquutos docet nos Porphyrius ad Marcellam Cap. XI. init. *Λέγει δὲ ὁ λόγος πάντη μὲν καὶ πᾶσι παρεῖναι τὸ θεῖον· νεὼν δὲ τούτῳ παρ᾽ ἀνθρώποις καθιερῶσθαι τὴν διάνοιαν μάλιστα τοῦ σοφοῦ μόνην, τιμήν τε προσήκουσαν ἀπονέμεσθαι τῷ θεῷ ὑπὸ τοῦ μάλιστα τὸν θεὸν ἐγνωκότος· τοῦτον δὲ εἶναι εἰκότως μόνον τὸν σοφὸν, ᾧ τιμητέον διὰ σοφίας τὸ θεῖον, καὶ κατακοσμητέον αὐτῷ διὰ σοφίας ἐν τῇ γνώμῃ τὸ ἱερὸν, ἐμψύχῳ ἀγάλματι τῷ νῷ ἐνεικονισαμένου ἀγάλλοντα* .... et Cap. XIX. *Σοὶ δὲ, ὥσπερ εἴρηται, νεὼς μὲν ἔστω τοῦ θεοῦ ὁ ἐν σοὶ νοῦς.* Conf. Demophil. Sent. 45. Alia veterum scriptorum idem affirmantium loca citavit Wetstenius ad locum Paulinum N. Test. Tom. II. pag. 111. Post hanc Sententiam in Editt. Erasmi et Siberi alia legitur, quae desideratur apud Galeum et Fuchte, consulto, ut mihi quidem videtur, omissa a librariis Anti-Pelagianis, haec scilicet: *Libertatem arbitrii sui permisit deus hominibus, sine dubio, ut pure et sine peccato viventes similes fiant deo.* Cujus contrarium dogma de fato et necessitate non res tantum externas, sed actiones etiam et cogitationes hominum adeoque futurae vitae sive felicitatem sive infelicitatem moderante (sive, ut deinceps Augustini asseclae aliis verbis idem significabant de gratia dei particulari et absoluto decreto sive praedestinatione electorum ad vitam aeternam, reprobatorum vero ad mortem) acerrime impugnat doctissimus Patrum Eusebius in Praeparat. Evangel. Lib. III. Cap. VI. p. 242. ed. Viger. Colon. his verbis: *Εἰ γὰρ ἄστροις καὶ εἱμαρμένῃ οὐ μόνα τὰ ἐκτὸς, ἀλλὰ καὶ τὰς κατὰ λογισμὸν προθυμίας ἀναθετέον, καί τις ἀπαραίτητος ἀνάγκη τὰς ἀνθρωπίνας ἐκβιάζεται γνώμας, οἰχήσεταί σοι φιλοσοφία, οἰχήσεται καὶ εὐσέβεια· οὐδέ τις ἦν τοῖς σπουδαίοις ἔπαινος ἀρετῆς, οὐδέ τις θεοφιλία, οὐδέ τις ἐν ἀσκήσει πόνων καρπὸς ἐπάξιος, ἀνάγκης καὶ εἱμαρμένης τὴν αἰτίαν πάντων ἀναδεδεγμένης.* quem locum apposite citat Siberus. [O.]

33. *Revereatur vitam tuam mundus* etc.] Conf. Matth. V, 19. II. Petr. II, 12. [*Siber.*]

34. *cruciabit malus daemon* etc.] Ita de diabolo scilicet, quanquam falsissime, interpretati sunt haud pauci Ecclesiae Patres verba divini Soteris ap. Matth. V, 25. *μήποτέ σε παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ* etc. in his cum Pseudo-Sexto nostro vel potius Rufino, etiam Hieronymus Comment. ad Matth. Lib. I.

Cap. V. Tom. IX. p. 17. ed. Tribbechovv. Sed verum vidit jam Joannes Chrysostomus ad Matth. Homil. XVI. p. 206. ed. Francof. *Τινὲς μὲν οὖν τὸν διάβολον αὐτὸν αἰνίττεσθαί φασι τῇ τοῦ ἀντιδίκου προσηγορίᾳ καὶ κελεύειν μηδὲν ἔχειν τῶν ἐκείνου, ὡς οὐκ ἐνὸν διαλύσασθαι μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴν, τῆς ἀπαραιτήτου λοιπὸν ἐκδεχομένης ἡμᾶς κολάσεως· ἐμοὶ δὲ περὶ τῶν ἐνταῦθα δοκεῖ λέγειν δικαστῶν, καὶ τῆς εἰς τὸ δεσμωτήριον ὁδοῦ, καὶ τοῦ δεσμωτηρίου τούτου.* [O.]

35. *ad deum euntem*] Erasm. *ad deum pergentem.* [O.]

36. *Deum ergo* etc. etc.] Ita Gale et Fuchte, alio autem ordine, et, ut mihi quidem videtur, rectius Erasmus et Siberus hanc et sequentem sententiam in tres dispescentes sic exhibent:

> *Quicquid super omnia honoraveris, hoc tibi dominabitur.*
> *Deum ergo honora super omnia, ut ipse dominetur tibi.*
> *Si autem dominatum tui gerit deus, ita tu demum dominaberis omnibus.*

Primam Sententiam quod attinet, ex asse respondet divini Salvatoris dictum Luc. XII, 34. *ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία ὑμῶν ἔσται.* [O.]

39. *quantum possibile est*] Sic Gale et Fuchte. Erasmus autem et Siber. *prout possibile est.* [O.]

40. *Templum* etc.] Vide Graecam Sexti Sententiam No. 10. et propius adhuc Porphyr. ad Marcell. Cap. XIX. quae loca allegavimus supra ad Sext. 32. [O.]

et altare est optimum ei etc.] Nostrum expressit Laurentius Pisanus Sent. 2. *Purae mentis omnis motus sacrificium dei est: quod ibi altare suum divina majestas posuit.* [O.]

41. *Hostia soli deo acceptabilis*] Ita Gale. Erasmus autem et Fuchte: *Hostia soli deo et acceptabilis.* Siberus: *Hostia soli deo est acceptabilis.* At legendum sine dubio; *Hostia sola deo est acceptabilis* etc. Similem Sententiam adfert Porphyrius ad Marcell. Cap. XVII. init. [O.]

benefacere hominibus pro deo] Siberus *prae deo,* apposite citans verba Jacobi Epist. Cap. I. v. 27. *Θρησκεία καθαρὰ καὶ ἀμίαντος παρὰ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ αὕτη ἐστὶν, ἐπισκέπτεσθαι ὀρφανοὺς καὶ χήρας ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν, ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν ἀπὸ τοῦ κόσμου.* [O.]

43. *fidelis*] i. e. Christianus sensu Tertulliano, Cypriano aliisque Scriptoribus Ecclesiasticis familiarissimo. [O.]

aemulatur ergo illum] Erasmus et Siberus novam his verbis incipiunt Sententiam. [O.]

44. *Satage*] Erasmus et Siber. *Satis age*, et sic deinceps, quoties occurrit h. v. quod semel monuisse sufficiat. [O.]

45. *erga indigentes*] Ita Paris. Lugd. Gale et Fuchte. Erasm. et Siber. *apud indigentes*. [O.]

47. *Omne tempus, quo*] Sic Paris. Lugd. Gale et Fuchte. Erasm. et Siber. *Omne tempus, in quo*. [O.]

49. *quae sint bona*] Sic Gale et Fuchte. Erasm. et Siber. *quae sunt*. [O.]

51. *et age omnia*] Sic correxit Gale. Reliqui omnes *et agere omnia*, quod videtur scripsisse Rufinus sic vertens infinitivum in Graeco exemplari loco imperativi positum. [O.]

52. *Quod deum patrem vocas*. etc.] Petri Apostoli verba exprimit I. Petr. I, 17. *Καὶ εἰ πατέρα ἐπικαλεῖσθε τὸν ἀπροσωπολήπτως κρίνοντα κατὰ τὸ ἑκάστου ἔργον, ἐν φόβῳ τὸν τῆς παροικίας ὑμῶν χρόνον ἀναστράφητε.* [*Siber.*]

54. *Bona mens* etc.] Graeca Sexti verba vide supra in Demophili Sent. 45. [O.]

55. *Mala mens chorus est daemonum malorum*] Perperam interpretatus videtur Rufinus Graeca Sexti Pythagorei verba, quae servavit nobis Porphyrius ad Marcell. Cap. XXI. init. *ὅπου δ' ἂν λήθη παρεισέλθῃ θεοῦ, τὸν κακὸν δαίμονα ἀνάγκη ἐνοικεῖν. χώρημα γὰρ ἡ ψυχὴ ἢ θεῶν ἢ δαιμόνων.* ubi, ut et in praecedenti Sententia, pro *χώρημα*, *habitatio*, *locus quem quis occupat*, legisse videtur *χορεῖον* vel (quae autem nulla est Graeca vox) *χόρημα* et accepisse de loco, ubi saltant, tripudiant mali daemones, *Tanzplatz*, *Tummelplatz der bösen Geister*. Male. [O.]

57. *Certum est enim* etc.] Huc pertinent Pauli verba Gal. VI, 3. *Εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι μηδὲν ὤν, ἑαυτὸν φρεναπατᾷ.* [*Siber.*] Haec verba Erasmus et Siberus tanquam novam sententiam dirimunt ab antecedentibus. [O.]

59. *Nequaquam latebis* etc.] Vide supra Thaletis Apophthegm. 12. ap. Lyc. [O.]

60. *Vir sapiens castus erit deo*] Si textus Graecus praesto esset, sciri posset, an Rufinus castitatis vocabulo recte usus fuerit. Nos putamus, Graecum scriptorem aut τῆς ἁγνότητος aut ἁγιότητος vocem adhibuisse: non quasi a matrimonio pium hominem arcuerit, sic enim nemo Christianus esse posset, nisi caelebs, sed ut eam notet sanctitatem, quae unumquemque a deo eruditum et sapientia divina imbutum decet. Talis est enim illa castitas, quam I. Petr. I, 15. et omnes ceteri Apostoli imperarunt, subque variis imaginibus descripserunt. [*Siber.*]

61. *spurcitiem*] Sic Paris. Gale, Fuchte. Erasmus autem

et Siberus *spurcitiam*, qui putat, scriptorem Graecum usum fuisse vel ἀκαθαρσίας vel βδελύγματος vocabulo. [O.]

62. *Semper de bonis loqui stude*] Paulum sequitur Eph. IV, 29. Πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω· ἀλλ' εἴ τις ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας, ἵνα δῷ χάριν τοῖς ἀκούουσι. Conf. Col. IV, 6. [*Siber.*]

63. *Libidinem vince* etc.] Haec verba, quod vel Siberus vidit, petita videntur ex aureo Carmine Pythagoreorum v. 9.

— — — — — — — — κρατεῖν δ' εἰθίζεο τῶνδε,
Γαστρὸς μὲν πρώτιστα καὶ ὕπνου λαγνείης τε
Καὶ θυμοῦ. etc.

Similia tamen Christianis praecipit Petrus Apostolus II. Pet. II, 11. [O.]

65. *Deliciarum finis corruptio*] Depromsit ex Paulo Gal. VI, 8. Ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα ἑαυτοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν. Conf. Ephes. IV, 22. [*Siber.*]

66. *Non verbum* etc.] Similis Demophili Sententia 26. Conf. Carm. aur. Pyth. v. 27. et seqq. [O.]

67. *quia, quot vitia* etc.] Graeca Sexti Pythagorei verba habes in Demophili Sent. 31. [O.]

69. *Acquire possessionem animae firmam, virtutem* etc.] Sic Gale et Fuchte. Melius cum Erasmo Siberus: *Acquire possessionem firmam, animae virtutem.* Simile praeceptum vide supra in Pythagoreorum Sententiis No. 16. cum quo conferre juvat divi Salvatoris verba Matth. VI, 19. [O.]

70. *Renuntia*] Conf. I. Joh. II, 15. [*Siber.*]

73. *Dum optima quaeque abjeceris praedia* etc.] Conf. divini Salvatoris verba Matth. XIX, 29. Marc. X, 29. Luc. XVIII, 29. [*Siber.*] Post hanc Sententiam duas alias habent editt. Erasmi et Siberi, quae desunt in Paris. Lugd. Gale, Fuchte, primam: *Qualis vis esse apud deum, jam nunc esto talis,* quae autem videtur nihil aliud esse nisi varians lectio Sententiae 72. alteram: *Dum distribueris ea, quae mundi sunt, et ea despice, tanquam sciens esse praeter deum,* quae postrema verba Siberus explicat νοσφιζόμενα ἀπὸ τοῦ θεοῦ, *aliena prorsus et segregata a deo et rebus divinis.* Mihi locus videtur corruptus et mutilus, sic forte supplendus: *tanquam sciens, esse nihil boni praeter deum.* [O.]

74. *Lingua maliloqua* etc.] Γλῶσσα βλάσφημος διανοίας κακῆς ἔλεγχος habent ex Plutarcho Antonius Meliss. et Maxim. Serm. περὶ ψόγου καὶ διαβολῆς p. 258. ed. C. Gesner. Francofurt. [O.]

75. *Insuesce linguam tuam* etc.] Νόμιζε (inquit Porphyrius ad Marcellam Cap. XV.) *αἱρετώτερον εἶναι σιγᾷν, ἢ λόγον εἰκῇ προέσθαι περὶ θεοῦ.* [O.]

cum de deo fit sermo] Ita Paris. Gale, Fuchte. Erasmus autem et Siber. *cum de deo sermo sit.* [O.]

76. *Nocere deo nemo potest*] Ita Paris. Lugd. Gale, Fuchte. Siberus autem cum Erasmo: *Male quidem deo facere nemo potest,* additque hanc novam Sententiam: *Impius autem est, qui blasphemat, hoc enim solum quod potuit fecit.* Sensus est: hoc enim solum facere postest, blasphemare, non autem nocere deo. [O.]

77. *Impius in deum maledicus* etc.] Non habent hanc sententiam Erasmus et Siber. [O.]

78. *Fundamentum pietatis est continentia*] Si haec e Pythagoreis hausta, Sexti verba erant: *Κρηπὶς εὐσεβείας ἡ ἐγκράτεια.* Nam simillima Sententia apud Porphyr. ad Marcell. extrem. *Κρηπὶς εὐσεβείας σοι νομιζέσθω ἡ φιλανθρωπία.* [O.]

amor dei] Sic Gale et Fuchte. *amicitia est apud deum* Erasm. et Siber. [O.]

80. *Opta tibi evenire* etc.]

> *Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις*
> *Ἄμμι δίδου, τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν,*

est precum formula apud Platon. Alcib. II. p. 143. ed. H. Steph. [O.]

81. *Qualem vis esse proximum tuum tibi* etc.] Hoc magnum illud est D. Servatoris oraculum Matth. VII, 12. Sed ante Christum Isocrates ad Nicoclem et ad Demonicum et Aristoteles eodem sunt usi. [*Siber.*]

82 *Quae culpas, facere noli*] Thaletis Sententia apud Diog. Laert. I. §. 36. *ἃ μὴ δεῖ ποιεῖν, μηδ' ὑπονοοῦ ποιεῖν.* Sic et Isocrates ad Demonic. Sent. 14. *Μάλιστα δ' ἂν εὐδοκιμοίης, εἰ φαίνοιο ταῦτα μὴ πράττων, ἃ τοῖς ἄλλοις, ἂν πράττωσιν, ἐπιτιμῴης.* et Dionys. Cato Distich. I, 30.

> *Quae culpare soles, ea tu ne feceris ipse.*
> *Turpe est doctori, quum culpa redarguit ipsum.* [O.]

83. *Nulli suadenti acquiescas* etc.] Paululum immutata Pythagoreorum Sententia in Aur. Carm. v. 25 seq.

> *Μηδεὶς μήτε λόγῳ σε παρείπῃ, μήτε τι ἔργῳ*
> *Πρῆξαι, μηδ' εἰπεῖν, ὅ, τι τοι μὴ βέλτερόν ἐστι.* [O.]

84. *Quod deus tibi dat* etc.] Est Demophili Sent. 1. *Δῶρον γὰρ θεοῦ ἀναφαίρετον.* [O.]

85. *Delibera* etc.] Graeca Sexti verba servavit Demophilus Sent. 5. [O.]

87. *Priusquam agas* etc.] Aur. Carm. Pyth. v. 48 seq.

— — — — — — — ἀλλ' ἔρχευ ἐπ' ἔργον

Θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι.

ubi Hierocles egregie (p. 172. ed. Needh.): ὡς εἶδος ἐπὶ ὕλῃ, τὴν εὐχὴν τῷ ἔργῳ συνάπτωμεν καὶ τὸ ὅλον τοῦτο, ὅπως ἃ ἐργαζόμεθα καὶ εὐχώμεθα, καὶ ἃ εὐχόμεθα ἐνεργῶμεν. [O.]

90. *Contentus esse* etc.] Erasmus *Contentus esto*, quod operarum vitium male retinuit Siberus. [O.]

92. *Occasiones bonorum*] Sic Erasm. et Siber, Gale autem et Fuchte, Paris. et Lugd. *donorum*. [O.]

97. *Neminem inimicum deputes*] Pythagoreorum praeceptum. Hierocles in Aur. Carm. pag. 56. (Needh.) Διὸ καὶ λέγεται ὀρθῶς, ὡς οὐδεὶς ἐχθρὸς τῷ σπουδαίῳ, καὶ μόνος ἀγαθὸς αὐτῷ φίλος· ὡς μὲν γὰρ τὸν ἄνθρωπον φιλῶν, οὐδὲ τὸν κακὸν ἐχθρὸν τίθεται· ὡς δὲ τὸν ἀρετῇ κεκοσμημένον ζητῶν πρὸς κοινωνίαν, τὸν ἀγαθὸν ἐκ πάντων ἐκλέγεται, μιμούμενος καὶ ἐν τοῖς τῆς φιλίας μέτροις τὸν θεὸν, ὃς μισεῖ μὲν οὐδένα ἄνθρωπον, τὸν δὲ ἀγαθὸν διαφερόντως ἀσπάζεται. cum quibus conferenda D. Soteris verba Matth. V, 44. [O.]

98. *Deum vero plus*] Erasmus et Siber. *Deum vero etiam plus*, novam his verbis incipientes Sententiam. [O.]

99. *Pessimum est* etc.] Ita Salomon Proverb. XXIX, 16. Πολλῶν ὄντων ἀσεβῶν πολλαὶ γίνονται ἁμαρτίαι. et Seneca Ep. 109. *Tunc maxime laborant mali, ubi vitia miscuere et in unum collata nequitia est.* [*Siber.*]

101. *Animantium omnium usus* etc.] Graeca verba, quae nobis servavit Origenes, supra dedimus in Graecis Sexti Sententiis. Sexti et ipsius Pythagorae de abstinentia ab animalium esu placita exponit Seneca Epist. CVIII. *Non pudebit fateri, quem juveni mihi amorem Pythagorae injecerit Sotion. Docebat, quare ille animalibus abstinuisset, quare postea Sextius.* (Scrib. *Sextus* corrigente J. Lipsio in Manuduct. ad Stoic. Philos. Lib. I. Dissert. VI. fin. Opp. Tom. IV. pag. 642. ed. Vesal.) *Dissimilis utrique caussa erat, sed utrique magnifica. Hic homini satis alimentorum citra sanguinem esse credebat, et crudelitatis consuetudinem fieri, ubi in voluptatem esset adducta laceratio. Adjiciebat, contrahendam materiam esse luxuriae: colligebat, bonae valetudini contraria esse alimenta varia, et nostris aliena corporibus. At Pythagoras omnium inter omnia cognationem esse dicebat, et aliorum commercium in alias atque alias formas transeuntium.* [O.]

102. *Non cibi* etc.] Divini Salvatoris effatum Matth. XV, 11. [O.]

103. *polluit te*] *te* addidi ex Erasmo et Siber. [O.]

104. *Multitudini placere ne satagas*] Ἐν λεωφόρῳ μὴ βαδίζειν praecipit Symbolum Pythagoricum. Confer tamen et loca biblica I. Thess. II, 4. Gal. I, 10. Eph. VI. [*Siber.*]

106. *Mali nullius* etc.] Graeca Sexti verba vide supra in Pythagoreorum Sentent. 13. Sic et Porphyrius ad Marcell. Cap. XXIV. init. κακῶν ἀνθρώπῳ οὐδεὶς (legendum videtur οὐδενὸς) θεὸς αἴτιος. [O.]

107. *Non amplius possideas* etc.] Eadem profecto Paullus dixit I. Timoth. VI, 8. Ἔχοντες διατροφὰς καὶ σκεπάσματα τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. [*Siber.*] Similia Pythagoreorum praecepta collegit Porphyrius ad Marcell. Cap. XXIX. et XXX. [O.]

108. *Aurum* etc.] Simillimum D. Soteris dictum Matth. XVI, 26. Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; Conf. I. Petr. I, 18. et Ezech. VII, 19. [*Siber.*]

de malis] Erasm. et Siber. *e malis.* [O.]

109. *In deliciis corporis positus, certum est quod ignores illa* etc.] Verba Graeca fuisse videntur: Ἀσχολούμενος ταῖς τοῦ σώματος ἡδοναῖς δηλονότι ἀγνοεῖς. quae ita barbare ad verbum reddidit Rufinus. Erasm. et Siber. *quia ignoras illa* etc. [O.]

112. *Magnanimus esse stude*] Nempe adversus mala (ut bene Siber.). Pertinent haec quodammodo ad praecedentem Sententiam. [O.]

113. *Ea quae contemnes, si recte laudaris*] Ita Lugd. Par. Gale. Erasmus autem, Siber. et Fuchte: *Ea quae si contemnes, recte laudaris.* Utrumque bonum, sed prius praefero. [O.]

In quibus probabiliter etc.] His verbis Erasmus et Siberus novam inchoant Sententiam. *probabiliter*, i. e. *laudabiliter*, ita, ut laude dignus sis, *auf eine löbliche, anständige Weise.* [O.]

114. *Haec posce a deo* etc.] Εὐκταῖον τὰ ἄξια θεοῦ sententia est apud Porphyrium ad Marcell. Cap. XII. [O.]

115. *Ratio, quae in te est* etc.] Graeca Sexti verba, ni fallor, servavit nobis idem Porphyrius ad Marcell. Cap. XXXIV. Ἡγείσθω τοίνυν πάσης ὁρμῆς ὁ λόγος. [O.]

lux esto] Ita Gale et Fuchte. At legendum sine dubio *dux esto.* Vide Porphyrii verba modo allata. Erasm. et Siber. *vitae*

tuae ipsa sit lex. [O.] Idem aliis verbis praecipit Hierocles ad Aur. Carm. p. 126. *Λόγῳ δὲ ὀρθῷ πείθεσθαι καὶ θεῷ ταυτόν ἐστι.* et pag. 188. *Τοῦτον ἐπίτροπον ἡμῖν ὁ θεὸς ἐπέστησε· τοῦτον παιδαγωγόν.* [*Siber.*]

116. *Ea pete a deo* etc.] Porphyrius ad Marcell. Cap. XII. *αἰτώμεθα, ἃ μὴ λάβοιμεν ἂν παρ᾽ ἑτέρου.* [O.]

117. *In quibus praecedere debet labor* etc.] Graeca Sexti verba habes apud Porphyrium l. l. *καὶ ὧν ἡγεμόνες οἱ μετ᾽ ἀρετῆς πόνοι, ταῦτα εὐχώμεθα γενέσθαι μετὰ τοὺς πόνους.* [O.]

118. *Oratio vel vota pigri*] Porphyrius l. l. *Εὐχὴ γὰρ ῥαθύμου μάταιος λόγος*, quae ipsissima sunt Sexti verba. [O.]

119. *Non oportet contemnere* etc.] Sic Paris. Lugd. Gale et Fuchte. Erasm. et Siber. *contemni.* [O.]

post depositionem] Ita rescribendum esse cum Erasmo et Sibero pro *post dispositionem*, docent ipsius Sexti Graeca verba servata a Porphyrio ad Marcellam Cap. XII. *Ὧν τοῦ σώματος ἀπαλλαγεὶς οὐ δεηθήσῃ, ἐκείνων καταφρόνει· καὶ ὧν ἂν ἀπαλλαγεὶς δέῃ, εἰς ταῦτα σὺ ἀσκούμενος θεὸν παρακάλει γενέσθαι συλλήπτορα.* [O.]

egemus] Erasm. et Siber. *indigemus.* [O.]

120. *Non petas a deo* etc.] Graeca Sexti verba lege apud Demophil. Sent. I. init. Aliis verbis idem praecipit Porphyrius ad Marcell. Cap. XII. *Δεήσῃ οὐδενὸς ὧν καὶ ἡ τύχη δοῦσα πολλάκις πάλιν ἀφαιρεῖται.* [O.]

125. *Quicquid non convenit ad beatitudinem dei*] Haec fateor me non intelligere. Num deum beatum dicit, quia nullius rei indiget? Vide Porphyr. ad Marcell. Cap. XI. [O.]

128. *Donec in desideriis est caro* etc.] Graeca Sexti verba debemus iterum Porphyrio adv. Marcellam Cap. XIII. *ἐφόσον τις τὸ σῶμα ποθεῖ καὶ τὰ τοῦ σώματος σύμφυλα, ἐπὶ τοσοῦτον ἀγνοεῖ θεόν.* [O.]

130. *Ex sui ipsius amore* etc.] Ita Gale et Fuchte. Aliter Erasmus et Siber. *Dum semet ipsum quis amplius diligit, inde injustitia.* [O.]

131. *Corpus animae molestum*] Sic Paris. Lugd. Gale et Fuchte Erasmus autem et Siber. ita: *Naturaliter parum quidem corpus molestum est animae: luxuria vero facit* (Siber. *fecit*) *corpus intolerabile.* [O.]

133. *Qui amat, quod non expedit* etc.] Idem sonat D. Salvatoris dictum Matth. VI, 24. [*Siber.*]

135. *latebunt eum*] *eum* bene addunt Erasmus et Siberus. [O.]

136. *Semper apud deum* etc.] *Ψυχὴ σοφοῦ σύνεστιν ἀεὶ θεῷ* ipsius sunt Sexti verba apud Porphyr. ad Marcell. Cap. XVI. [O.]

137. *Sapientis mentem* etc.] Graeca Sexti verba vide supra in Demophili Sent. 45. cum quibus conferenda loca biblica Joh. XIV, 13. II. Cor. VI, 16. II. Tim. I, 14. [*O. et Siber.*]

138. *Inexplebilis est omnis cupiditas* etc.] Ecclesiast. IV, 8. *οὐκ ἔστι περασμὸς ἐν παντὶ μόχθῳ αὐτοῦ καί γε ὀφθαλμὸς οὐκ ἐμπίμπλαται πλούτου.* et Cap. III, 9. *Ἀγαπῶν ἀργύριον οὐ πλησθήσεται ἀργυρίου* etc. [*Siber.*]

140. *Sufficit ad beatitudinem* etc.] Haec manifesta delibatio verborum Christi Joh. XVII, 3. *Αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωή, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν, καὶ ὃν ἀπέστειλας, Ἰησοῦν Χριστόν.* [*Idem.*]

141. *Malis qui adulatur* etc.] Castigationem malorum hominum maxime necessariam esse Philosophi agnoverunt: Pythagorei, ut in Sententiis hisce a Stobaeo servatis Serm. *περὶ κολακείας.* — *Χαῖρε τοῖς ἐλέγχουσί σε μᾶλλον ἢ τοῖς κολακεύουσιν, ὡς δ' ἐχθρῶν χεῖρον ἐκτρέπου τοὺς κολακεύοντας.* et: *Ὥσπερ σωματικὸν πάθος οὐ κρυπτόμενον οὐδὲ ἐπαινούμενον ὑγιάζεται, οὕτως οὐδὲ ψυχὴ κακῶς φρονουμένη καὶ συναγορευομένη θεραπεύεται.* [*Id.*] Vide supra in Simil. Socrat. et Sent. Pythag. [O.]

142. *Intolerabilis* etc.] Graeca verba dedimus supra in Democrit. Fragm. 128. [O.]

143. *Lingua tua* etc.] Porphyrius ad Marcell. Cap. XIV. init. *Τῇ δὲ ψυχῇ τῇ θεοφιλεῖ καὶ τῷ θεοφιλεῖ νῷ ἐν τῷ καθαρῷ σώματι ἔστωσαν καὶ πρᾶξις ἀκόλουθος καὶ λόγος.* [O.]

144. *Melius est* etc.] Initium Sententiae graece supra dedimus in Simil. Socr. et Pythag. 104. Habent etiam Porphyrius ad Marcell. Cap. XIV. et Nilus Sent. 2. Media verba, *Delibera antequam dicas*, graece expressa lege sis in Demophili Sent. 5. Ceterum Erasmus et Siberus hanc Sententiam in tres dispescunt. [O.]

146. *Brevis* etc.] *Βραχὺς ὁ λόγος τῆς ἀληθείας ἔφυ.* et: *Βραχεῖ λόγῳ δὲ πολλὰ πρόσκειται σοφά.* quod Sophoclis dictum citat Stobaeus Serm. *περὶ Βραχυλογίας.* [O.]

147. *Indicium imperitiae* etc.] Sic Ecclesiast. Cap. X. *Ὁ ἄφρων πληθύνει λόγους, ὁ πλεονάζων ἐν λόγῳ μισηθήσεται.* [O.]

149. *Mendacio tanquam veneno utere*] Plato de Republ. (Lib. III. Cap. III.) *τῷ ὄντι θεοῖς μὲν ἄχρηστον ψεῦδος, ἀνθρώποις δὲ χρήσιμον ὡς ἐν φαρμάκου εἴδει. δῆλον, ὅτι τό γε τοι-*

οὕτεν ἰατροῖς δοτέον, ἰδιώταις δὲ οὐχ ἁπτέον. [*Siber.*] Vide quos laudat ibi Astius pag. 442. [O.]

150. *Ante omnia tempus* etc.] Salomon Ecclesiast. III, 7. *Καιρὸς τοῦ σιγᾷν, καιρὸς τοῦ λαλεῖν, καὶ τῆς ἀδολεσχίας καὶ τῆς ἐχεμυθίας.* [*Siber.*]

151. *Tum loquere* etc.]

Ἢ λέγε σιγῆς τι κρεῖττον, ἢ σιγὴν ἔχε.

et:

Ἢ σιγὴν καίριον ἔχειν δεῖ, ἢ λόγον ὠφέλιμον.

sunt Pythagoreorum Sententiae apud Stobaeum Serm. *περὶ τοῦ εὐκαίρως λέγειν*, quas in hac Sententia exprimere voluit collector hujus Enchiridii. [O.]

152. *De quibus ignoras* etc.] Simile plane Isocratis praeceptum ad Demonic. 74. *Δύο ποιοῦ καιροὺς τοῦ λέγειν, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν· ἐν τούτοις γὰρ μόνοις ὁ λόγος τῆς σιγῆς κρείττων, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄμεινον σιγᾷν ἢ λέγειν.* et Epictet. Enchirid. Cap. XLI. *Σιωπὴ τὸ πολὺ ἔστω, ἢ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα, καὶ δι' ὀλίγων.* [O.]

153. *Sermo extra tempus* etc.] Pulcherrime Jesus Siracides Cap. XXII, 6. *Μουσικὰ ἐν πένθει ἄκαιρος διήγησις, μάστιγες καὶ παιδεία ἐν παντὶ καιρῷ σοφίας.* [*Siber.*]

155. *Melius est vinci* etc.] Porphyrius ad Marcell. Cap. XIV. *Αἱρετώτερον τὸ ἡττᾶσθαι τἀληθῆ λέγοντα, ἢ νικᾷν ἀπατῶντα.* Habes ipsissima Sexti verba. [O.]

158. *Nihil tam vernaculum*] Erasm. et Siber. *Nihil autem tam vernaculum.* Huc pertinent pulcherrimi Bacchylidis versus apud Stobaeum Serm. *περὶ ἀληθείας:*

Λυδία μὲν γὰρ λίθος μανύει χρυσόν· ἀνδρῶν
δ' ἀρετὰν σοφία τε παγκρατής τ' ἐλέγχει ἀλάθεια. [O.]

163. *Irreprehensibilis*] Erasm. *Irreprehensibile autem.* Male. [O.]

utitur deo] Ita Paris. Lugd. Gale et Fuchte. Melius Erasm. et Siber. *unitur deo.* [O.]

168. *Quod fieri non decet* etc.] *Ἃ μὴ δεῖ ποιεῖν, μηδ' ὑπονόει ποιεῖν.* [O.]

170. *aliis imperare facienda*] Ita Gale. Fuchte: *alii imperare facienda.* Erasm. et Siber. *aliis imperare faciendum.* [O.]

171. *a peccato*] Omittit Siberus haec verba. [O.]

172. *Cum praees hominibus* etc.] Sententia Paulina Ephes. VI, 9. *Οἱ κύριοι τὰ αὐτὰ ποιεῖτε ἀνιέντες τὴν ἀπειλήν, εἰδότες, ὅτι καὶ ὑμῶν αὐτῶν ὁ κύριός ἐστιν ἐν οὐρανοῖς, καὶ προσωποληψία οὐκ ἔστι παρ' αὐτῷ.* [*Siber.*]

173. *Vindictam exercens*] Sic Paris. Lugd. Gale et Fuchte. Erasmus autem et Siber. *Et vindicans homines.* [O.]

175. *Levius est omne vulnus* etc.] *Ξίφους πληγὴ κουφοτέρα γλώσσης· τὸ μὲν γὰρ σῶμα, ἡ δὲ τὴν ψυχὴν τιτρώσκει*, habuimus supra in Sent. Pythag. [O.]

176. *non autem deum*] Erasm. et Siber. *non tamen deum.* [O.]

177. *culparis*] Ita Gale et Fuchte. Erasm. et Siber. *vindicaris.* [O.]

179. *Fidelis esse magis* etc.] *Ἀγαθὸν εἶναι (μᾶλλον) χρὴ, ἢ μιμεῖσθαι*, habuimus supra in Democrat. Sent. 5. [O.]

182. *Neminem propterea magni aestimes* etc.] Ita Paris. Lugd. Gale et Fuchte. Aliter Erasm. et Siber. *Neminem propterea honores, quia multas habeat pecunias.* [O.]

183. *Difficile est divitem salvari*] Divini Soteris effatum Matth. XIX, 23. de quo peculiaris dissertatio exstat Clementis Alexandrini, novissime edita et doctissimo commentario illustrata a Carol. Segaario. Ultrajecti 1816. 8. [O.]

184. *Derogare viro sapienti* etc.] Videtur quidem haec Pythagorica Sententia, cui tamen ex parte respondet D. Salvatoris dictum Luc. X, 16. *Ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς ἐμὲ ἀθετεῖ· ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με.* quod apposite citat Siber. [O.]

ac deo] Erasm. et Siber. *et deo.* [O.]

185. *animas auditorum*] V. *auditorum*, quam non habent Gale et Fuchte, addidi ex Erasmo et Sibero, qui similia loca citat ex Clemente Alexandr. Strom. VI et VII. *ἡ κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διδασκαλίαν σύνεσις παρακαταθήκη.* iterum: *ἡ γνῶσις ἐκ παραδόσεως διαδεδομένη τοῖς ἀξίους σφᾶς παρεχομένοις οἷον παρακαταθήκη ἐγχειρίζεται.* [O.]

186. *te decere putato*] Ita Gale et Fuchte, probante Sibero, qui citat Antonin. Lib. XII. §. 7. *Εἰ μὴ καθήκῃ, μὴ πράξῃς.* et magis apposite Sententiam Pythagoricam: *Ἑλοῦ βίον ἄριστον.* Erasm. *te dicere putato.* [O.]

187. *Age magna* etc.] Graeca Sexti verba vide supra ap. Demophil. Sent. 37. [O.]

188. *Non eris sapiens* etc.] Egregie in eandem Sententiam Demosthenes apud Stobaeum Serm. *περὶ ὑπερωψίας* (pag. 152. ed. C. Gesner. Francof.): *Παιδείας τῶν μὲν ἀληθῶς τετυχηκότων οὐδ᾽ ἂν εἷς εἴποι μέγα οὐδὲ περὶ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἑτέρου λέγοντος ἐρυθριάσειεν ἄν· τοῖς δ᾽ ἀπολειφθεῖσι, προσποιουμένοις δὲ ὑπὸ ἀναισθησίας, τοὺς ἀκούοντας ἀλγεῖν ποιεῖ.* Conf. loca biblica

Rom. XII, 16. I. Cor. VIII, 2. II. Cor. X, 12. et XII, 1. Gal. VI, 3. quae citavit Siberus. [O.]

190. *In tribulationibus* etc.] Vide Tob. XII, 13. Jacob. I, 12. I. Petr. I, 6. [*Siber.*]

192. *Nihil putes malum* etc.] *Πάθη νοσημάτων ἀρχαί· ψυχῆς δὲ νόσημα κακία· κακία δὲ πᾶσα αἰσχρόν.* legimus apud Porphyr. ad Marcell. Cap. IX. [O.]

193. *Mali finis injuria* etc.] Philosophia Pythagorica eundem mali finem statuisse videtur. *Ἀεὶ γὰρ κακοδαιμονεῖν ἀνάγκη τὸν κακόν,* dicit Archytas Pythagoreus de doctrina morali, et Solon apud Stobaeum Serm. IX. postquam *ὕβριν* descripsisset, pergit: *ταχέως δ' ἀναμίσγεται ἄτη.* Excellens omnino est Hieracis Dissertatio de injuria, qua firmissimis rationibus ostendit, virum injustum sibimet ipsi injuriam inferre: *Πᾶς ἄδικος τῆς ἀδικίας πρῶτον γεύεται, πρὶν εἰς ἄλλους ἀφιέναι.* Stob. Serm. X. Idem integro Capite Siracides executus est, nempe XXI. et Paulus Gal. VI, 8. I. Thess. V, 3. et II. Thess. I, 9. [*Siber.*]

194. *Non dominatur*] Ita Paris. Lugd. Gale et Fuchte. Aliter Erasm. et Siberus: *Non ascendit passio in cor fidelis.* [O.]

195. *Omnis mala affectio* etc.] Sic Gale et Fuchte. Melius Erasm. et Siber. *Omnis passio animi rationi ejus est inimica. Rationi*, i. e. commodo, utilitati, saluti ejus, *εἰς σωτηρίαν αὐτῆς.* Graeca verba vide supra in Pythag. Sent. 30. [O.]

196. *animo male affecto*] Erasmus et Siber. *dum in passione est anima.* [O.]

197. *Affectiones pravae*] Erasm. et Siber. *Passiones.* [O.]

199. *Animae autem mors* etc.] In eandem sententiam Salomon Proverb. XI, 9. *Υἱοὶ δικαίων εἰς ζωὴν, διωγμὸς δ' ἀσεβοῦς εἰς θάνατον.* et XIII. *ὁ ἄνους ὑπὸ παγίδος θηρεῦται, ὁδοὶ καταφρονούντων ἐν ἀπωλείᾳ.* [*Siber.*]

201. *curator*] Sic Lugd. Gale, Fuchte. Erasm. et Siber. *provisor.* [O.] Ita Siracides IV, 10. *Γίνου ὀρφανοῖς ὡς πατὴρ, καὶ ἀντὶ ἀνδρὸς τῇ μητρὶ αὐτῶν, καὶ ἔσῃ ὡς υἱὸς ὑψίστου, καὶ ἀγαπήσει σε μᾶλλον ἢ μήτηρ σου.* Huc pertinent etiam, quae Servator sub oeconomi parabola exhibuit Luc. XII, 14. XVI, 1. et Petrus I. Epist. IV, 10. *πρὸ πάντων δὲ τὴν εἰς ἑαυτοὺς ἀγάπην ἐκτενῆ ἔχοντες ..... ὡς καλοὶ οἰκόνομοι ποικίλης χάριτος τοῦ θεοῦ.* [*Siber.*]

205. *non poteris*] Fuchte: *non potestis.* [O.]

207. *Omnia sufferto*] Sic Par. Lugd. Gale, Fuchte. Erasmus autem et Siber. *suffer.* [O.]

208. *Orationem deus non exaudit* etc.] Ipsa pene

sunt Salomonis verba Proverb. XXI, 13. *Ὃς φράσσει τὰ ὦτα αὐτοῦ τοῦ μὴ ὑπακοῦσαι ἀσθενοῦς, καὶ αὐτὸς ἐπικαλέσεται, καὶ οὐκ ἔσται ὁ εἰσακούων.* I. Joann. III, 17. Es. I, 15. Jacob. II, 13. *Κρίσις ἀνίλεως τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος.* [*Siber.*]

209. *Sapientia* etc.] Proverb. II, 6. *Κύριος δίδωσι σοφίαν, καὶ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ γνῶσις καὶ σύνεσις.* Sirac. I. *Πᾶσα σοφία παρὰ κυρίου καὶ μετ᾽ αὐτοῦ ἐστιν εἰς τὸν αἰῶνα.* Conf. XXXIX, 6. Exod. XXVIII, 13. Deut. XXXIV, 9. I. Reg. IV, 29. Joh. XI, 6. I. Cor. I, 2. Eph. I, 8. Col. V, 9. Jac. I, 5. [*Idem.*]

213. *in actibus hoc recordare*] Sic Par. Lugd. Gale et Fuchte. Erasmus autem et Siber. *in actibus tuis hoc memorare:* [O.]

218. *sapientis*] Erasm. et Siber. *philosophi*, scil. Christiano sensu. Vide infra ad Nil. Sent. 159. [O.]

219. *hi, nisi auxilia et opem in commune conferant*] Ita Paris Lugd. Gale et Fuchte. Aliter Erasmus et Siber. *horum nisi et possessio communis sit.* [O.]

220. *sapientiam*] Erasm. *philosophiam.* Vide ad Sent. 218. [O.]

221. *adhaerens deo*] Post haec verba, quibus clauditur Sententia, Erasmus et Siberus novam Sententiam inserunt, quae in aliis editionibus desideratur: *Nubere et filios procreare pessimum scias utrumque.* Quae verba videtur ipse Rufinus addidisse, quo filiae suae in Christo sorori Aproniani (vide Praefat.), cujus in gratiam hoc Enchiridion latine vertit, matrimonium dissuaderet, illamque adhortaretur ad capessendam vitam coelibem unique Christo dicatam. Deinde verbis: *Si autem tanquam praelium* etc. apud Erasmum et Siber. nova incipit Sententia. [O.]

222. *Adulter est in suam uxorem* etc.] Ita Paris. Lugd. Gale et Fuchte. Erasmus autem et Siberus: *Adulter etiam propriae uxoris est omnis impudicus, vel amator ardentior.* ex qua lectione hic sensus exit: Qui ardentius, quam par est, amat uxorem suam, vel intemperantius cum illa utitur rebus venereis, cum ipsa quasi adulterium committit. Hancque fuisse Sixti illius sive Xysti Christiani vel ipsius Rufini mentem docent nos duae imitatoris hujus Opusculi, Laurentii Pisani, Sententiae idem significantes, prima (No. 108. pag. 38. ed. Fucht.): *Qui cum uxore miscetur, veluti cum adultera, adulterium facit, et eo gravius peccat, quia sacramentum violat.* altera (No. 327. p. 53.): *Solus continens cum continente Christi matrimonio utuntur: caeteri sub praetextu matrimonii adulteriis.* Et eadem plane dicit

Publius Syrus Sent. 8. *Adulter est uxoris amator acrior,* si vera est Gruteri explicatio citantis Senec. de Const. Sap. Cap. VII. *Ita moechus suae uxoris* appellatur Otho in Disticho illo apud Sueton. Oth. Cap. III. At in alia omnia abit Sententiarum Publii novissimus interpres Germanus J. L. Schwarzius, rectius, ut puto, sic explicans: *Adulter est amator acrior suae uxoris,* h. e. Adulter acriorem sive ardentiorem amorem erga uxorem suam simulat, (ut scil. tegat amoris furtum, omnemque adulterii sui suspicionem ab illa amoveat). Galei autem lectio: *Adulter est in suam uxorem* etc. alium sensum admittit, hunc scil. *Adulter in uxorem est omnis impudicus et* (intell. alius foeminae) *amator ardentior,* quamvis nihil turpe cum ista patraverit. Quae conveniunt cum D. Salvatoris dicto Matth. V, 23. *Πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.* [O.]

223. *Nihil propter solam libidinem facias*] Videtur expressisse Graeca verba, quae servavit nobis Porphyrius ad Marcell. Cap. ult. *Ψιλῆς ἕνεκα ἡδονῆς μηδέποτε χρῆσῃ τοῖς μέρεσιν.* [O.]

224. *Scito, te adulterum esse* etc.] D. Soteris dictum Matth. V, 23. modo allatum. [O.]

Sed et de omni peccato etc.] Tanquam peculiarem Sententiam haec verba efferunt Erasm. et Siber. [O.]

225. *Fidelem*] i. e. *Christianum,* quod semel monuisse sufficiat. [O.]

226. *Fideli mulieri* etc.] *Γυναικὶ κόσμος σωφροσύνη.* [O.]

227. *se nec mulierem gerere*] Sensus videtur esse: *se nec mulierem ferre vel regere posse.* Contorta et e longinquo petita est Siberi explicatio putantis, Sixtum vel Rufinum hic respicere ad mulieres *συνεισάκτους,* quas his temporibus viri, dimisso matrimonio coelibes facti, secum ducebant. [O.]

228. *Mulier pudica* etc.] Salom. Proverb. XII, 6. *Γυνὴ ἀνδρεία στέφανος τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς.* [*Siber.*]

231. *Ut continueris* etc.] Vide Pythag. Aur. Carm. vs. 9 seq. [O.] Pulcherrime Palladas apud Stobaeum:

Νηδὺν ἀναίσχυντον στιβαροῖς ᾔσχυνα λόγοισι,
Σωφροσύνῃ κολάσας ἔντερον ἀργαλέον.
Εἰ γὰρ ἔχω τὸν νοῦν ἐπικείμενον ὕψοθι γαστρὸς,
Πῶς μὴ νικήσω τὴν ὑποτασσομένην;

Conf. locum Pauli Rom. XIII, 14. [*Siber.*]

232. *Devita infidelium laudes*] *Θηρεύουσι τοῖς μὲν*

κυσὶ τοὺς λαγωοὺς οἱ κυνηγοί· τοῖς δ' ἐπαίνοις τοὺς ἀνοήτους οἱ πολλοί. habuimus supra in Simil. Socr. [O.]

233. *Quae gratis accipis a deo* etc.] Servatoris verba sunt Matth. X, 8. *δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε.* [*Siber.*]

234. *Multitudinem fidelium non invenies*] Convenit cum D. Salvatoris effato Matth. XX, 16. *Πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί.* [O.]

Rarum est enim, quod bonum est] His verbis novam incipiunt Sententiam Erasmus et Siberus. Compara Juvenalis verba Sat. XIII. v. 26 seq.

Rari quippe boni: numerus vix est totidem, quot
Thebarum portae, vel divitis ostia Nili.

Sic et Sextus Empiricus: *Μηδεὶς εὑρίσκεται σοφὸς, ἢ σπανίως εὑρίσκεται.* Plura vide ap. Siber. [O.]

236. *Cum argueris sapientem* etc.] Sententia biblica ducta ex Salomon. Proverb. IX, 15. *Ἔλεγχε σοφὸν, καὶ ἀγαπήσει σε.* [*Siber.*] Post hanc Sententiam Siberus et Erasmus aliam inserunt, quae in aliis editionibus desideratur: *Cum argueris, ut sapiens fias, habe gratiam arguentibus.* [O.]

238. *Fidelis volens esse* etc.] Consentit Clemens Alexandr. in Paedagog. Lib. I. Cap. II. *Ἄριστον μὲν οὖν τὸ μηδ' ὅλως ἐξαμαρτάνειν κατὰ μηδένα τρόπον, ὅ, τι φαμὲν εἶναι θεοῦ· δεύτερον δὲ μηδενὸς τῶν κατὰ γνώμην ἐφάψασθαί ποτε τῶν ἀδικημάτων.* [*Siber.*]

239. *Doctrinam* etc.] Vide Porphyr. ad Marcell. Cap. XV. [O.]

240. *Multa velle scire* etc.] *Πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει* Heracliti est sententia ap. Aul. Gell. Lib. XIX. Cap. ult. Plura vide ap. Siber. Conf. Democrat. Sent. 30. 31. [O.]

242. *illam necessario expete*] Erasm. et Siber. *illam specialiter et necessario expete.* [O.]

243. *Sapiens vir parcit* etc.] *Χρόνου φείδου* habuimus supra in VII Sapient. Sent. [O.]

244. *Fiduciam* etc.] *Παῤῥησιάζου μετ' εὐλαβείας.* [*Siber.*]

245. 246. *Excrucient te liberi* etc.] Hae duae Sententiae petitae videntur ex Siracida Cap. XVI. v. 1. 2. *Μὴ ἐπιθύμει τέκνων πλῆθος ἄχρηστον, μηδὲ εὐφραίνου ἐπὶ υἱοῖς ἀσεβέσιν. Ἐὰν πληθύνωσιν, μὴ εὐφραίνου ἐπ' αὐτοῖς, εἰ μὴ ἔστι φόβος Κυρίου μετ' αὐτῶν. Μὴ ἐμπιστεύσῃς τῇ ζωῇ αὐτῶν, καὶ μὴ ἔπεχε ἐπὶ τὸ πλῆθος αὐτῶν· κρείσσων γὰρ εἷς δίκαιος ἢ χίλιοι, καὶ ἀποθανεῖν ἄτεκνον, ἢ ἔχειν τέκνα ἀσεβῆ.* [O.]

247. *Fidelis vir non aegre fert*] Erasm. *Fidelis vir non ingrate fert.* [O.]

abjectionem liberorum] i. e. *amissionem.* Videtur autem, ut bene observat Siberus, Graecus collector scripsisse ἀποβολήν, qua voce usus etiam M. Antoninus Lib. I. §. 8. παρὰ Ἀπολλωνίου τὸ ἐλεύθερον, καὶ τὸ ἀεὶ ὅμοιον ἐν ἀλγηδόσιν ὀξείαις, ἐν ἀποβολῇ τέκνου. [O.]

248. *Vivere quidem non est in nobis* etc.] Τὸ ζῆν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, τὸ δὲ καλῶς ζῆν ἐφ' ἡμῖν. Erasmus et Siber. ponunt hanc Sententiam post 246. [O.]

249. *sapientiae studiosum*] Erasm. et Siber. *philosophum.* [O.]

250. *Stude communiter* etc.] Paulus ad Galat. VI, 10. Ἐργαζόμεθα τὸ ἀγαθὸν εἰς πάντας. [*Siber.*]

251. *adversus sapientiae studiosum* etc.] Iidem *adversus philosophum.* Siberus comparat verba Pauli I. Tim. V, 19. Κατὰ πρεσβυτέρου κατηγορίαν μὴ παραδέχου etc. [O.]

253. *Si vis cum laetitia* etc.] Alexander Aphrodis. in Topic. Aristot. L. II. p. 84. Ὁ σπουδαῖος οὐκ ἔστι πολυπράγμων. et Siracid. Cap. III, 23. Ἐν τοῖς περισσοῖς τῶν ἔργων σου μὴ περιεργάζου· πλείονα γὰρ συνέσεως ἀνθρώπων ὑπεδείχθη σοι. [*Idem.*]

In multis enim etc.] Similiter Aristoteles Polit. Lib. IV. Cap. XV. βέλτιον ἕκαστον ἔργον τυγχάνει τῆς ἐπιμελείας μονοπραγματούσης, ἢ πολυπραγματούσης. [*Idem.*] Erasmus et Siber. haec verba tanquam novam Sententiam separant a praecedentibus. [O.]

254. *Quod non posuisti, ne tollas* etc.] Erasm. et Siber. *non tollas.* Ἃ μὴ ἔθου, μηδ' ἀνέλου, dixit supra Solon in Apophth. 48. Lyc. [O.]

255. *Relinquens*] Ita Gale et Fuchte. Erasm. et Siber. *Derelinquens.* [O.]

liber enim eris etc.] His verbis Erasm. et Siber. novam incipiunt Sententiam. [O.]

257. *Ede citra satietatem*] Non habent Erasm. et Siber. [O.]

259. *Pro reficiendo paupere* etc.] Similiter Clemens Alexandr. Strom. VII. p. 878. describit Christianum verum et beneficum: Αὐτὸς ἑαυτὸν μειονεκτεῖ πρὸς τὸ μὴ ὑπεριδεῖν τὸν ἐν θλίψει γενόμενον ἀδελφόν. [*Siber.*]

260. *Omne poculum* etc.] Ita Xenophon Memorabb. I. Cap. III. §. 6. de Socrate: ποτὸν δὲ πᾶν ἡδὺ ἦν αὐτῷ, διὰ τὸ μὴ πίνειν, εἰ μὴ διψῴη. [O.]

261. *Ebrietatem* etc.] Ἡ μέθη μανίας μελέτη legimus supra in Sent. Pythag. 9. [O.]

262. *belluae similis*] Erasm. et Siber. *fidelis*, ut puto, typorum vitio. [O.] Sic etiam Paulus Epist. ad Titum γαστέρας ἀργὰς καὶ θηρία κακὰ composuit. [*Siber.*]

264. *Turpissimae libidinis*] Intell. voluptatem, τὰ ἀφροδίσια. [O.]

265. *Solent* etc.] Graeca Sexti verba servavit Porphyrius ad Marcell. Cap. XXXIV. init. ubi vide quae observavimus. [O.]

266. *Grandem poenam* etc.] Consentit cum nostro Clemens Alex. Protrept. ad Gent. p. 85. Πόσῳ γοῦν ἄμεινον τοῖς ἀνθρώποις τοῦ τυγχάνειν τῶν ἐπιθυμιῶν τὸ τὴν ἀρχὴν μηδὲ ἐπιθυμεῖν ἐθέλειν, ὧν μὴ δεῖ; et Strom. VII. p. 857. Τοῖς μοχθηροῖς τῶν ἀνθρώπων ἡ εὐχὴ (annon leg. εὐτυχία? O.) βλαβερωτάτη. Εἰ γοῦν καὶ ἃ φασιν εὐτυχήματα αἰτησάμενοι λάβοιεν, βλάπτει λαβόντας αὐτοὺς ἀνεπιστήμονας τῆς χρήσεως αὐτῶν ὑπάρχοντας. [*Siber.*]

nunquam enim sedat] Erasm. *Nunquam enim compescit*, novam his verbis Sententiam inchoans. Sic et Siber. [O.]

adeptio] Erasm. et Siber. *possessio*. [O.]

267. *Non est sapienter factum* etc.] Fuchte non habet hanc Sententiam. Sed post illam Erasmus et Siberus novam addunt, quae in aliis desideratur: *Libidinem necessariam tanquam non necessariam ducito*. [O.]

in quo] Vide quae observavimus supra ad Sent. 21. [O.]

269. *Sapientiae amator*] Erasm. et Siber. *Philosophus*. [O.]

270. *objurgatio*] Sic Paris. Lugd. Gale et Fuchte. *obtrectatio* Erasm. et Siber. [O.] Parisinam lectionem meliorem puto et veram; cujus loco textus Graecus ἐπιτίμησιν aut ἔλεγχον fortassis habuit. Σπανία ἡ ἐπιτίμησις, εὔκαιρος δέ. Complexus est hac Sententia, quicquid Clemens Alexandr. Paedag. Lib. I. Cap. VIII et IX. magna ubertate, insignique discrimine adhibito disseruit, qui Cap. IX. undecim objurgationum species exhibet.

1. Νουθέτησις μὲν οὖν ἐστι ψόγος κηδεμονικὸς νοῦ ἐμποιητικός.
2. Ἐπιτίμησις ἐστι ψόγος ἐπ' αἰσχροῖς πρὸς τὰ καλά.
3. Μέμψις δέ ἐστι ψόγος ὡς ὀλιγωρούντων ἢ ἀμελούντων.
4. Ἐπίπληξις δέ ἐστιν ἐπιτίμησις ἐπιπληκτική, ἢ ψόγος πληκτικός.
5. Ἔλεγχος δέ ἐστι προφορὰ ἁμαρτιῶν εἰς τὸ μέσον ψέγουσα.
6. Φρένωσις δέ ἐστι ψόγος φρενῶν ἐμποιητικός.
7. Λοιδορία δέ ἐστι ψόγος ἐξητασμένος.
8. Ἐπισκοπὴ δέ ἐστι ἐπίπληξις σφοδρά.

9. *Μεμψιμοιρία δέ ἐστι λεῖψεως ψόγος τεχνικῇ βοηθείᾳ.*
10. *Διάσυρσις δέ ἐστι ψόγος διασυρτικός.*
11. *Καταχλευασμὸς δέ ἐστιν ἐπιείμησις νόμιμος.* [*Siber.*]

271. *ne ergo tantum tibi indulgeas, ut risu diffluas*] Ita Lugd. Gale, Fuchte. Erasmus autem et Siber. novam his verbis sententiam incipientes: *Non ergo tibi ipsi indulgeas diffundi, tam subridere, quam resolvi,* quae videntur sic interpolata fuisse ab homine quodam male feriato, tristi et austero, quemcunque risum, sive is lenis sit et modicus, sive dissolutus, tanquam peccatum indignumque homine Christiano facinus damnante; quomodo Macarius Homil. XV. dicit, *οὐ γέλωτα, ἀλλὰ δάκρυα πρέπει Χριστιανοὺς εἶναι.* [O.]

272. *honestatis exemplum*] Erasm. et Siber. *ad honestatis exemplum.* [O.]

273. *Optimum quidem est* etc.] Clementem expressisse videtur Paedagog. Lib. I. p. 146. *Καλὸν μὲν γὰρ τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸν ἁμαρτάνοντα μετανοεῖν· ὥσπερ ἄριστον τὸ ὑγιαίνειν ἀεὶ, καλὸν δὲ καὶ τὸ ἀναφῆλαι τῆς νόσου.* [*Siber.*]

274. *Iactans non est sapiens*] Erasm. et Siber: *Iactans non est philosophus.* [O.] *Ὁ γαυριῶν ἀλαζὼν οὐκ ἔστι φιλόσοφος.* Similiter Paulus Rom. I, 22. *Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν.* et Gal. VI, 3. *Εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι, μηδὲν ὤν, ἑαυτὸν φρεναπατᾷ.* [*Siber.*]

275. *Magnam scito esse* etc.] Graeca Sexti verba vide ap. Demophil. Sent. 28. [O.] Similiter loquutus S. Paulus I. Cor. XI, 19. *Ἡδέως ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων, φρόνιμοι ὄντες.* [*Sib.*]

276. *Turpe ducito* etc.] Proverb. XXVII, 2. *Ἐγκωμιαζέτω σε ὁ πέλας, καὶ τὸ σὸν στόμα, ἀλλότριος, καὶ μὴ τὰ σὰ χείλη.* et II. Cor. XII, 18. *οὐ γὰρ ἑαυτὸν συνιστῶν, ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος, ἀλλ' ὃν ὁ Κύριος συνίστησιν.* [*Siber.*] Conf. Democrat. Sent. 81. [O.]

279. *Ore autem* etc.] Ipsius Sexti verba servavit S. Maximus Confessor: *Συνεχέστερον νόει τὸν θεὸν, ἢ ἀνάπνει.* cum quibus convenit Davidis dictum Psalm. LXIII, 6. *Ἐμνημόνευόν σου ἐπὶ τῆς στρωμνῆς μου, ἐν τοῖς ὄρθροις ἐμελέτων εἰς σέ.* [*Siber.*]

280. *Ea quae oportet* etc.] *Πράττε μαθών.* [O.]

284. *Sapientum divitiae continentia*] *Ῥώμην μεγίστην καὶ πλοῦτον τὴν ἐγκράτειαν κτῆσαι* habuimus supra in Sent. Pythagor. [O.]

285. *Si quid proprium* etc.] Immutavit paullulum Graeca Sexti verba, quae leguntur apud Demophil. Sent. 18. [O.]

286. *Iusta communia servanda*] Ita Gale; ut sensus sit: Communio, i. e. consortium inter homines, iusta servetur.

Aliter Fuchte: *Justo communio servanda*, quae lectio duplicem explicationem admittit, ut v. *Justo* accipiamus vel in casu tertio: *Justo* (homini) *servetur communio inter homines*, i. e. Justus ne segreget se a mortalium consortio secteturque vitam solitariam; vel, quod magis placet, in casu sexto: *Justo* (i. e. justitia, per justitiam) *servetur hominum communio*, (tanquam vinculo). In editt. Erasmi et Siberi deest haec Sententia. Sed illius vice alia inseritur: *Nihil bonum, quod non potest esse commune*. [O.]

287. *Non dicas aliquod alio peccato levius*] Egregie in eandem sententiam Theologus (Gregorius Nazianzenus) Tom. II. Carm. III. p. 60. Num, 272. (ed. Bill.)

Μὴ μικρὸν ἐν κακίῃ φαίης ποτὲ μηδὲ τὸ μικρόν.
Τυτθοῖς ἀντιόωσα, χαμαὶ ὤν οὔ ποτε κύρσεις. [*Siber.*]

Ἴσα τὰ ἁμαρτήματα Stoicorum dogma. Vid., qui veterum testimonia diligentissime collegit, I. Lips. Manud. ad Stoic. Philos. Lib. III. Diss. XXI. Opp. Tom. IV. pag. 806. seqq. ed. Vesal. [O.]

288. *Sicut in benefactis* etc.] Pythagoras ap. Stobaeum Serm. XIV. *Χαῖρε τοῖς ἐλέγχουσί σε μᾶλλον ἢ τοῖς κολακεύουσι· ὡς δ' ἐχθρῶν χείρονας ἐκκρίνου τοὺς κολακεύοντας.* [*Siber.*]

289. *Quorum laudes contemnis* etc.] Similis Demophili Sententia 20. [O.]

eorum] Omittunt Erasm. et Siber. [O.]

290. *sapientis*] Erasm. et Siber. *philosophi.* [O.]

291. *Quantum laboras* etc.] Erasm. et Siber. *Quantum autem laboras.* Graeca Sexti verba servavit Porphyrius ad Marcell. Cap. XXXII. *Ὁ συνετὸς ἀνὴρ καὶ θεοφιλής, ὅσα οἱ ἄλλοι μοχθοῦσι τοῦ σώματος ἕνεκα, τοσαῦτα ὑπὲρ τῆς ψυχῆς σπουδάζεται πονῆσαι.* Conf. Christi verba Matth. XVI, 26. [O.]

294. *Deus bonos actus* etc.] Graeca Sexti verba servavit Porphyrius ad Marcell. Cap. XVI. *Θεὸς δὲ ἄνθρωπον βεβαιοῖ πράσσοντα καλά.* [O.]

295. *Malorum actuum* etc.] Sextus ap. Porphyr. l. l. *Κακῶν δὲ πράξεων κακὸς δαίμων ἡγεμών.* Sic et in N. Test. I. Joh. III, 8. *Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστίν.* Post hanc Sententiam Erasmus et Siberus novam addunt, quae deest in aliis editt. *Non potuit sapiens compelli facere, quod non videt, sicut nec deus.* [O.]

297. *Deus super opera sua*] Erasm. et Siber. *Deus inter opera sua.* Fuchte: *Deus super omnia sua*, ut puto, typorum vitio. *Εὐσεβέων δὲ βροτοῖς γάννυμαι τόσσον, ὅσσον Ὀλύμπῳ,*

est Apollinis Pythii Oraculum ap. Hierocl. Comment. in Aur. Carm. pag. 24. ed. Needh. [O.]

298. *Nihil tale* etc.] Porphyrius ad Marcell. Cap. XV. fin. *Ὁ δὲ ἄξιος ἄνθρωπος θεοῦ θεὸς ἂν εἴη.* [O.]

300. *Malus vir* etc.] Graeca verba hujus et sequentis Sententiae servavit idem Porphyrius l. l. Cap. XVI. *Ψυχὴ οὖν πονηρὰ φεύγει μὲν θεόν, πρόνοιαν δὲ θεοῦ εἶναι οὐ βούλεται.* [O.]

302. *Omne quod malum est* etc.] Porphyrius l. l. Cap. IX. *Ψυχῆς νόσημα κακία· κακία δὲ πᾶσα αἰσχρόν· τὸ δὲ αἰσχρὸν τῷ καλῷ ἐναντίον· καλοῦ δὲ ὄντος τοῦ θείου, ἀμήχανον αὐτῷ σὺν κακίᾳ πελάζειν.* [O.]

303. *Qui sapit in te* etc.] i. e. *rationem, mentem tuam*, *τὸ λογικὸν καὶ διανοητικόν.* Opp. *τὸ θυμικὸν καὶ ἐπιθυμικόν.* [*Siber.*] Sic et in SS. Literis opponuntur sibi *σάρξ* et *πνεῦμα*, *ἄνθρωπος σαρκικὸς* vel *ψυχικὸς* et *ἄνθρωπος πνευματικός.* [O.]

308. *Sapientem hominem*] Erasm. et Siber. *Philosophum hominem.* [O.]

309. *Tabernaculum quidem* etc.] Duas Sententias, flagitante sensu, in unam conjunximus: alioquin *quidem* non haberet membrum sibi respondens. [O.]

deponere autem posse etc.] Phrasis biblica. II. Petr. I, 14. *Εἰδώς, ὅτι ταχινή ἐστιν ἀπόθεσις τοῦ σκηνώματός μου.* Ceterum conferendus cum nostro Clemens Alexandr. pag. 639. 640. *Ἀπολιπὼν τὴν οἴκησιν καὶ τὴν κτῆσιν, καθάπερ καὶ τὴν χρῆσιν, ἀπροσπαθῶς, προθύμως τῷ ἀπάγοντι τοῦ βίου συνεπόμενος, οὐδαμῶς ὀπίσω κατ' οὐδεμίαν ἀφορμὴν ἐπιστρεφόμενος· εὐχαριστήσας μὲν ἐπὶ τῇ παροικίᾳ, εὐλογῶν δὲ ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ, τὴν μονὴν ἀσπαζόμενος τὴν ἐν οὐρανῷ.* [*Siber.*]

310. *Mortis quidem* etc.] Graece: *Τῷ θανάτῳ μὴ ἐπικηδήσεις.* De *αὐτοχειρίᾳ* loquitur. [*Idem*.] Iterum et eadem de causa duas Sententias (311 et 312. ed. Fucht.) in unam conjunximus. *Τῷ βίῳ μὴ μάχου* legimus supra in Sosiadis VII Sapient. Sentent. [O.]

si quis autem etc.] Siberus comparat Pauli Apostoli verba Act. XXI, 13. *Ἑτοίμως ἔχω οὐ μόνον δεθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου.* [O.]

311. *Sapientem si quis de corpore* etc.] Ita Gale et Fuchte. Erasm. et Siber. *Sapientem de corpore si quis* etc. [O.] Conf. Pauli verba Phil. I, 23. [*Siber.*]

312. *pro imperitia animae*] Erasm. et Siber. *pro imperitia hominis*, quod videtur esse interpretamentum librarii verba ista male intelligentis. *Imperitia animae* scil. h. l. non est

imperitia, quam anima patitur, sed imperitia status vel conditionis animae post fata superstitis. [O.]

313. *Ferrum, quo homines interimuntur* etc.] Ita Paris. Lugd. Gale, Fuchtior Erasmus autem et Siber. *Ferrum quidem, in quo homines interimuntur.* Vide quae supra observavimus ad Sent. 21. [O.]

optimum fuerat] Erasm. et Siber. *optimum quidem fuerat.* Alterutrum *quidem* delendum. [O.] Egregie haec exponit Plinius Hist. Nat. Lib. XXXIV, Cap. XIV. (39. Hard. O.) *Ferrum optimum pessimumque vitae est instrumentum: siquidem hoc tellurem scindimus, serimus arbusta, ponimus pomaria, vites, squalore deciso, annis omnibus cogimus juvenescere. Hoc aptamus tecta, caedimus saxa, omnesque ad alias usus ferro utimur. Sed eodem ad bella, caedes, latrocinia, non cominus solum, sed et missili volucrique, nunc tormentis excusso, nunc lacertis, nunc vero pennato, quam sceleratissimam ingenii humani fraudem arbitror. Siquidem ut mors ocyus veniat ad hominem, alitem illam fecimus, pennasque ferro dedimus. Quamobrem culpa ejus non naturae feratur accepta.* Ceterum Sixtus Christiano suadet, ne apud se instrumentum mortis paratum habeat, praeeunte Christo Petri gladium recondente, Matth. XXVI, 52. [*Siber.*] Etiam Pythagoram ejusque discipulos bella et caedes abhorruisse docet Menagius ad Laert. Vit. Pyth. Lib. VIII. §. 50. [O.]

314. *Nulla simulatio* etc.] Graeca Sexti verba servavit Demophilus Sent. 23. [O.] Conf. Servatoris verba Matth. X, 26. et S. Paulum I. Cor. III, 13. [*Siber.*]

315. *Ut sunt* etc.] Erasm. et Siber. *Prout sunt.* [O.] Similiter Clemens Alexandr. in Protrept. circa finem: *Καὶ γὰρ οὖν ὧδέ πως ἔχει τὰ ἡμέτερα τῶν Χριστοῦ ὀπαδῶν·*

Οἷαι μὲν αἱ βουλαὶ, τοῖοι δὲ χ' οἱ λόγοι·
Ὁποῖοι δ' οἱ λόγοι, τοῖαι δὲ χ' αἱ πράξεις·
Χ' ὁποῖα τἄργα, τοιοῦτος δ' ἐσθ' ὁ βίος. [*Siber.*]

mores enim religiosi etc.] Corrige ex Erasmo et Sibero: *Mores enim religiosi faciunt beatam vitam.* Conf. Demophil. Sent. 4. fin. [O.]

316. *Qui cogitat* etc.] Graeca Sexti verba vide ap. Demophil. Sent. 4. [O.]

ipsa praeveniens ipse] Hinc videmus, apud Demophilum l. l. pro φθάνεις σαυτῷ legendum esse φθάνει αὐτόν. [O.]

317. *Non te* etc.] Erasm. et Siber. *Ne te*, qui post hanc Sententiam aliam addunt, quam non habent editiones Galei et

Fucht.: *Nihil verum majoris pretii ducas, quam petit is, qui accipit.* [O.]

318. *Optime facultatibus utitur* etc.] Vide integrum Siracidae caput XIV. ex quo haec tantum decerpimus: *Ἀνδρὶ μικρολόγῳ οὐ καλὸς ὁ πλοῦτος· καὶ ἀνθρώπῳ βασκάνῳ ἵνα τί χρήματα;* [*Siber.*]

319. *hortare, ne faciat* etc.] Ita Lugd. Paris. Gale et Fuchte. Aliter Erasmus et Siber. *persuade, ne faciat, et si insanabilis est, magis conserva.* [O.]

322. *Stude tua sorte contentus esse*] Erasmus et Siber. *Sufficientiam servare stude.* [O.]

324. *Ministrare aliis* etc.] Quis non videt haec ex ore Servatoris depromta? Matth. XX, 28. *Ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι;* Luc. XXII, 27. in quo, ut ipsemet exemplum praebuit, sic et praeceptum. Marc. IX, 35. *Εἴ τις θέλει πρῶτος εἶναι, ἔσται πάντων ἔσχατος, καὶ πάντων διάκονος.* Matth. XX, 26. Marc. X, 43. Gal. VI, 2. *ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε.* [*Siber.*]

325. *ne graviter ferat*] Erasmus et Siber. *non graviter ferat.* [O.]

326. *Sententiam, quae misericordiam vetat* etc.] Adversus Stoicos calamum stringit misericordiam in vitio ponentes. Dogma illorum: *Ἐλεήμονας μὴ εἶναι σοφούς, συγγνώμην δὲ ἔχειν μηδενί.* Vid. Seneca Lib. II. de Clementia. [*Siber.*]

327. *Qui dat aliquid et imputat* etc.] Sirac. XVIII, 18. *Μωρὸς ἀχαρίστως ὀνειδιεῖ, καὶ δόσις βασκάνου ἐκτήκει ὀφθαλμούς.* et XX, 14. *Ὀλίγα δώσει, καὶ πολλὰ ὀνειδίσει, καὶ ἀνοίξει τὸ στόμα ὡς κῆρυξ· σήμερον δανειεῖ καὶ αὔριον ἀπαιτήσει.* [*Siber.*] Egregie in eundem sententiam Cicero de Amicitia: *Odiosum sane genus hominum, officia exprobrantium, quae meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare, qui contulit.* [O.]

329. *erit merces*] Erasm. et Siber. *hoc erit merces facti tui.* [O.] Simile D. Soteris dictum Matth. VI, 1. 2. et Theophylacti: *Ἐπαινοῦμαι· τὸ πᾶν ἔλαβον.* [*Siber.*]

330. *Si quid dederis, ut* etc.] Erasm. et Siber. *Si quid dederis ita, ut* etc. [O.] Seneca de Benef. Lib. IV. Cap. X. *Non lucrum ex beneficio capto, non voluptatem, non gloriam, non placere contentus; in hoc dabo, ut quod oportet faciam.* et iterum: *Beneficium ejus commodum spectat, cui praestatur, alioquin nobis illud damus.* [*Siber.*]

331. *Iracundiam* etc.] Siracid. VII, 7. *Μὴ ἁμάρτανε εἰς πλῆθος πόλεως, καὶ μὴ καταβάλῃς σεαυτὸν ἐν ὄχλῳ.* [*Idem.*]

333. *Melius est fame mori* etc.] Graeca Sexti verba lege sis apud Demophil. Sent. 39. et Porphyr. ad Marcell. Cap. XXXV. [O.]

334. *Vestimentum* etc.] Porphyrius ad Marcell. Cap. XIV. init. *Τῇ δὲ ψυχῇ τῇ θεοφιλεῖ καὶ τῷ θεοφιλεῖ νῷ· καὶ ἐν τῷ καθαρῷ σώματι ἔστωσαν καὶ πρᾶξις ἀκόλουθος καὶ λόγος.* [O.]

336. *Immundam animam* etc.] Porphyrius l. l. Cap. XXI. init. *Ὅπου δ' ἂν λήθη παρεισέλθῃ θεοῦ, τὸν κακὸν δαίμονα ἀνάγκη ἐνοικεῖν.* [O.]

337. *Fidelem animam* etc.]. In eandem sententiam Iacobus in Epistola Cap. IV. v. 7. *Ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ, καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν.* [O.]

338. *Verbum de deo* etc.] *Οὗ ταῖς δόξαις οὐκ ἂν χρήσαιο, τούτῳ μήτε βίου, μήτε λόγου τοῦ περὶ θεοῦ κοινώνει*, et *Σιγάσθω ὁ περὶ θεοῦ λόγος ἐπὶ πλήθους* verba sunt Sexti apud Porphyrium ad Marcell. Cap. XV. Idem praecipit Pythagoreorum Symbolum: *Θεῶν εἰκόνας ἐν δακτυλίοις μὴ φορεῖν.* et Lysis in Epistola ad Hipparchum pag. 52. edit. nostrae Epist. Socrat. *Ὅπερ κἀμὲ μνᾶσθαι τοῦ τήνου (Πυθαγόρου) θείων καὶ σεμνῶν παραγγελμάτων, μηδὲ κοινὰ ποιῆσθαι τὰ σοφίας ἀγαθὰ τοῖς οὐδ' ὄναρ τὰν ψυχὰν κεκαθαρμένοις.* [O.]

339. *Non est tutum* etc.] Hujus et sequentis Sententiae Graeca verba servavit Demophilus Sent. 25. et Porphyrius ad Marcell. Cap. XV. [O.]

341. *qui non credit*] Erasmus et Siber. *qui non credit esse deum.* Conf. divini Salvatoris monitum Matth. VII, 6. *Μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων.* [O.]

343. *Si immanis non es* etc.] *Οὔτε τινὰ προσῆκεν ἀνοσίων ἔργων μὴ καθαρεύοντα φθέγγεσθαι περὶ θεοῦ* Sexti sunt verba apud Porphyr. ad Marcell. Cap. XV. med. [O.]

345. *Si scis, quod acceptum* etc.] Sic Paris. Gale, Fuchte. Erasm. *Si scis, quia acceptum. Quia* pro *quod* loco infinitivi posito habet etiam Palladius Februar. tit. 13. in fin. *Hoc autem noveris, quia palmes, quod extra ligaturam pendens habuerit, fructu induet.* Conf. Forcellini Lexic. h. v. Siberus: *Si scis, quin acceptum*, ut puto, typorum vitio. [O.]

347. *In multitudine* etc.] Vide Not. ad Sent. 338. [O.]

348. *Verbum de deo* etc.] Hanc Sententiam in duas dispescunt Erasmus et Siber. alteram incipientes verbis: *Melius est animam perdere* etc. [O.]

parcius] Erasmus et Siber. *parcius magis.* De quo duplici

comparativo, apud Scriptores Ecclesiasticos satis frequenti, vide quae observavimus ad Arnobium Lib. VII. Cap. XVIII. Tom. II. pag. 416 seq. [O.]

349. *leo*] Siberus putat, hac voce Sixtum Christianum vel Rufinum alludere ad martyres, qui in publicis spectaculis leonibus objiciebantur. [O.]

350. *Cum tibi minatur tyrannus etc.*] Post hanc Sententiam Erasmus et Siberus novam addunt, quae desideratur apud Gal. et Fucht. *Verbum de deo qui loquitur iis, quibus non licet, proditor dei putandus est.* [O.]

351. *Verbum de deo reticere praestat etc.*] Νόμιζε αἱρετώτερον εἶναι σιγᾶν, ἢ λόγον εἰκῇ προέσθαι περὶ θεοῦ, Graeca sunt ipsius Sexti verba apud Porphyrium ad Marcell. Cap. XV. [O.]

352. *Qui dicit de deo etc.*] Post haec verba sequitur apud Erasmum et Siberum nova Sententia: *Homo, qui nihil habet quod dicat de deo, vere desertus est a deo.* [O.]

359. *Cum oranti etc.*] Apposite comparat Siberus locum Joannis I. Joh. V, 14. 15. *Αὕτη ἐστὶν ἡ παῤῥησία, ἣν ἔχομεν πρὸς αὐτὸν, ὅτι, ἐάν τι αἰτώμεθα κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, ἀκούει ἡμῶν.* [O.]

360. *Dignus deo homo etc.*] *Ὁ δὲ ἄξιος ἄνθρωπος θεοῦ θεὸς ἂν εἴη* Graeca sunt Sexti verba apud Porphyr. ad Marcell. Cap. XV. [O.]

362. *Si non das egenti etc.*] Similis Salomonis Sententia Proverb. XXI, 21. *Ὃς φράσσει τὰ ὦτα αὐτοῦ, τοῦ μὴ ἐπακοῦσαι ἀσθενοῦς, καὶ αὐτὸς ἐπικαλέσεται, καὶ οὐκ ἔσται ὁ εἰσακούων.* [*Siber.*]

364. *Deum qui putat esse etc.*] Videtur Sixtus Christianus vel Rufinus paullulum immutasse Graeca Sexti Pythagorei verba, quae leguntur apud Porphyrium ad Marcellam Cap. XXII. init. [O.]

365. *Optime honorat etc.*] *Καὶ τιμήσεις μὲν ἄριστα τὸν θεὸν, ὅταν τῷ θεῷ τὴν σαυτῆς διάνοιαν ὁμοιώσῃς,* Graeca sunt Sexti verba apud Porphyr. ad Marcell. Cap. XVI. [O.]

366. *eget*] Ita Lugd. Gale, Fuchte. *indiget* Erasm. et Siber. qui comparat Divini Soteris verba Matth. IX, 13. *πορευθέντες μάθετε, τί ἐστιν, Ἔλεον θέλω καὶ οὐ θυσίαν.* [O.]

369. *Praepara et apta te etc.*] E rivulis Siracidae haustum Cap. II. v. 1. *Τέκνον, εἰ προσέρχῃ δουλεύειν κυρίῳ θεῷ, ἑτοίμασον τὴν ψυχήν σου εἰς πειρασμόν. Εὔθυνον τὴν καρδίαν σου, καὶ καρτέρησον, καὶ μὴ σπεύσῃς ἐν καιρῷ ἐπαγωγῆς.* [*Siber.*]

571. *Tyrannus* etc.] Ipsum Servatorem exprimit Matth. X, 28. *Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι.* Conf. II. Maccab. VII, 9. etc. [*Siber.*]

574. *Omnem magis causam* etc.] Clemens Alexandrinus Strom. I. pag. 419. dum inter Platonis et Mosis dogmata comparationem instituit, illum ait *φιλοσοφεῖν πρὸς τὸ ἀξίωμα τοῦ οὐρανοῦ*, Mosen vero *πρὸς ἕνα θεὸν ἀναφέρειν καὶ δικαιοπραγεῖν.* Origenes contra Cels. Lib. IV. pag. 200. (Spencer.) *Πάσης σοφίας πηγὴ καὶ ἀρχὴ πάντα πράσσειν κατ' ἀναφορὰν τοῦ τῷ θεῷ ἀρέσκειν.* [*Idem.*]

576. *amatoris sapientiae*] Erasm. et Siber. *philosophi.* [O.]

in homine] i. e. in corpore, ut saepissime apud Scriptores Ecclesiasticos. Vide quae observavimus ad Arnobium Lib. I. Cap. LV. Tom. I. pag. 549. [O.]

581. *Animam mors non perdit* etc.] Clemens Protrept. ad Gent. p. 89. *Τὰ πάθη ψυχῆς νόσοι. Ἁμαρτίαι δὲ ἀΐδιος θάνατος.* [O.]

582. *te ipsum*] Erasm. et Siber. *et te ipsum.* [O.]

583. *Non est secundum deum vivere* etc.] Repetuntur hic Pauli Apostoli verba Epist. ad Titum II, 11. 12. qui gratiae, nos salutari modo castigantis, hoc esse opus dicit, *ἵνα σωφρόνως, καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι.* Vid. et Ephes. I, 4. et Coloss. I, 22. [*Siber.*]

584. *Hominum infidelium* etc.] Proverb. XV, 9. *βδέλυγμα κυρίῳ ὁδοὶ ἀσεβῶν.* [*Idem.*] Videtur tamen expressisse Demophili Sent. 20. fin. Ceterum post hanc Sententiam Erasmus et Siberus: *Ne te praetereat, ut malo ingenio verba dei ne committas,* quae autem eadem fere est cum 590 et 345. ubi vid. Not. [O.]

585. *Animum de terra* etc.] Non injucundum erit hic scalam sistere, qua ad illud fastigium pervenitur. Doctus Sixti nostri Prodromus (Clemens Alex.) ubi de *ἀγάπη τελειωτικῇ* tradit pag. 808:

1) *Ἀρχὴ τῆς τελειώσεως ἀληθεστάτη παιδείας ἐπιθυμία.*
2) *Φροντὶς δὲ παιδείας ἀγάπη.*
3) *Ἀγάπη δὲ τήρησις νόμων αὐτῆς.*
4) *Προσοχὴ δὲ νόμων βεβαίωσις ἀφθαρσίας.*
5) *Ἀφθαρσία δὲ ἐγγὺς εἶναι ποιεῖ θεοῦ.*
6) *Ἐπιθυμία ἄρα σοφίας ἀνάγει εἰς βασιλείαν.*

Concludit igitur, ex sapientiae fideique desiderio fieri *ἀναγωγὴν εἰς βασιλείαν*, quae est elevatio. Atque id ipsum est, quod Chri-

stus per compendium dixit. [*Siber.*] Videtur Sixtus Christianus vel Rufinus paululum immutasse Sexti Pythagorei sententiam: *Μόνη ἀρετὴ τὴν ψυχὴν ἄνω ἕλκει πρὸς τὸ συγγενές.* Porph. ad Marcell. c. XVI. [O.]

386. *Animae sapientis magnitudinem* etc.] Simile Siracidis dictum XXV, 10. *Ὡς μέγας ὃς εὗρεν σοφίαν, ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὑπὲρ τὸν φοβούμενον τὸν κύριον.* [*Siber.*]

387. *Quaecunque dat mundus* etc.] Non habet Erasmus. Sexti est Sententia servata a Porphyrio ad Marcell. *Οὐκοῦν ἰσχυρὰ οὐδενὸς ὧν καὶ ἡ τύχη δοῦσα πολλάκις ἀφαιρεῖται.* [O.]

388. *Quaecunque dat deus* etc.] Vide supra ad Sent. 34. [O.]

390. *loqui de deo*] Erasm. et Siber. *loqui experimentum de deo.* Vide supra ad Sent. 355. [O.]

391. *Viri periculum* etc.] Graeca Sexti verba servavit Demophilus Sent. 36. [O.]

393. *Operari quidem deo*] Erasm. Fuchte et Siber. *Operari quidem de deo.* [O.]

396. *Pasce animam tuam verbo dei*] Eodem modo Patres Sixto (Pontifici) coaevi loquuti sunt. Clemens Strom. I p. 319. ad verba Joannis VI, 27. *Τροφὴ δὲ καὶ ἡ διὰ τῶν λόγων λαμβάνεται.* et pag. 377. *ἡ κατὰ τὴν πίστιν ἀλήθεια ὡς ἄρτος ἀναγκαῖα πρὸς τὸ ζῆν.* et Strom. VII. p. 896. *διδασκαλία τοῦ σωτῆρος βρῶμα ἡμῖν πνευματικὸν, καὶ πόμα δίψαν οὐκ ἐπιστάμενον, ὕδωρ ζωῆς γνωστικῆς.* Tertullianus Apol. Cap. XXXIX. *Certe fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus.* [*Siber.*] (Ὁ Νοῦς) τροφὴν ... αὐτοῦ ... τῇ ὥσπερ σώματι αὐτοῦ ψυχῇ, habet Porphyr. ad Marcell. Cap. XXVI. [O.]

397. *Illis innascere* etc.] Erasmus et Siber. *In illa innascere,* verbis *Animae, quae indiges* — novam incipientes Sententiam. [O.]

398. *Sapientis anima audit deum* etc.] *Ψυχὴ δὲ σοφοῦ ἁρμόζεται πρὸς θεὸν, ἀεὶ θεὸν ὁρᾷ, σύνεστιν ἀεὶ θεῷ,* ipsa sunt Sexti verba servata a Porphyrio ad Marcell. Cap. XVI. Ceterum haec Sententia in tres divisa legitur ap. Erasmum et Siberum. [O.]

402. *Gaudet enim super his* etc.] Expressit Graeca Sexti Pythagorei verba, quae leguntur apud Porphyrium ad Marcell. Cap. XVI. *Εἰ δὲ χαίρει τῷ ἀρχομένῳ τὸ ἄρχον, καὶ θεὸς σοφοῦ κήδεται καὶ προνοεῖ.* [O.]

Inseparabilis etc.] Novam his verbis Sententiam incipiunt Erasm. et Siber. [O.]

403. *Regitur* etc.] Sextus ap. Porphyr. ad Marcell. Cap. XVI. Καὶ διὰ τοῦτο μακάριος ὁ σοφὸς, ὅτι ἐπιτροπεύεται ὑπὸ θεοῦ. Pro *regitur* Erasm. et Siber. leg. *dispensatur.* [O.]

404. *Anima sapientis ac mens deo probatur*] Erasm. et Siber. ita: *Anima sapientis probabilis apud deum est, sed et mens.* ψυχὴ καὶ νοῦς. [O.]

405. *Sapiens vir* etc.] Graeca verba servavit Demophilus Sent. 6. fin. et Porphyr. ad Marcell. Cap. XVI. [O.]

406. *Venerem* etc.] Clemens Alex. Strom. I. p. 353. Φιλοσοφία ἐπαγγέλλεται ἐγκράτειαν γλώσσης τε καὶ γαστρὸς, καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα· καὶ ἔστι δι' αὐτὴν αἱρετή. [*Siber.*] Conf. Pythag. Aur. Carm. vs. 9. et seqq. et quae ibi commentatus est Hierocles pag. 58. ed. Needh. [O.]

Homo incontinens etc.] Haec verba tanquam nova Sententia ab antecedentibus segregantur in editt. Erasmi et Siberi. [O.]

407. *Hominem scientia dei* etc.] Θεοῦ γὰρ γνῶσις ποιεῖ βραχὺν λόγον sunt ipsius Sexti verba apud Porphyr. ad Marcell. Cap. XX. fin. [O.]

408. *Multis verbis* etc.] Simile D. Salvatoris praeceptum Matth. VI, 7. [O.]

409. *qui dei cognitionem habet*] Ita Lugd. Gale, Fichte. Erasmus autem et Siberus: *qui deum scit.* [O.]

410. *non jactat electum*] *electum* addidi ex Erasmo et Sibero. [O.]

412. *Homo, qui sequeretur* etc.] Comparanda cum his Siracidae verba (Cap. XXXI. Graec. XXXIV.): Ἀνθρώπῳ πεπαιδευμένῳ ἱκανὸν τὸ ὀλίγον, καὶ ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ οὐκ ἀσθμαίνει. Ὕπνος ὑγιείας ἐπὶ ἐντέρῳ μετρίῳ· πόνος ἀγρυπνίας καὶ χολέρας καὶ στρόφου μετ' ἀνδρὸς ἀπλήστου. [*Siber.*]

413. *Fidelis anima* etc.] Origenes contra Cels. Lib. IV. (pag. 226. ed. Spencer.) Τῷ δ' ἀληθεῖ θεῷ τὴν περὶ τῶν μελλόντων γνῶσιν οὐ τοῖς ἀλόγοις χρῆσαι ζώοις, ἀλλὰ ψυχαῖς ἀνθρώπων ἱερωτάταις καὶ καθαρωτάταις, ἅστινας θεοφορεῖ τε καὶ προφήτας ποιεῖ. [*Idem.*]

416. *sicut vestimentum corporis*] Erasm. et Siber. *sicut vestimentum corporis tui.* [O.]

417. *Sapiens mens* etc.] Erasmus et Siber. *Sapientis mens.* Est scil. Sententia Sexti servata a Porphyrio ad Marcellam Cap. XIII. Ἔσοπτρον τοίνυν ὁ μὲν νοῦς τῷ θεῷ, ἐνοπτριζόμενος τῇ ὁμοιώσει θεοῦ. Tandem Erasm. et Siber. opusculum clau-

durit hac Sententia: *Immundae autem animae nil audeant de deo dicere.* [O.]

Annotationes quaedam Editoris in Pseudo-Senecae vel potius Martini Episcopi Dumiensis Libellum de Moribus.

7. *Exspecta, quo nunquam poeniteas*] Si lectio sana est, sensus videtur: Exspecta occasionem, differ facere, quae animo conceperis, ad tempus rebus gerendis opportunum; quo fecisse non poeniteas. Sic Periander apud Demetr. Phaler. *Καιρὸν πρόσμενε.* Sed dubito equidem, annon legendum sit: *Exspecta* (a deo scil.), *quod nunquam poeniteas* (accepisse). vel etiam: *Effexis* aut *Effecta* (de qua tamen forma haud scio, an medio aevo in usu fuerit), *quod nunquam poeniteat*; ut sit ejusdem Periandri sententia: *Πρᾶττε ἀμεταμέλητα.* [O.]

11. *Tristitiam* etc.] Publii Syri Codex Frising. *Tristitiam, si potes, cave ne admiseris,* reliquis omissis. [O.]

sin minus, ne ostenderis] In eandem sententiam Periander Demetrii Phalerei: *Δυστυχῶν κρύπτε, ἵνα μὴ τοὺς ἐχθροὺς εὐφράνῃς.* [O.]

13. *aestimanda*] Cod. Frising. *accipienda.* Male. [O.]

14. *ante omnes*] Haec verba desunt in Cod. Frising. [O.]

18. *Monstro similis est avaritia senilis*] Godofredus: *Monstro similis est avaritia unica.* Male et nullo sensu. [O.]

22. *quid habeas*] Melius Cod. Frising. *quid habearis.* Publ. Syrus: *Quid ipse sis, non quid habearis, interest.* [O.]

23. *Nondum es felix* etc.] Cod. Frising. *Nondum es felix, si nondum te turba deridet.* [O.]

24. *contemnere et*] Haec verba omittit Cod. Frising. Male. [O.]

26. *ne quis merito te oderit*] Cod. Fris. *tuo te merito ne quis oderit,* reliquis omissis. [O.]

29. *Abstinebis ab alieno matrimonio*] Quid sibi velit h. l. *alienum matrimonium*, fateor me non intelligere. Num intelligit auctor matrimonium cum peregrina? an vero dissuadere vult matrimonium cum conjuge impari et generis nobilitate et divitiis? quod Pittacus monet supra Apophth. 27. Lyc. *τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.* [O.] Puto hoc dici: *A. ab altus uxore. Matrimonium,* ut graec. *λέχος*, passim dicitur de *uxore.* [*Schaef.*]

30. *cognatis indulgentiam*] Cod. Fris. *cognatis dilectionem.* [O.]

35. *Hoc habet* etc.] Cod. Frising. *Omnis affectus habet, ut in hoc, quod ipse insanit, caeteros furere putet.* Godofredus ita legit: *ut in eo in quo ipse insanit, in idem putet caeteros furere.* [O.]

39. *Stultum est timere* etc.] E Publio Syro. [O.]

quod vitari non potest] Cod. Fris. *quod vitare non potes.* [O.]

42. *Male de te loquuntur homines* etc.] Legendum puto: *Male de te loquantur homines, (bene autem loqui nesciunt,) non quod merearis, sed quod solent ipsi.* Vide Sententiam sequentem. [O.]

44. *Patria tua est, ubicunque bene es*] Publius Syrus: *Patria tua est, ubicunque vixeris bene.* Pseudo-Seneca l. de Remed. fort. *Patria est, ubicunque bene est. Illud autem, per quod bene est, in homine, non in loco, est.* [*Muret.*]

47. *Quis plurimum habet?*] Publius Syrus: *Quis plurimum habet? Is, qui omnium minimum cupit.* [O.]

48. *Quid est dare beneficium* etc.] E Publio Syro. Seneca de Benef. Lib. III. Cap. XV. *Qui dat beneficia, deos imitatur; qui accipit, foeneratores.* [O.]

51. *imo*] Cod. Fris. *imo potius.* [O.]

52. *Amicos secundae res* etc.] Cod. Fris. ita: *Amicos res opimae parant, adversae probant.* [O.]

53. *tacitus*] Cod. Fris. *taciturnus.* [O.]

62. *Qui a multis timetur* etc.] Publ. Syrus: *Necesse est multos timeat, quem multi timent.* [O.]

63. *submitte felicitatem*] *Submittere* i. q. *deprimere, facere, ut spiritus minuat:* ducta locutio a fascibus, qui submittebantur coram potentioribus vel personis sacris. [O.]

65. 66. *Nequitia* etc.] E Publico Syro. [O.]

69. 70. *Inhonesta victoria* etc.] Duas has Sententias Godofredus in unam conjungens ita edidit: *Inhonesta res est suos vincere: satis est potuisse punire.* [O.]

75. *Qui aequo animo* etc.] E Publio Syro, apud quem legitur *miscetur* pro *immiscetur.* [O,]

78. *Utendum est* etc.] Plenius Godofredus: *Utendum est divitiis et non abutendum, ut nec a superioribus contemnaris, nec ab inferioribus timearis.* ubi tamen postrema verba ad aliam Sententiam pertinere videntur. [O.]

79. *Nullum* etc.] Publius Syrus: *Nullum sine teste putaveris suo locum.* [O.]

80. *Excusationem quaerere vitium*] Godofredus: *Excusationem quaerere vitium est; omnia ad deum relinque.* [O.]

81. *Fortior est* etc.]. Salomonis sententia Proverb. XVI, 32. *Κρείσσων ἀνὴρ μακρόθυμος ἰσχυροῦ· ὁ δὲ κρατῶν ὀργῆς κρείσσων τοῦ καταλαμβανομένου πόλιν.* [O]

86. *generositas sensus*] i. e. generositas ingenii, consiliorum animi: *edler Sinn, edle Grundsätze, Maximen.* [O.]

89. *Turpe spectaculum*] Sic et Godofredus. Sed corrigendum e Cod. Frising. *Turbae praebet spectaculum animus aeger.* [O.]

93. *Impotentia occasionis*] Fateor, me haec non intelligere. Num *occasionis* h. l. idem est, quod infra Sent. 110. *erit in occasione,* h. e. ad tempus, temporarium? opp. *diuturnum;* ut sensus sit: *si ad tempus potentia tua non usa fueris, durch einstweiligen Nichtgebrauch deiner Gewalt.* an vero: *si potentia tua non fueris usa occasione,* h. e. quando tempus vel occasio postulat, ut illa non utaris, vel ut mitis sis et clemens? [O.]

94. *Locum tenet* etc.] Cod. Fris. *Proximum ad innocentiam locum tenet verecunda confessio.* [O.]

98. *Quietissimum* etc.] Melius et brevius Cod. Frising. *Quietissime viverent homines, si duo verba tollerent, Meum et Tuum.* [O.]

100. *Vires tuas* etc.] Sic in melius mutavit hujus libelli auctor christianus sententiam ethnici scriptoris, quam habet Cod. Frising. *Vires tuas amici beneficiis, inimici injuriis sentiant.* [O.]

101. *avaritiam*] Cod. Fris. *avarum.* [O.]

102. *scit cum ejus moribus convenire*] eum moribus scil. pecuniae, *ἀπάτη τοῦ πλούτου*, ut ait hominum Salvator Matth. XIII, 22. Conf. Pauli Apostoli verba I. Timoth. VI, 9. [O.]

109. *Si bene te instruxeris* etc.] Cod. Fris. ita: *Si bene te institueris, pudeat fieri deteriorem.* [O.]

114. *Bonis nocet* etc.] Publius Syrus: *Bonis nocet, quisquis pepercerit malis.* Sic Sallustius in Catil. C. LII. *dum paucis sceleratis parcunt, bonos omnes perditum eant.* [O.]

117. *Ut licentiosa mancipia* etc.] Vide supra Pythag. Aur. Carm. v. 9. seq. [O.]

118. *Saepe ea* etc.] Nam *nullus dolor est, quem longinquitas temporis non minuat atque molliat.* [O.]

122. *Consuetudinaria res*] i. e. *res opinionibus hominum vel legibus consuetudinibusque constituta, νόμιμόν τι, etwas conventionelles.* Loquitur autem de ea, quam vulgus hominum

vocat innocentiam, vel de innocentia ejus, qui reus non fit aut a judice absolvitur. [O.]

128. *aliquid blandi admisce*] Sic mutavi pro *aliquid blande*, quod editt. habent. Cod. Fris. *blanditias aliquid*. [O.]

130. *Qui in servos crudelis est* etc.] Melius Cod. Frising. *Qui servis crudelis est, ostendit, in aliis non voluntatem sibi deesse, sed potestatem.* [O.]

137. *Acuit intentio* etc.] Publius Syrus: *Arcum intensio frangit, animum remissio.* quod Plutarchus ad verbum transtulit in libro an seni sit gerenda respublica Opp. pag. 792. Τόξον μὲν γάρ (ὥς φασιν) ἐπιτεινόμενον ῥήγνυται, ψυχὴ δὲ ἀνιεμένη. [O.]

144. *nunc intergemiscit inter socios tuae beatitudinis*] Haec non intelligo, nisi sensus sit: *nunc autem* (scil. dum misericors es) *gemiscit diabolus socios tuae beatitudinis* (h. e. egenos, quos participes facis tuae beatitudinis) *intuens iisque quasi se immiscens*, ut scil. misericordiam tuam aliquando restinguat. [O.]

145. *Fugienda sunt omnibus modis* etc.] Vide supra Pythag. Sent. 26. [O.]

146. *Dixit quidam: amicorum* etc.] Pythagoras scil. Vide Pyth. Sent. 24. [O.]

• *amicum se ipsum esse alterum*] Φιλία ἐστὶ μία ψυχὴ ἐν δυοῖν σωμάτοιν dixit Pythagoras et post eum Aristoteles. Simile Horatii illud I. Od. III. *animae dimidium meae*. Plura veterum scriptorum loca collegit Wetzel. ad Ciceron. Lael. Cap. IV. §. 9. pag. 148. ed. nov. [O.]

Angeli Maji, Jo. Casparis Orellii et Editoris Annotationes in Porphyrii Epistolam ad Marcellam.

Cap. I.

ἐς γάμου ἡλικίαν ἤβην ἐφορμούντων] i. e. *qui a nuptiali aetate prope absunt*, ut bene vertit Angel. Majus. ἐφορμεῖν, *appellere*. Metaphora ducta a navibus, quae portum jam obsident, in eo sunt, ut portum intrent. Vid. Sturz. Lex. Xenophont. h. v. [O.]

οὔτε παιδοποιΐας χάριν τῆς ἀπὸ τοῦ σώματος] Quamvis ferri possit vulgata lectio, malim tamen post v. τοῦ σώματος addere ὁρμώμενος, aut simile quid, ex adverso respondens v. καταλείψεις. [O.]

εἰ φιλοσοφίας τῆς ὀρθῆς ἀντιλάβοιτό ποτε ὑφ' ἡμῖν ἀνατρεφόμενα] Satis cum hoc loco consentit in Porphyrii vita Eunapius, qui et hujus Porphyriani Operis ad Marcellam praeclarus est testis: *Γάμοις* (male editum *γάμοι*) *τε ὁμιλήσας φαίνεται, καὶ πρὸς Μαρκέλλαν γε αὐτοῦ γυναῖκα γενομένην βιβλίον φέρεται, ἥν φησιν ἀγαγέσθαι, καὶ ταῦτα οὖσαν πέντε μητέρα τέκνων, οὐχ ἵνα παῖδας ἐξ αὐτῆς ποιήσηται, ἀλλ' ἵνα οἱ γεγονότες παιδείας τύχωσιν· ἐκ φίλου γὰρ ἦν αὐτοῦ τῇ γυναικὶ τέκνα προϋπάρξαντα.* Miror tamen, ab Eunapio quinque tantum Marcellae liberos commemorari, quum Porphyrius quinque filias duosque mares diserte narret. Et quidem Ambrosianus codex Eunapii (C. 120. part. sup.) emendat illud *γάμος* pro *γάμοις*, verum alteram varietatem non tollit. Obiter noto, vitam quoque Plotini magistri sui scriptam esse a Porphyrio ad quemdam Marcellum, uxoris fortasse consanguineum. Et quidem eam vitam sine dubio adornavit post connubium Porphyrius, quandoquidem de magistro satis grandis natu scripsit. Conf. inferius notas ad Cap. XVI. [*A. Maj.*]

ἀποκλίνοντι] Codex *ἀποκλίνοντα*. [*Idem.*]

οὔτε δι' ἄλλην οἰκονομίαν] Notanda haec phrasis. *διὰ* vel *κατ' οἰκονομίαν* fieri aliquid Graecis dicitur, cum aliud quippiam specie tenus geritur, quam quod vel intenditur, vel revera subest. Sic Antonin. Commentar. Lib. XI. §. 18. *πολλὰ γὰρ κατ' οἰκονομίαν γίνεται*, ubi vide Gataker. Opp. Tom. II. p. 330 seq. Bene reddit Majus: *Neque denique aliquid aliud mihi proposui. Ich habe auch nichts andres damit gesucht, hatte keine selbstsüchtigen Absichten dabei.* [O.]

ἀνυποστάτων] Ita Codex. Sed videtur scribendum *ἀνυποστάντων*. [*Maj.*] Imo optime habet Codicis lectio. *ἀνυπόστατος*, *non sustinens*, *impar oneri ferendo*. *ἀνυφίστημι* vox nihili. [O.]

Cap. II.

κατὰ τὸν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ Σωκράτην] Rem narrat in Phaedone (*Cap.* 11. 12. *pag.* 60 *seq. ed. H. Steph.*) Plato: *Πολλάκις μοι φοιτῶν ἐνύπνιον ἐν τῷ παρελθόντι βίῳ, Ὦ Σώκρατες, ἔφη, μουσικὴν ποίει καὶ ἐργάζου. Καὶ ἐγὼ ἔν γε τῷ πρόσθεν χρόνῳ, ὅπερ ἔπραττον, τοῦτο ὑπελάμβανον αὐτό μοι παρακελεύεσθαί τε καὶ ἐπικελεύειν, ὥσπερ οἱ τοῖς θέουσι διακελευόμενοι· καὶ ἐμοὶ οὕτω τὸ ἐνύπνιον, ὅπερ ἔπραττον, τοῦτο ἐπικελεύειν, μουσικὴν ποιεῖν· ὡς φιλοσοφίας μὲν οὔσης μεγίστης μουσικῆς, ἐμοῦ δὲ οὕτω πράττοντος. Νῦν δ', ἐπειδὴ ἥ τε δίκη ἐγένετο, καὶ ἡ τοῦ θεοῦ ἑορτὴ διεκώλυέ με ἀποθνήσκειν, ἔδοξε χρῆναι, εἰ ἄρα πολλάκις μοι*

προστάττοι τὸ ἐνύπνιον τὴν δημώδη μανικὴν ποιεῖν, μὴ ἀπειθῆσαι αὐτῷ, ἀλλὰ ποιεῖν. Ἀσφαλέστερον γὰρ εἶναι μὴ ἀπιέναι, πρὶν ἀφοσιώσασθαι ποιήσαντα ποιήματα πειθέντα τῷ ἐνυπνίῳ. Οὕτω δὴ πρῶτον μὲν εἰς τὸν θεὸν ἐποίησα, οὗ ἦν ἡ παροῦσα θυσία. [*Maj.*]

ἐν τῇ κωμῳδοτραγῳδίᾳ] Intelligit vitam humanam vel potius statum conjugalem, ubi bona mixta malis. [O.]

περισκελείᾳ] Nota hoc vocabulum. [*Maj.*] περισκέλεια propr. *eversio crurum* vel potius *supplantatio*. Hinc sensu metaphorico *difficultas, perplexitas*, ut h. l. περισκέλεια τῶν ἀναγκαίων, *difficultas, angustiae rerum ad vitam necessariarum*. Utitur hac voce Sextus Empiricus adv. Mathem. Lib. III. §. 57. φησὶ (Ἀριστοτέλης) μὴ ἀδιανόητον εἶναι τὸ ὑπὸ τούτων λεγόμενον μήκος ἀπλατὲς, ἀλλὰ δύνασθαι χωρὶς πάσης περισκελείας εἰς ἔννοιαν ἡμῖν ἐλθεῖν. ubi vid. Fabric. pag. 520. [O.]

πλήν γε ὅτι οὐ περὶ ἡμᾶς etc. etc.] quia videlicet nupsimus sine spe gignendi liberos, quod secus plerique faciunt. Itaque ex matrimonio nihil praeter incommoda percipimus. [*Maj.*] Magis reconditus videtur subesse sensus, quam is, quem indicat Majus, scil. *nos quidem, utpote qui meliores profectus in philosophia fecimus, vel sine legitimo matrimonio mentis tantummodo vinculo satis juncti fuissemus; sed propter eos, qui vulgari modo vivunt, legibus quoque civilibus satisfaciendum duximus.* [*Casp. Orell.*]

Cap. III.

Ἑτέρας δὲ θειοτέρας etc.] scil. ἕνεκα αἰτίας οὐδένα κοινωνὸν ἕτερον τοῦ βίου πεποίηκα, quod repetendum ex initio Capitis praecedentis. [O.]

καθ' ἣν ἀγασθεὶς σου τὴν πρὸς τὴν ὀρθὴν φιλοσοφίαν ἐπιτηδειότητα τῆς φύσεως etc.] D. Cyrillus Alexandr. contra Julian. Lib. VI. (ed. Lips. 1696. Tom. II. p. 209.) se legisse hunc locum Porphyriani Operis ad Marcellam plane declarat his verbis: Πορφύριος τὴν Μαρκέλλαν ὑπεράγασθαι μὲν τῆς φιλοσοφίας φησὶν, εἰσοικίσασθαι δὲ ἀσμένως, καὶ συμβιωτεύειν ἑλέσθαι γαμικῶς: *Porphyrius Marcellae philosophandi studium mirari vehementer se ait, eamque libenter domum duxisse, et cum ea veluti cum uxore consuevisse.* Sic autem Cyrilli verba ipse interpretatus sum, quae in Lipsiensi editione prave convertuntur: *Porphyrius Marcellam philosophiae studium supra modum admiratam* etc., qui sensus tum a Porphyrii qui nunc prodit loco improbatur, tum ab ipsa verbi ἄγαμαι satis cognita grammatica constructione. [*Maj.*]

τὸ εἰς ἐμὲ περιῆκον] *quantum in me fuit, pro virili.* [O.]

ἣν αἰσχυνοίμην ἀφοσιούμενος] Perperam vertit Majus: *quam ego quidem erubescerem rejiciens.* ἀφοσιοῦσθαι est: *religione defungi, animum religione liberare, facere aliquid animi religione solvendi causa.* Vide Wyttenbach. ad Platon. Phaed. pag. 127. Sensus itaque esse videtur: *Erubescerem, si te eatenus tantum instituissem in philosophia, quatenus necesse erat ad animum religione solvendum, vel quatenus exigebat officium mariti, ich würde mich schämen, wenn ich dir nur so viel mitgetheilt hätte, als mir die strenge Pflicht gebot.* Opp. ἀλλ' οὐχὶ πρὸς ἀλήθειαν ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος...... πάντα τὰ εἰς αὐτὴν καὶ δι' αὐτῆς πραχθέντα ὑπομιμνήσκων. [O.] ἀφοσιούμενος vert. *minus perfecte excolens.* [*Casp. Orell.*]

τὴν ἀλήθειαν προτιμώσῃ] In margine Codicis scribitur ἀγαπώσῃ. [*Maj.*]

ἕρμαιον ἡγησαμένῃ] Conf. de hac locutione notissima Ruhnken. ad Timaei Lex. Plat. v. ἕρμαιον, Fischer. ad Platon. Phaedon. Cap. 57. et annott. nostr. ad Memnon. Excerpt. Cap. XL. p. 259. [O.] Nimirum Marcella philosophiae studiosa nupserat libenter philosopho Porphyrio. [*Maj.*]

Cap. IV.

αὐτῆς δόσεως] Num ἀπὸ τῆς δόσεως? [*Casp. Orell.*]

καλούσης δὲ τῆς τῶν Ἑλλήνων χρείας etc. etc.] Multa Porphyrii itinera recensentur ab iis, qui de hoc philosopho aliquid scripserunt, nempe ab Eunapio aliisque veteribus et Holstenio atque Bruckero. Nimirum puer Alexandriam aliasque regiones invisit. Athenis etiam versatum eum constat. Annos natus XX Romam venit, iterum trigesimo aetatis anno. Post quinquennium in Siciliam concessit. Quin et Carthagine aliquamdiu commoratus est. Ex Sicilia tertio Romam venit, ibique diu docuit vitamque finiisse existimatur. Jam iter, de quo heic agitur, quonam vel quando susceptum fuerit, ignoro. Marcellam certe ductam uxorem a se in senium jam vergente scripsit paullo ante Porphyrius Cap. I. Heic autem decimo post nuptias mense ab ea recessisse ait. [*Maj.*]

ὑπακούειν] Ita Cod. ὑπακούειν, quod videtur positum pro ἀκολουθεῖν. Id autem verbum si adesset, converterem: *ut tu quidem mecum venires.* [*Idem.*] ὑπακούειν quidem est *vocanti advenire, praesto esse, vocantem sequi*, ut ap. Xenophontem Cyropaed. Lib. III. Cap. III. §. 11. καὶ ὁπότε δέοι ἢ ὑπακούειν τῷ στρατηγῷ, ἢ παραγγέλλειν τι. Sed pro simplici *comitari* positum hoc verbum frustra quaesivi. [O.] Num distinguendum potius καὶ θεῶν συνεπειγόντων, αὐτοῖς ὑπακούειν μὲν σέ? [*Casp. Orell.*]

Cap. V.

ἀναγκαῖόν σοι παραμυθούμενον τῷ λόγῳ ἄρα ἐπισκέπτειν] Male interpretatus est haec verba Angelus Majus: *necesse est, ut virum tuum scripto te consolantem auscultes. τῷ λόγῳ* conjungendum cum *ἐπισκέπτειν*, ut sensus sit: *necesse est, ut maritum te consolantem ratione* tibi *repraesentes, quasi ante oculos ponas.* [O.]

σαυτῆς καὶ ἐν σεαυτῇ οἴκου κήδεσθαι] Nec horum verborum sensum bene expressit Majus vertens: *tui tuaeque domus curam gerere*, cum vertenda fuissent: *necesse est, ut tibi et in te simul familiae prospicias* (*quae* scil. *salva erit, dum tu salva sis*). [O.]

ἔμπεδα πάντα φυλάσσειν] Odyss. II, 227. [*Maj.*]

καταλειπόμενος] Ita Codex. Nisi mavis scribere *καταλειπομένη*. [*Maj.*]

Φιλοκτήτου ἕλκει μοχθίζοντος] Iliad. II, 723. [*Id.*]

σοὶ δ'] sc. *ἕλκος ἐστί.* [O.]

τὸ εἰς τὴν γένεσιν πτῶμα] Animas scil. e coelo missas in humana corpora delabi opinio fuit cum Porphyrii, tum aliorum Neo-Platonicorum, ex ipso Platone hausta. Vide Notam Maj. ad Cap. sequens. [O.]

τοῦ μόνου ἀσφαλοῦς πείσματος] Vid. supr. ad Similit. Socrat. No. 63. [O.]

ἐκκροῦσαι] Cod. *ἐκκροῦσα.* [*Maj.*]

ἔκδοτον σεαυτὴν τῷ ῥέοντι ποταμῷ τῶν πραγμάτων ἐᾶσαι] Eadem metaphora utitur etiam Arrianus Dissert. Epict. IV. Cap. IX. *καὶ πρῶτον μὲν κατάγνωθι τῶν γινομένων· εἶτα καταγνοὺς μὴ ἀπογνῷς σεαυτοῦ, μηδὲ πάθῃς τὸ τῶν ἀγεννῶν ἀνθρώπων, οἳ ἅπαξ ἐνδόντες εἰσάπαν ἐπέδωκαν ἑαυτούς, καὶ ὡς ὑπὸ ῥεύματος παρεσύρησαν.* Sic et nos dicimus *Fluth, Strudel der Geschäfte.* [O.]

ὡς οὐ διὰ ῥαστώνης ἡ τῶν ὄντων ἀγαθῶν κτῆσις etc.] Rescribendum *ἡ τῶν ὄντως ὄντων κτῆσις* ex Demophili Sentent. 17. [O.]

εἰς ἐκείνους κεκρικόσι τὴν ἀδικίαν ἀναστρέφειν etc.] h. e. *qui potius ducunt atque antiquius in improbos iniquitatem detorquere*, h. e. *exspectare, dum illi scelerum suorum poenas sibi irrogent* (*conscientiae scilicet stimulis agitati*), *quam vero ipsos ab illis poenas sumere.* [O.] Perperum Majus. Sensus esse videtur: *et ita judicantibus iniquitatem istam in ipsos insidiatores recidere (torqueri) potius, quam his nocere, quibus persuasum sit, quidquid adversus eos etsi maxima cum conten-*

tione quis patraverit, haud tamen multum detrimenti ipsis adferre. [*Casp. Orell.*]

Cap. VI.

ὅπερ ἔφην] Capite superiore. [*Maj.*]

θεωρὸν προστησαμένη τὸν λόγον, οὐ τὸ πάθος] Sic, monente jam doctissimo Censore editionis Mediolanensis in Ephemeridibus litterariis Jenensibus ann. 1817. No. 25., verba haec sunt interpungenda, ut sensus sit: *adhibita ratiocinatione vel consideratione, cujus sit haec calamitas,* i. e. *quae tu sis, quae talia patiaris.* Lepida Angeli Maji interpretatio, *sapiente tibi proposita consideratione, cujus haec prima admonitio erit,* orta e vitiosa interpunctione: θεωρὸν προστησαμένη τὸν λόγον· οὐ τὸ πάθος πρῶτον etc. Sed quotusquisque Graecorum sive Graeculorum πάθος dixerit de admonitione? [O.] Distingue et lege: τὸν λόγον, οὐ τὸ πάθος· πρῶτον. *ratione, mente, non affectu utens, ad considerandum: primo* etc. [*Casp. Orell.*]

πρὸς τῶν μελλόντων νόστου δὴ μεμνῆσθαι] nempe in coelum, ex quo emissas animas corporibusque ad tempus immixtas ajebant philosophi aliquot, atque illuc post fata ad deum reverti, quos inter Porphyrius teste Augustino, de Civ. Dei X, 30. *Porphyrius purgatam animam ob hoc reverti ad patrem, ne aliquando jam malorum polluta contagione teneatur. Falso igitur a quibusdam Platonicis est creditus quasi necessarius orbis ille ab eisdem abeundi et ad eadem revertendi.* Quin et libros Porphyrii *de regressu animae* diserte memorat idem Augustinus opere et libro citato Cap. 29. Utitur autem heic Porphyrius locutione Homerica Iliad. X, 509. [*Maj.*]

ὅτι καὶ τὸ ῥεῖα ζώειν] Codex videtur habere τά. Est autem locus apud Homerum Iliad. VI, 138. et Odyss. IV, 805. V, 122. [*Idem.*]

πεπτωκόσι δὲ] Recole superiorem notam. Animas delapsas in corpora ait Porphyrius in Sententia XXXII. [*Idem.*]

βρυκολούμενοι] De v. βρυκολεῖν, *inani spe lactare et decipere,* vid. Valckenaer. ὁ πάνυ ad Ammon. Lib. I. Cap. X. pag. 45 seq. Matthaei V. Cl. ad Joann. Chrysostom. Oratt. select. IV. Tom. II. p. 15. et annotationes nostras ad Epist. Socrat. XXVII. pag. 251. [O.]

Cap. VII.

ἐνήγαγον] Maj. vertit *suadent.* Malim equidem *alliciunt.* [O.]

Τῆς ἀλύσεως] Cod. τῆς λύσεως. [*Maj.*]

τὰ ἐπίπονα τῶν ἡδέων etc.] Vide supra Sentent. Pythagor. 22. [O.]

παντὸς γὰρ καλοῦ κτήματος etc.] Est Demophili Sententia 33. [O.]

Ἀκούεις δὲ καὶ τὸν Ἡρακλέα etc.] Simillimus locus Pseudo-Isocratis in Adhortatione ad Demonicum Prooem. Cap. II. ed. Corai. — Ἡ δὲ τῆς ἀρετῆς κτῆσις ..... τὸν μὲν ὄκνον ψόγον, τὸν δὲ πόνον ἔπαινον ἡγουμένη. Ῥᾴδιον δὲ τοῦτο καταμαθεῖν ἐστιν ἔκ τε τῶν Ἡρακλέους ἄθλων καὶ τῶν Θησέως ἔργων, οἷς ἡ τῶν τρόπων ἀρετὴ τηλικοῦτον εὐδοξίας χαρακτῆρα (τοῖς ἔργοις) ἐπέβαλεν, ὥστε μηδὲν τὸν ἅπαντα χρόνον δύνασθαι λήθην ἐμποιῆσαι τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων. [O.]

Cap. VIII.

εἰ — — μὴ περὶ φαύλων ἡγήσῃ μεμνῆσθαι] Majus vertit: *si — praeclaras opiniones in memoriam revocabis*, quasi scriptum fuisset *περὶ μὴ φαύλων* etc. Sed bene habet vulgata lectio. *si missas feceris, ex memoria exturbaveris res inanes, quae parvi aut nullius plane momenti sunt.* Tunc sequentia verba, *ὧν εἰς ὀρθὴν φιλοσοφίαν παρὰ τῶν θείων ἐτελέσθης*, sic erunt vertenda: *ad quas recte dijudicandas divini sermonis ope initiata es.* [O.]

ἐτελέσθης] Cod. *ἐπελέσθης*. [*Maj.*]

καὶ τῇ αἰσθήσει ὑποπτατός] *ὑποπτατὸς*, *subjectus*, ab *ὑποπτήσσω*. qua voce augenda Lexica. [O.] F. *ὑπόπτωτος*. [*Schaef.*]

τοὐνδόσιμον δὲ μόνον etc.] *Ἐνδόσιμον* in re musica usurpatur pro modulatione sive exordio, quo praecentor sive chori praefectus reliquis praeit. Hesych. *Ἐνδόσιμον — τὸ πρὸ τῆς ᾠδῆς κιθάρισμα.* ubi vid. intpp. pag. 1224. ed. Albert. Conf. qui de h. v. multus est Gataker. ad Antonin. Comment. Lib. XI. §. 20. Opp. Tom. II. pag. 536. et seq. [O.]

ὧν ἔχοντες παρὰ τοῦ δεδωκότος ἐπλανήθημεν] Porphyrii locus hic mirificam lucem haurit a M. Tullio de Senectute XXI. *Dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis et gravi opere perfungimur. Est enim animus coelestis ex altissimo domicilio depressus et quasi demersus in terram, locum divinae naturae aeternitatique contrarium. Sed credo, deos immortales sparsisse animos in corpora humana, ut essent, qui terras tuerentur, quique coelestium ordinem contemplantes imitarentur eum vitae modo atque constantia. Audiebam, Pythagoram Pythagoreosque, incolas paene nostros, qui essent Italici philosophi quondam nominati, nunquam dubitasse, quin*

ex universa mente divina delibatos animos haberemus .... magnoque esse argumento, homines scire pleraque, antequam nati sint, quod jam pueri, cum artes difficiles discant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, ut eas non tum primum accipere videantur, sed reminisci et recordari. [*Maj.*]

Cap. IX.

πᾶν πάθος ψυχῆς etc.] Vide supr. Sent. Pythagor. No. 30. unde pro αὐτοῖς rescripsi αὐτῆς, sensu flagitante. [O.]

οὐκ ἐν πολυμαθείας ἀναλήψει.......παλάξει δὲ] Spatiolum unius vocis in Codice. [*Maj.*] Annon legendum ἀναλήψει μὲν ματαίᾳ. [O.]

παλάξει] Nota vocabulum πάλαξις. [*Maj.*] Omnino rescribendum ἀπαλλάξει δὲ, *sed in affectuum cessatione.* [*Casp. Orell.*]

οὐδὲ ὁ Πλάτων φησὶ θεμιτὸν εἶναι] Sunt ipsa fere verba Platonis in Phaedone (ed. Ficini Francofurt. 1602. p. 51.). [*Maj.*] μὴ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ Phaed. Cap. 13. pag. 18. ed. Wyttenbach. [O.]

καθαρεύειν δεῖ τῶν παθῶν etc.] De purgationibus animae conferatur Porphyrii doctrina in ejus Sentent. XXXIV. edit. Cantabrig. an. 1655. [*Maj.*]

Cap. X.

μελετώσῃ φεύγειν ἀπὸ τοῦ σώματος] Eadem Porphyrii doctrina legitur etiam apud Augustinum de Civ. Dei X, 29. *Intuentes Porphyrium in his ipsis libris, quos de regressu animae scripsit, tam crebro praecipere, omne corpus esse fugiendum, ut anima possit beata permanere cum deo.* [*Maj.*]

καὶ εἰς πλῆθος κατακερματισθέντα etc.] Nimirum Porphyrius hoc ponit inter fundamenta purgationis animae in Sententia XXXIV. συνάγειν αὑτὸν ἀπὸ τοῦ σώματος, καὶ τοῖς οἷον τόποις, πάντως γε μὴν ἀπαθῶς πρὸς αὐτὸ διακείμενον, *colligere semet ipsum a corpore et quasi e diversis locis, ita ut omnino liber sis ab ejus affectibus.* [*Idem.*]

καὶ διαρθροῦν συγκεχυμένας etc.] Sic edidi una voce, διαρθροῦν, scil. πειρωμένη. Majus edens δι' ἀρθροῦν omnia turbat in versione sua. διαρθροῦν τὰς συγκεχυμένας ἐννοίας est: *confusas rerum ideas disponere et explicare congruentesque iterum conjungere, die verworrnen Begriffe auseinander lesen und wieder gehörig zusammen verbinden.* Et gaudeo, mecum in emendatione et explicatione loci consentire patruelem meum, v. διαρθροῦν vertentem *membratim componere.* [O.]

καὶ εἰς φῶς ἕλκειν etc.] *καὶ* redundare videtur. [*Maj.*] Minime redundat, si in praecedentibus legamus *διαφθορεῖν* una voce. [O.]

Cap. XI.

καὶ πᾶσι] Cod. *πάντας*. [*Maj.*]

παρεῖναι τὸ θεῖον] Deum ubique praesentem ait Porphyrius etiam in Sententia XXXI. [*Idem.*]

ἀγάλλοντα .....] Spatium unius vocabuli in Codice. [*Id.*] Ipse Majus vertens: *qui semet spectat in deo tanquam imagine*, supplevisse videtur *τοῦ θεοῦ*. [O.]

πονηρῶν δαιμόνων etc.] De malis geniis saepe Porphyrius in secundo libro de Abstinentia. [*Maj.*]

Cap. XII.

Πάσης πράξεως] Similis Demophili Sententia 13. [O.]

θεὸς δὲ ἀναίτιος] Vide supra ad Sentent. Pythagor. 13. [O.]

εὔκταιον] Cod. *εὔκταιον*. [*Maj.*] L. *εὐκτέον*. [*Schaefer.*]

μάταιος λόγος] Scriptum in Cod. *πόνος*, tum superscriptum *λόγος*. [O.]

Ἃ δὲ κτησάμενος οὐ καθέξεις etc.] Eadem verba legimus in Demophili Sentent. 1. Sed h. l. scribendum videtur: *Ἃ δὲ κτησαμένη*. Nam alloquitur uxorem, et sequitur: *ὧν δὲ τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσα οὐ δεηθήσῃ*. [O.]

δεηθήσῃ] Cod. *δεηθείσῃ*. [*Maj.*]

Cap. XIII.

διέψευσται] Sic edidi pro corrupto *διέψευσθαι*, quod habet editio Mediolan. [O.]

εἰς ἔφεσον τις τὸ σῶμα ποθεῖ etc.] Hanc hausit Porphyrius doctrinam a suo magistro Plotino, in cujus vitae initio scribit ipse Porphyrius: *Πλωτῖνος, ὁ καθ' ἡμᾶς γεγονὼς φιλόσοφος, ἐῴκει μὲν αἰσχυνομένῳ, ὅτι ἐν σώματι εἴη*. Conferantur ejusdem Porphyrii sententiae et Platonis Phaedo. [*Maj.*]

καὶ ἂν .... δοξάζεται] Annon legendum *καὶ ἂν .... δοξάζηται*? Ceterum ferenda fortassis vulgata lectio in Porphyrio, cum recentiores Graeculi *ἂν* pro *ἐὰν* positum etiam cum indicativo construant. Vid. Hermann. ad Viger. pag. 822. ed. nov. Sic habemus infra Cap. XX. *κἂν τὸ στόμα σου διαλέγηται*. [O.]

εἰ δὲ βούλει] *porro* vel h. l. *quin potius*. Vide de hac locutione Ast. V. Cl. ad Platon. Phaedr. pag. 255. [O.]

τὸ σχῆμα] Bene habet haec lectio neque legendum τὸ σῶμα, ex quo quidem ob similem literarum formam facillime oriri potuisset σχῆμα. Σχῆμα est *figura, forma externa oculis subjecta, der äussere sichtbare Mensch.* Vid. Gataker. ad Antonin. Comment. Lib. XI. §. 1. Opp. Tom. II. pag. 319. [O.]

Cap. XIV.

θεοφιλεῖ] Cod. θεοφιλῆ. [*Maj.*]

αἱρετώτερόν σοι ἔστω [λίθον] εἰκῇ βαλεῖν, ἢ λόγον] Spatiolum in Codice relictum explevi vocabulo χρήματα. Praecipiebat sane Pythagoras, teste in ejus vita Porphyrio Pythagoreo sect. 39. παρακαταθήκην μὴ χρημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ λόγων φυλάσσειν. [*Majus.*] Equidem correxi λίθον. Sententiam habuimus supra in Similit. Socr. et Pythagor. No. 104. et in Sexti Sententiis a Rufino conversis No. 144. Repetiit Nilus Sent. 2. [O.]

καὶ τῷ ἡττᾶσθαι etc.] Sexti sunt verba a Rufino versa Sent. 155. [O.]

Μάρτυρες δὲ κακῶν ψευδεῖς λόγων] Legendum videtur: Μάρτυρες δὲ κακῶν διανοιῶν (vel λογισμῶν) ψευδεῖς λόγοι. Nam sine dubio Sexti est sententia, quam Rufinus in Enchirid. No. 74. sic expressit: *Lingua maliloqua indicium est mentis malae.* [O.]

Ἀδύνατον τὸν αὐτὸν φιλόθεόν τε εἶναι καὶ φιλήδονον etc.] Eadem verba vide supra in Demophili Sent. 44. sed auctiora dat Porphyrius. [O.]

Cap. XV.

Λόγον γὰρ θεοῦ etc.] Est Demophili Sent. 25. [O.]

καὶ σιγάσθω etc.] Id nimirum inter praecepta Pythagorae recenset ipse Porphyrius in illius vita sect. 42. Θεῶν εἰκόνας ἐν δακτυλίοις μὴ φορεῖν· τουτέστι τὴν περὶ θεῶν δόξαν καὶ λόγον μὴ πρόχειρον μήτε φανερὸν ἔχειν, μηδ' εἰς πολλοὺς φέρειν. [*Maj.*] Conf. Sext. Sent. ap. Rufin. 348. et quae observavimus supra ad hoc Symbolum Pythagorae No. 28. [O.]

μήτε πάντη] Codex videtur habere πάντα. [*Maj.*]

Ὁ δὲ ἄξιος etc.] *Dignus deo homo deus est in hominibus* verba sunt Sexti apud Rufinum Sent. 360. [O.]

Cap. XVI.

καὶ τιμήσεις etc.] Sexti est Sententia 365. ap. Rufinum. [O.]

ἡ δ' ὁμοίωσις ἔσται διὰ μόνης ἀρετῆς] Eadem

fere sententia legitur apud Porphyrium de Abstinentia III. sect. 26. [*Maj.*]

κακῶν δὲ πράξεων κακὸς δαίμων ἡγεμών] Verba sunt Sexti. Vide ejusd. Sentent. 295. ap. Rufin. [O.]

ψυχὴ οὖν πονηρὰ etc.] Iterum Sexti verba Sentent. ap. Rufin. 301. [O.]

πρόνοιαν etc.] Et haec Sexti verba latine versa a Rufino Sent. 300. [O.]

ἀποστατοῖ] Ita Codex. [*Maj.*]

σύνεστιν ἀεὶ θεῷ] Sexti verba Sent. 136. [O.] Hinc ea, quae de Plotini suique adeo ipsius nescio qua ecstasi incredibiliter narrat Porphyrius prope finem vitae Plotini: *Ἀεὶ σπεύδοντι (Πλωτῖνος) πρὸς τὸ θεῖον, οὗ διὰ πάσης τῆς ψυχῆς ἤρα, ὅτι τι πάντ' ἐποίει, ἀπαλλαγῆναι πικρὸν κῦμ' ἐξυπαλύξαι τοῦ αἱμοβρότου τῆδε βίου. Οὕτως δὲ μάλιστα τούτῳ τῷ δαιμονίῳ φωτὶ πολλάκις ἐνάγοντι ἑαυτὸν εἰς τὸν πρῶτον καὶ ἐπέκεινα θεὸν ταῖς ἐννοίαις καὶ κατὰ τὰς ἐν τῷ Συμποσίῳ ὑφηγημένας ὁδοὺς τῷ Πλάτωνι, ἐφάνη ἐκεῖνος ὁ μήτε μορφὴν μήτε τινὰ ἰδέαν ἔχων, ὑπὲρ δὲ νοῦν καὶ πᾶν τὸ νοητὸν ἱδρυμένος. Ὧι δὴ καὶ ἐγὼ ὁ Πορφύριος ἅπαξ λέγω πλησιάσαι καὶ ἑνωθῆναι, ἔτος ἄγων ἑξηκοστόν τε καὶ ὄγδοον.* [*Maj.*]

μακάριος ὁ σοφὸς etc.] Sexti est Sententia 403. ap. Rufin. [O.]

σοφὸς γὰρ ἀνὴρ etc.] Eadem legimus in Demophili Sentent. 6. [O.]

ἄνθρωπος δὲ ἀμαθὴς etc.] Vide supra Demophili Sent. 7. ibique Not. [O.]

Μόνος γὰρ ἱερεὺς ὁ σοφὸς] Sacerdos dictus est Porphyrius a suo praeceptore Plotino, ut ipse narrat in ejus vita: *Ἐμοῦ ἐν Πλατωνείοις ποίημα ἀναγνόντος τὸν ἱερὸν γάμον, καί τινος διὰ τὸ μυστικῶς πολλὰ μετ' ἐνθουσιασμοῦ ἐπικεκρυμμένως εἰρῆσθαι εἰπόντος, μαίνεσθαι τὸν Πορφύριον, ἐκεῖνος εἰς ἐπήκοον ἔφη πάντων, ἔδειξας ὁμοῦ καὶ τὸν ποιητὴν καὶ τὸν φιλόσοφον καὶ τὸν ἱεροφάντην.* [*Maj.*] At hoc plane alienum a nostro loco. Nam sapientem in genere *ἱερέα* appellat etiam Hierocles. Vide annot. ad Demophili Sent. 7. [O.]

Cap. XVII.

διὰ δὲ τῶν ἔργων τὴν πρὸς θεὸν ἀσκῶν εὐσέβειαν] Augustinus de Civ. Dei XIX, 23. haec refert Porphyrii verba: *Deus quidem, utpote omnium pater, nullius indiget: sed nobis est bene, cum eum per justitiam et castitatem aliasque virtutes adoramus, ipsam vitam precem ad ipsum facientes per*

imitationem et inquisitionem de ipso. Inquisitio enim purgat, inquit, imitatio deificat affectionem ad ipsum operando. [*Maj.*]

ὁ τὰς τῶν πολλῶν δόξαις τῷ θεῷ συνάπτων] Plutarchus in Romulo C. 28. καὶ ὅλως πολλὰ τοιαῦτα μυθολογοῦσι παρὰ τὸ εἰκὸς, ἐκθειάζοντες τὰ θνητὰ τῆς φύσεως ἅμα τοῖς θεοῖς. ubi legendum videtur: ἐκθειάζοντες τὰ θνητὰ, ἢ τὰ τῆς φύσεως ἀνάπτοντες τοῖς θεοῖς. [*Casp. Orell.*]

Σὺ δὲ μηδὲν ἄξιον] Scribendum sine dubio μηδὲν ἀνάξιον. [O.]

Cap. XVIII.

εὐλαβεστάτης] *maxime reverendae, timendae, ehrfurchtgebietend*, passive. Nisi velimus interpretari *sanctissimae, quae cavet sibi ab omni peccatorum labe.* [O.]

Οὐ χολωθέντες etc.] Eadem verba habuimus supra in Demophili Sent. 3. [O.]

Cap. XIX.

καλῶς τοῦτον σέβομεν] Cod. τούτους. [*Maj.*] Legendum τούτοις, scil. ἃ ποιοῦμεν ἢ δοξάζομεν. [*Censor Jen.*]

Οὔτε δάκρυα etc.] Eandem sententiam, sed minus plenam, habuimus supra in Demophili Sent. No. 10. Servavit etiam Hierocles Comment. in Aur. Carm. Pyth. pag. 24. ed. Needham. [O.]

καλῶς ἡδρασμένον] Censor Jenensis mavult ἐφ' ἕδρας μένον. At διαρκῶς ἡδρασμένον, ab ἑδράζω, habet etiam Hierocles l. l. Cod. habet ἠδρασμένον cum spiritu leni. [O.]

Θνητέλια δὲ ἀφρόνων] Habet Sententiam Demophilus No. 22. et Hierocles l. l. pag. 25. [O.]

τῶν εἰκίλασιν] Ita Codex. [*Maj.*] Equidem vix mihi temperare potui, quin in textum reciperem conjecturam lenissimam simul et maxime probabilem Censoris Jenensis εἰς κόλασιν, *in suam (ipsorum scil. qui sacrilegia committunt) poenam, perniciem.* Idem conjecit patruelis meus citans verba Cap. XXV. εἰς κόλασιν δὲ ἀπάγει (scil. ὁ θετὸς νόμος) τὸν ἁλόντα. [O.]

μηδὲ ἐφήμερος ὁ κόσμος ἔστω] ὁ κόσμος, scil. τοῦ θεοῦ ἐν σοὶ, τοῦ νοῦ. [O.]

χώρημα τοῦ πονηροῦ δαίμονος] Sexti est Sententia 55. ubi autem Rufinus vertens *Mala mens chorus est daemonum malorum* legisse videtur χόρευμα. At bene habet χώρημα, *receptaculum, locus, ubi commoratur.* [O.]

Cap. XX.

Ἐὰν οὖν ἀεὶ μνημονεύῃς etc.] Eadem verba paucis mutatis legimus in Demophili Sent. 13. [O.]

πράγματος ἄλλου του] scil. *περὶ*, quod inserendum puto post v. *πρόφασίν τινα* (scil. *κατά*). Alias enim existeret amphilogia, cum nescias, utrum v. *πράγματος ἄλλου* pendeat a *πρίασθαι*, an vero a *διαλέγηται*. Quid quod in hac locutione *περὶ*, nisi apud poetas, aut raro aut nunquam omittitur. [O.]

θεοῦ γὰρ γνῶσις etc.] *Hominem scientia dei paucis verbis uti facit* verba sunt Sexti Sent. 407. apud Rufinum. [O.]

Cap. XXI.

Χώρημα γὰρ ἡ ψυχὴ etc.] Sexti sunt Sententiae apud Rufinum No. 54. 55. [O.]

ἢ θεῶν ἢ δαιμόνων] Hoc videlicet pertinet ad doctrinam theurgicam, de qua plures libros Porphyrium scripsisse exploratum est. Ait vero Augustinus de Civ. Dei X, 9. *Porphyrius animum dicit per quasdam consecrationes theurgicas, quas teletas vocant, idoneam fieri atque aptam susceptioni spirituum et angelorum et ad videndos deos.* Quin de theurgica Porphyrii doctrina conferatur idem Augustinus eodem in libro Cap. 9, 10, 11, 23, 24, 26, 27, 28, 29, 30, 32. [*Maj.*]

καὶ εἰσὶν ἄγγελοι θεῖοί τε] De angelis sermonem fuisse in scriptis Porphyrii testis est Augustinus de Civ. Dei X, 26. *Nescio quomodo (quantum mihi videtur) amicis suis theurgis erubescebat Porphyrius. Nam ista utcumque sapiebat, sed contra multorum deorum cultum non libere defendebat. Et angelos quippe alios esse dicit, qui deorsum descendentes hominibus theurgicis divina pronuntient, alios, qui in terris ea quae patris sunt et altitudinem ejus profunditatemque declarent. Num igitur hos angelos, quorum ministerium est declarare voluntatem patris, credendum est velle nos subdi, nisi ei, cujus nobis annuntiant voluntatem? Unde optime admonet etiam ipse Platonicus, imitandos eos potius, quam invocandos .... Jam distinxisti angelos, qui patris annuntiant voluntatem, ab eis angelis, qui ad theurgos homines, nescio qua deducti arte, descendunt* etc. Legatur etiam locus Porphyrii apud Eusebium Praep. Evang. X, 3. et nota proxime antecedens recolatur. [*Idem.*] Angelorum apud Neo-Pythagoreos et Platonicos crebra mentio. Locus classicus est Hieroclis in Aur. Carm. p. 36. ed. Needh. *Ἥρωας ...... τοὺς δὲ αὐτοὺς καὶ δαίμονας ἀγαθοὺς καλεῖν ἔθος, ὡς ὄντας δαήμονας καὶ ἐπιστήμονας τῶν θείων νόμων· ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀγγέλους, ὡς ἐκφαίνοντας καὶ διαγγέλλοντας ἡμῖν τοὺς πρὸς εὐζωΐαν κανόνας.* Proprie vero ab orientalibus philosophis sic vocatos fuisse daemones illos, qui VII stellarum errantium praesidatum tenere

credebantur, auctor est Scriptor Anonymus Theologumenorum Arithmet. nuperrime editus ab Astio V. Cl. ubi pag. 42 seq. haec leguntur: *Καὶ Βαβυλωνίων οἱ δοκιμώτατοι καὶ Ὀστάνης καὶ Ζωροάστρης ἀγέλας κυρίως καλοῦσι τὰς ἀστρικὰς σφαίρας, ἤτοι παρ᾽ ὅσον τελείως ἄγονται περὶ τὸ κέντρον μόναι παρὰ τὰ σωματικὰ μεγέθη, ἢ ἀπὸ τοῦ σύνδεσμοί πως καὶ συναγωγαὶ χρηματίζειν δογματίζεσθαι παρ᾽ αὐτῶν τῶν φυσικῶν λόγων, ἃς ἀγέλους κατὰ τὰ αὐτὰ καλοῦσιν ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις, κατὰ παρέμπτωσιν δὲ τοῦ γάμμα ἐφθαρμένως ἀγγέλους· διὸ καὶ τοὺς καθ᾽ ἑκάστην τούτων τῶν ἀγγέλων ἐξάρχοντας ἀστέρας καὶ δαίμονας ὁμοίως ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους προσαγορεύεσθαι, οἵπερ εἰσὶν ἑπτὰ τὸν ἀριθμόν, ὥστε ἀγγελία κατὰ τοῦτο ἐτυμώτατα ἡ ἑβδομάς.* Conf. Hug. Grotius in Matth. Cap. I. v. 23. et qui veterum scriptorum ethnicorum testimonia de angelis diligentissime collegit J. A. Fabricius in Bibliographia Antiquaria Cap. VIII. §. 27. pag. 579. ed. Schaffshaus. Ceterum origo hujus doctrinae non in Graecia, sed in Oriente quaerenda. [O.]

καὶ ἀγαθοὶ δαίμονες] Idem Augustinus de Civ. Dei X, 9. ait: *Quamquam discernat* (Porphyrius) *a daemonibus angelos, aëria esse loca daemonum, aetheria vel empyrea disserens angelorum* etc. [*Maj.*]

Cap. XXII.

φορᾷ] Vide de hac voce annotationem vel potius brevem dissertationem doctissimi Rosinii ad Epicuri Lib. II. περὶ φύσεως ex Papyris Herculan. Column. I. [O.]

Cap. XXIII.

δίχα τοῦ ὀρθῶς ἐπιτυχὴς θεοῦ] Annon legendum δίχα τοῦ ὀρθῶς ζῆν ἐπιτυχὴς θεοῦ? [O.]

οὐκ ἂν εἴη δίκαιον] Perperam haec verba interpretatus est Majus: *haud aequum esset, οὐκ ἂν εἴη δίκαιον,* scil. τὸ θεῖον. *Minime justus esset deus eandem retributionem ab omnibus postulans, qui non aequali, sed diversissima sorte fruuntur.* [*Cens. Jen.*]

εἰ δὲ τούτων οὐδὲν ἧττον] scil. ἐστὶ τὸ θεῖον. *si muneribus hisce* (nempe προχοαῖς καὶ θυήλαις) *nequaquam vincitur, flectitur summum numen. Οὐδὲν* fortius negat quam simplex οὐ. Vide Bremii Not. ad Epist. Socr. I. pag. 141. nostrae editionis. [O.] Annon legendum *εἰ δὲ τούτων οὐδὲν αἰτεῖ* vel *ζητεῖ?* [*Casp. Orell.*]

πῶς οὐκ ἂν εἴη δίκαιον] *quomodo non justum esset summum numen* (τὸ θεῖον)? non, ut Majus, *quomodo sortis diversitas non aequa est?* [*Censor Jen.*]

Εὔχεσθαι θεῷ οὐ κακὸν, ὡς τὸ ἀχαριστεῖν πονηρότατον] Confer Philonem de virtute (ab Angelo Majo cum ipso hoc Porphyrii Opusculo editum. O.) Cap. XXIII. [*Maj.*]

Cap. XXIV.

Κακῶν ἀνθρώπῳ οὐδεὶς θεὸς αἴτιος] Recole hujus operis Porphyriani Cap. XVII. Jam eandem sententiam recitat Porphyrius de Abstinentia III, 26. [*Maj.*]

Εὐχὴ ἡ μὲν etc.] Vide Sexti Sent. ap. Rufin. 216. [O.]

στοιχεῖα] *cardines* vel *virtutes cardinales.* [O.]

Cap. XXV.

τῶν ἐν αὐταῖς πεπραγμένων] Cod. *πεπραμμένως.* [*Maj.*] Legend. *γεγραμμένος.* [*Cens. Jen.*] Tum delendum *τῶν* et locus ita vertendus: *Et revera* (divina lex) *in ipsis* (animabus rationalibus) *scripta invenitur.* Sed malim equidem legere *τῶν*... *γεγραμμένων*, hoc sensu: *Invenitur* vel *agnoscitur illa lex divina ex veritate illorum, quae inscripta sunt animabus puris rationalibus, aus der Wahrheit dessen, was in vernünftige Seelen gleichsam eingegraben ist, findet* (*oder erkennt*) *man das göttliche Gesetz.* Quae lectio confirmatur verbis capitis sequentis: *ἣν* (*ψυχὴν λογικὴν*) *τρέφει ὁ νοῦς, τὰς ἐν αὐτῇ ἐννοίας, ἃς ἐνετύπωσε καὶ ἐνεχάραξεν, ἐκ τῆς τοῦ θείου νόμου ἀληθείας εἰς ἀναγνώρισιν ἄγων διὰ τοῦ παρ' αὐτοῦ φωτός.* [O.]

ὑπερβαίνεται etc.] Sensus esse videtur: *Proculcatur* (*divina illa lex*) *contemptim ab iis, qui philosophia exculti sibi videntur soluti a corporis dominio, revera autem corpori serviunt.* *διὰ σώματος* conjungendum cum *ὑπερβαίνεται.* [O.]

τῇ ἄγαν φιλοσωματίᾳ] Non dubitavi in textum recipere correctionem patruelis mei. Majus *τῇ ἀγαφιλοσωματίᾳ*, una voce. Male. [O.]

Cap. XXVI.

καὶ οὔτε ὑπερβῆναι τούτου δυνατὸν] Cod. *τούτων.* [*Maj.*] Legendum *τοῦτον*, scil. *τὸν νόμον.* [*Censor Jen.*] Atqui bene habet *τούτου.* Nam aliud est *ὑπερβαίνειν νόμον*, *legem transgredi, violare*, et *ὑπερβαίνειν νόμου*, *superare legem*, h. e. plus facere, quam lex postulat. Alioquin ipse sibi contradiceret Porphyrius. Nam paullo ante Cap. XXV. dixerat: *ὑπερβαίνεται μὲν* (*ὁ θεῖος νόμος*) *καταφρονούμενος ὑπὸ τῶν ὑπεράνω γινομένων τοῦ σώματος.* [O.]

τετυπωμένον] Cod. *τετυμένον.* [*Maj.*]

Οὐ γὰρ σῶμα etc.] Punctum interrogationis posui post

θετέον et versionem correxi, monente patrueli meo. Censor Jenensis mavult: *Ὡς γὰρ σῶμα* etc. [O.]

ἣν τρέφει ὁ νοῦς etc.] Locum hunc optime illustrant ipsius Porphyrii verba Lib. IV. de Abstinentia §. 20. pag. 175. ed. Holsten. Cantabrig. *διάφοροι αἱ τροφαὶ καὶ* (leg. *κατὰ*) *τὸ διάφορον τῶν τρεφομένων. καὶ δεῖ πάντα μὲν τρέφειν, σπουδάζειν δὲ πιαίνειν τὰ ἐν ἡμῖν κυριώτατα. καὶ ψυχῆς οὖν λογικῆς τροφὴ ἡ τηροῦσα λογικήν· νοῦς δὲ αὕτη· ὥστε νῷ θρεπτέον καὶ σπουδαστέον πιαίνειν ἀπὸ τούτου, ἢ ἀπὸ τῶν βρωτῶν τὴν σάρκα.* [O.]

τὸν δὲ θεῖον αὐτῆς ἐξελίττων νόμον διδοὺς etc. etc.] Locus in toto hoc libello difficillimus simul et corruptissimus, cujus sensum neque patruelis meus, neque amici docti, quos consuluit, potuerunt expedire. Suspicabantur tamen, praecipuam corruptelam latere in v. *διδούς*. Si quid in re incerta prorsus ac dubia hariolari liceat, sic legendum conjecerim: *τὸν δὲ θεῖον αὐτῆς* (scil. *τῆς ἀληθείας*) *ἐξελίττων νόμον καὶ διοδεύων ὁ νοῦς* (pro *διδοὺς*) *διὰ τῆς εἰς αὐτὸν ἐμβλέψεως ἐν ταῖς αὐτοῦ ἐπιβολαῖς ἐν ψυχῇ τετυπωμένον ἐξ ἀϊδίου ἐπιγινώσκει.* hoc sensu: *Hanc vero divinam veritatis legem mens* (*die Denkkraft*) *evolvens quasi et pervagans* (i. e. *contemplatione perlustrans*) *agnoscit illam in notis ejus sive formis animae rationali ab aeterno impressam.* *Ἐπιβολαὶ* h. l. sunt *χαρακτῆρες, χαράγματα, ἐκμαγεῖα, formae impressae*, quam hujus vocabuli significationem, doctissime illustratam a summo Hemsterhusio ad Aristophanis Plut. vs. 681. pag. 294. ed. Lips. citante inter alios Arrian. Dissert. Epict. Lib. III. Cap. XXII. *ἰδὲ χαρακτὴρ, ἴδ᾽ ἐπιβολή*, et Creuzero V. Cl. ad Plotin. de Pulchro pag. 582 seq., h. l. unice veram esse docent praecedentia verba: *ἣν* (*ψυχὴν λογικὴν*) *τρέφει ὁ νοῦς, τὰς ἐν αὐτῇ ἐννοίας, ἃς ἐνετύπωσε καὶ ἐνεχάραξεν, ἐκ τῆς τοῦ θείου νόμου ἀληθείας εἰς ἀναγνώρισιν ἄγων.* Pro *ἐν αὐτῇ* legendum videbatur *ἐν ψυχῇ*, cum v. *ψυχὴ* in praecedentibus longius absit, quam ut *ἐν αὐτῇ* ad illam referri possit, et proxime praecesserit *τῆς ἀληθείας*: nisi forte Porphyrius parum correcte, ut solet in hoc opusculo, ipse scripserit *ἐν αὐτῇ, ψυχὴν* intelligens. At judicent acutiores de loco hoc difficillimo. — Si pro *διδοὺς* legamus *διαδὺς* (a *διάδυμι*), fortassis omnia sanata erunt, hoc sensu: *Sed tamen* (scil. *ὁ νοῦς, mens*) *divinam illam legem evolvens illamque contemplationis acie penetrans, perscrutans* (*διαδὺς*), *durch Betrachtung* (*Speculation*) *diess Gesetz durchdringend, es durch und durch schauend, ergründend.* [O.]

Cap. XXVII.

ἐστὶ πλούτου] Leg. *πλοῦτος.* [*Casp. Orell.*]

ὁ μέγιστος πλοῦτός ἐστιν [πενίας]] Videbatur supplendum πενίας, quae vox respondebat superiori πλούτου. [Maj.] ν ἐφελκυστικὸν in ἐστὶν facit, ut credam, Porphyrium scripsisse ἐστὶν ἔνδεια. Sic enim legendum, non ἐνδείας, ut nec πενίας, sed πενία, si sequi velimus lectionem Maji. Sensus est: *si utemur ad id, quod opus est, possessio vel minima divitiae erunt; sin autem ad immoderatas cupiditates, divitiae vel maximae paupertas.* [O.]

πλούσιον, καὶ] Cod. καὶ πλούσιον. [Maj.]

καὶ πρὸς τὰς κενὰς δόξας [πένητα]] Sic videbatur supplendum. [Idem.]

διὰ κακοήθειαν τῆς νόσου] Spatiolum in Codice relictum explevi voce νόσου. [Idem.]

Cap. XXVIII.

Τὰς εὐσεβείας μετιόντας] Num εὐσέβειαν μετιόντα? [Casp. Orell.]

ὁ πολὺς] Insolentius dictum pro οἱ πολλοί, *vulgus.* [O.] Mihi totus locus sic videtur legendus: φοβούμενος γὰρ ὁ πολὺς (nisi hoc quoque corruptum et legendum πλάνης, *erro.*) τὸ λοιπὸν τῆς διαίτης διὰ τὸν πόνον (pro τὸν θεὸν) ἐπὶ πράξεις πορεύεται τὰς μάλιστα τοῦτον (scil. πόνον) παρασκευαζούσας. [Casp. Orell.]

τὰς μάλιστα τοῦτον παρασκευαζούσας] Legendum videtur τὰς μάλιστα τὸν πλοῦτον παρασκευαζούσας, et in sequentibus καὶ πολλοὶ τούτου τυχόντες pro τοῦ πλούτου. [O.]

Cap. XXIX.

αὐτὴν γὰρ ἀορίστους φόβους] Codex αὐτὸν γὰρ etc. [Maj.] Annon legendum αὐτῇ γάρ? [O.]

κρεῖσσον δέ σοι θαῤῥεῖν etc.] Eandem sententiam supra dedimus in Similitud. Socr. et Pythag. No. 114. [O.]

Cap. XXX.

Σαρκὸς δὲ φωνὴ etc.] Sententiam jam habuimus in Sentent. Pythag. No. 20. ubi vid. Not. [O.]

μὴ πεινῆν] Sic restitui, nam πινῆν, quod editio Mediolanensis habet, esset *squalere*, a πῖνος. [O.]

μὴ περὶ μέγα τίθεσθαι ὧν τὸ ἀτυχεῖν] Constructio est: δυστυχοῦντας δὲ οὐ περὶ μέγα τίθεσθαι (τούτους), ὧν τὸ ἀτυχεῖν (ἐστι). [O.]

Cap. XXXI.

Κενὸς ἐκείνου φιλοσόφου λόγος etc.] Praeclaram hanc sententiam a Stobaeo servatam vide supra in Simil. Socr. et Pythag. No. 110. [O.]

μὴ τὰς νόσους τῶν σωμάτων θεραπεύειν] Ita Codex, sed videtur legendum *εἰ μὴ .... θεραπεύει*. [*Maj.*] Stobaeus Serm. VIII. *μὴ τὰς νόσους ἐκβαλλούσης ἀπὸ τῶν σωμάτων*. [O.]

Cap. XXXII.

ἐν καθαρῷ διανοίας τόμῳ] Distinguit Porphyrius animam in duas partes, *τόμους, καθαρὸν* et *ἀκάθαρτον*, vel *λογικὸν καὶ ἄλογον*. Hinc Lib. IV. de Abstinentia §. 20. dicit: *μιαίνει δὲ καὶ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς τῇ συμπλοκῇ τοῦ ἀλόγου θηλυνομένου καὶ τοῦ ἐντὸς ἄῤῥενος* (h. e. *λογικοῦ*). [O.]

φυλάσσῃς] i. e. *recorderis, memoria teneas*. [O.]

τὸ χορίον] Ita proprie et *κατ' ἐξοχὴν* dicitur prima illa et extima membrana, quae foetum ambit, utero proxima est et adhaerescit, sive quod circuli et coronae instar foetum ambiat, (unde *χορίον, corium*, dicitur,) sive quod foetus receptaculum sit eumque contineat, unde Graecis etiam nuncupatur *τὸ χωρίον* (cum *ω*). Vid. Galen. Comment. ad Aphorism. Hippocr. 35. Latini appellant *loca, orum*, in plurali. Conf. qui de h. v. multus est Foesius in Oeconom. Hippocr. h. v. [O.]

οὕτω καὶ τὸ συνηρτώμενον τῇ ψυχῇ παρείσῃ σῶμα] Conf. Porphyrii Sentent. XXXIV. [*Maj.*]

τοσούτῳ μέτρῳ τῷ θείῳ πελάζει] Recole superius Cap. X. cum notis. [*Idem.*]

Cap. XXXIII.

Γυμνὸς δὲ ἀποσταλεὶς etc. etc.] Eadem verba habuimus supra in Demophili Sent. 8. [O.]

'Εδέθημεν γὰρ etc.] De humanae naturae alligationibus loquuntur item Porphyrii Sententiae VII et VIII. [*Maj.*]

μορίοις] Suidas — *Μόριον — τὸ αἰδοῖον μέρος τοῦ σώματος*. Conf. intpp. ad Hesych. v. *μόριον* Tom. II. pag. 619. ed. Alberti et Gorrhaei Definitt. Medic. pag. 409. [O.]

ὅτι μηδ' ἐγώ σοι ὡς τοιαύτῃ προσέσχον] Recole Cap. I. Ait autem in vita Porphyrii Bruckerus (Hist. Philos. Tom. II. Part. 1. p. 248 seq.): *Conjugii opus his hominibus ob grave in materiam corpusque odium valde erat invisum, ut supra de Plotino quoque observavimus, et plura ejus rei exempla in historia hujus sectae* (Eclecticae) *occurrent*. Recte praeterea idem Bruckerus monet, conferendum esse Damascium apud Photium Cod. CCXLII. (pag. 1038.). [*Maj.*]

Cap. XXXIV.

Πολλάκις κόπτουσι τινὰ μέρη etc.] Pro *μέρη* in

margine scriptum videtur *ἔναρα*. [*Maj.*] Rufinus in Enchiridio Sent. 265. hanc Sexti Sententiam ita transtulit: *Solent homines abscindere aliqua membrorum suorum pro sanitate reliquorum. Quanto id praestantius pro pudicitia fiet!* Quare suspicor equidem, locum nostrum esse mutilum et post v. *μέρη* verba quaedam excidisse, fortassis ita supplenda: *ἐπὶ σωτηρίας* (vel *ὑγιείας*) *τῶν ἑτέρων*, vel etiam: *ἐπὶ σωτηρίας τοῦ σώματος* etc [O.]

ὅτι καὶ χαλεπώτερον etc.] Eadem verba habuimus supra ap. Demophil. Sent. 11. [O.]

ἀδύνατον δ' εἶναι ἐλεύθερον etc.] Vide supr. Sent. Pythag. No. 6. [O.]

Cap. XXXV.

αὐτουργία] Cod. *αὐτουργίας*. [*Maj.*]

τῆς φύσεως ἄλλου μὴ δεόμενον] Annon totus locus ita legendus: *καὶ δεῖ ἑκάστῳ τῶν μερῶν, πρὸς ὃ ἡ φύσις κατεσκεύασε, χρῆσθαι τοὺς ἀνθρώπους, τῆς φύσεως ἀλλοτρίου μὴ δεομένους?* ut sit *ἀλλότριον τῆς φύσεως quod alienum est, abhorret a natura.* [O.]

πολλῷ γὰρ κρεῖττον τεθνάναι etc.] Leguntur haec verba etiam ap. Demophilum Sent. 39. [O.]

In Fragmentum Porphyrii poeticum.

v. 5. *ἤροσας*] ab *ἀρόω*, quod, ut et vocabulum *ἄροτος*, de generatione frequentatissimum apud Graecos. Vid. Hemsterhus. *ὁ πάνυ* ad Lucian. Timon. Cap. 17. Tom. I. pag. 372. ed. Bipont. [O.]

v. 11. *Ἡ γένεσις*] Codex habet *ἦν*. [*Maj.*]

v. 13. *καὶ μόνε θνητῶν*] Forte *καὶ οὖρε θνητῶν*. Conjiciebam etiam vel *νόμε* vel *ὄρχαμε θνητῶν*, quod utrumque autem metrum respuit. *Ὄρχαμε* forte, metrum quod attinet, defendi posset hoc Orphei versu Hymn. in Amor. *Αἰθέρος οὐρανίου, πόντου, χθονὸς, ἠδ' ὅσα θνητοῖς.* [*Casp. Orell.*]

v. 18. *Οἵ σε κατ' ἦμαρ* etc.] Imitatio Cleanthis v. 6. *τῷ σε καθυμνήσω καὶ σὸν κράτος αἰὲν ἀείσω.* [*Idem.*]

v. 20. *Τύνη δ' ἐσσὶ πατὴρ* etc.] Eadem sententia est in Hymno Orphico ap. Eusebium Praep. III, 9. [*Maj.*]

v. 28. *ἁρμονία καὶ ἀριθμός*] Legendus Plato in Epinomide (ed. Ficini Francof. an. 1602. pag. 1006. 1007.), quo loco mirabiliter demonstrat, omnes virtutes atque facultates ita e numero manare, ut sine hoc nihil boni esse possit. Constat autem ut ibidem inquit Plato, totam etiam musicam motus et vocum numero indigere. Hinc cognoscimus, quamobrem Porphyrius

deum peculiari quodam jure *harmoniam* et *numerum* dicat. [*Maj.*]

Annotationes in Nili Episcopi Praecepta Moralia.

1. Ἀρχὴ σωτηρίας etc.] Conf. I. Cor. II, 31. [*Schoning.*]

2. Βέλτιον etc.] Vide supra ad Porphyrii Cap. XIV. [O.]

3. Γενοῦ τοῖς πᾶσιν etc.] Job. IV. vs. 16. ὃ μισεῖς, μηδενὶ ποιήσῃς. Conf. Matth. VII. vs. 12. Lactantius: *Radix justitiae et omne fundamentum aequitatis est illud: Vide, ne facias ulli, quod pati nolis.* [*Schon.*]

6. Ζῆν ἄμεινον etc.] Eadem sententia in Stobaei Florilegio Serm. de Prudentia tribuitur Phocioni. [*Neand.*] Vide supra in Similit. Socr. et Pythag. No. 114. et Porphyrii Epist. ad Marcell. Cap. XXIX. [O.]

ἐπὶ στιβάδος] vile stragulum, lectus ex paleis, foliis et gramine, quemadmodum in ea significatione aliquoties apud Theocritum legitur. [*Neand.*]

7. Ἡδὺς etc.] Similis Ecclesiastici (Jesu Siracidae) sententia VI, 16. Φίλος πιστὸς φάρμακον ζωῆς. [*Schon.*]

9. εὐγένεια] Bene vertit Neander *animi integritas.* εὐγένεια scil. et εὐγενὴς inprimis apud scriptores sacros saepissime dicitur de nobilitate animi, quae a virtute proficiscitur. Vid. Suicer. Thes. Ecclesiast. v. εὐγένεια. Sic in Act. Apost. XVII. dicuntur Beroenses εὐγενέστεροι τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ, οἵτινες ἐδέξαντο τὸν λόγον μετὰ πάσης προθυμίας, τὸ καθ' ἡμέραν ἀνακρίνοντες τὰς γραφὰς, εἰ ἔχοι ταῦτα οὕτως. [O.]

12. Μὴ τὸ ἔχειν etc.] In eandem fere sententiam Aristoteles Ethic. Nicom. Lib. IV. Cap. 1. τῆς ἀρετῆς γὰρ καὶ ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι ἐφ' οἷς δεῖ καὶ ὡς δεῖ. [*Schon.*]

14. Ξένος ἐκεῖνος etc.] Conf. I. Cor. V, 1. 2. Hebr. XI, 13 et 14. Similiter Augustinus in Psalm. XXVII. *Haec vita est tabernaculum peregrinantium et militantium et adversus hostem pugnantium, vita aeterna est domus.* [*Idem.*]

15. Ὁ φθονῶν etc.] In veteri heroico dicitur: Ὁ φθόνος αὐτὸς ἑαυτὸν ἑοῖς βελέεσσι δαμάζει. Et Carcini, veteris Tragici, non dissimiles versus apud Gnomologum (Jo. Stobaeum Serm. περὶ φθόνου) leguntur:

> Ἓν δρᾷ μόνον ἴδιον ὧν ποιεῖ φθόνος·
> Αὐτεῖ γὰρ αὐτὸ τὸ κτῆμα τοὺς κεκτημένους. [*Neand.*]

21. ᾧ χρόνος οὐ περισσεύει] *qui non abundat otio, cui nullum tempus sufficit.* (*der keine müssige Zeit findet.* O.) Quod hominibus studiosis sic solet accidere, considerantibus, vi-

tam esse brevem, artem vero longam, quemadmodum dixerunt cum Zenone philosopho Hippocrates, medicorum princeps. Et alius dixit: nullius rei majore penuria laborare homines, quam temporis. [*Idem.*]

22. *Χριστιανοῦ* etc.] id est, non velis tantum dici bonus, sed etiam talis opere esse studeas. [*Neander.*] In eandem sententiam D. Augustinus Epist. 73. *Verus ornatus maxime Christianorum et Christianarum non tantum nullus fucus mendax, verum ne auri quidem vestisque pompa, sed mores boni sunt.* Conf. Epist. Jacob. Cap. III. v. 13. [*Schon.*]

23. *Ψέγειν* etc.] i. e. deum peccati auctorem facere, quod ab ipso etiam ethnici saniores removerunt. *εἰ θεοὶ (γὰρ) τί δρῶσι φαῦλον, οὐκ εἰσὶ θεοί*, ut in versu Euripidis dicitur, quem Justinus etiam Martyr contra gentes usurpavit. [*Neand.*] Legendum videtur: *Ψέγειν θεὸν ἀνεπίληπτον* etc. [O.]

25. *καὶ καθαρῷ*] Dedimus correctionem Neandri. Schoning. *καὶ καθαρὸν.* [O.]

28. *Χαίρειν* etc.] Id est: Noli superbire ob quaecunque tua seu recte facta, seu dona, ne ea a te auferantur illico. [*Neand.*] Conf. I. Cor. X. vs. 12. [*Schon.*]

30. *Πάσης πράξεως* etc.] In versu eleganter dicitur: *Quidquid agas, prudenter agas, et respice finem.* [*Neand.*]

31. *Νύκτωρ* etc.] *Quidquid agas memori mente teneto mori.* [*Idem.*]

33. *φιλοσοφεῖς*] vel *quae studes, inquiris, circa quae occupatus es*, seu *quae disputas, tractasve;* haec enim omnia, quemadmodum multa alia, hoc verbum apud auctores significat: praecipue autem *operam dare sapientiae*, quae ipsam cyclopaediam complectitur. [*Idem.*]

34. *τὸ γὰρ χορτινὸν ἄνθος* etc.] Conf. I. Petr. I. vs. 24. et Jacob. I. v. 10. 11. [*Schon.*]

35. *ἁμαρτιῶν*] *peccatorum*, ut sit sensus: Minus peccatis et vitiis indulgebis, cum crux sit carnis mortificatio quaedam, hominesque eo redigat, ut vel inviti etiam in officio manere cogantur. [*Neand.*]

36. *πολλοὺς γὰρ καὶ μειζόνων ἤλεγξαν*] Id est: tentationes, crux, adversitas te longe praestantiores habitos probarunt, ut palam fieret, quo studio deo ipsiusque verbo fortuna nondum mutata addicti fuissent. seu: in parum laetis solaberis te, quod ab initio optimi et deo gratissimi quique sub cruce fuerint, ut ipsorum fides atque constantia probarentur. [*Idem.*] Augustinus super Psalm. 60. *Vita nostra in hac peregrinatione*

non potest esse sine peccato, sine tentatione, quia profectus noster per tentationem nostram fit, nec sibi quisquam innotescit, nisi tentatus, nec potest coronari, nisi vicerit, nec potest vincere, nisi certaverit, nec potest certare, nisi inimicum et tentationes habuerit. [*Schon.*]

37. **κοινὸν γάρ ἐστι φάρμακον**] Omnibus salutaris est dei longanimitas et patientia, tam probis quam improbis: quod nemo sit usque adeo consummatus, qui ipsius patientia atque bonitate et misericordia non opus habeat: **πάντες γὰρ θεῶν χατέουσι**, etiam ethnicorum judicio. [*Neand.*]

38. **τὸ ἀνώμαλον τοῦ βίου**] Alio sensu haec verba accipienda videntur, si ad prius, alio, si ad posterius sententiae membrum referamus. **τὸ ἀνώμαλον τοῦ βίου**, quod odio habere nobis praecipit Nilus, sine dubio est vita hominis sibi in omnibus inaequalis, cujus actiones non concordant (qualem v. c. Tigellium illum describit Horatius I. Serm. IV.): vitae autem inaequalitate, propter quam deum criminari vetat, videtur intellexisse Nilus humanae sortis conditionem inaequalem et ab hominum actionibus dissonam, qua scil. mali saepe felices, boni autem miseri sunt. Utrumque enim significare potest **τὸ ἀνώμαλον τοῦ βίου**. Pro **ἐπ' αὐτὸ**, quod habent editiones Neandri et Schoningii, edidi **ἐπ' αὐτῷ**, flagitante sensu. [O.]

39. ***Προσέχομεν***] Ita correxit Neander pro **προσευχόμεν**, quod antea legebatur. Sed procul dubio legendum **προσέχωμεν**. [O.]

40. **θεὸς γὰρ ὀνομαζόμενος** etc.] Isidorus: — *Immundos spiritus orationis vincit instantia, quia daemonia per orationem vincuntur.* Conf. Matth. XVII, 21. [*Schon.*]

41. **μετὰ νήψεως** etc.] id est: ne sine discrimine securi, precationi non attendentes quaevis petamus, illicita etiam et vetita. [*Neand.*] **Νῆψις** morali sensu *cautio, circumspectio, vigilantia.* Vid. Suicer. in Thesaur. Eccles. v. *Νηφάλιος*. [O.]

ἵνα αἰτοῦμεν] Si in bono scriptore versaremur; omnino scribendum esset **ἵνα αἰτῶμεν**. Nam *ἵνα* consilium vel finem indicans cum indicativo praesentis numquam conjungitur. Vid. Hermann. ad Viger. pag. 851. Sed in Nilo talia fortassis non exigenda. [O.]

42. **καὶ οὐρανὸς ἡ διάνοιά σου γίνεται**] Male haec reddiderunt Neander et Schoningius: *et coelum sit cogitatio tua.* Immo *coelum sit* vel *erit. und du hast den Himmel im Herzen.* [O.]

45. **Γεώργει ... τὴν διάνοιαν**] **Γεωργεῖν**, *colere*, sensu

metaphorico apud Patres Ecclesiasticos frequentatissimum. Sic *γεωργεῖν τὸν οὐρανὸν, τὴν ἐκκλησίαν, τὸν θάνατον, τὴν ψυχήν.* Vide Suicer. Thesaur. Eccles. h. v. Apud Chrysostomum nil frequentius, v. c. Homil. III. ad Popul. Antioch. *Γεώργησον τὴν ψυχὴν καὶ τὰς ἀκάνθας ἔκτεμε, σπεῖρον τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας, τὰ καλὰ τῆς φιλοσοφίας φυτὰ μετὰ πολλῆς θεράπευε τῆς ἐπιμελείας, καὶ γέγονας γεωργός.* qui locus nostro simillimus. Ceterum huic et aliis Nili Sententiis lucem affundit Manuel Palaeologus in Praeceptis educationis regiae Cap. XXVII. pag. 63. ed. Basil. *Νόει μοι τὴν σὴν καρδίαν, οἱονεὶ χρησίμην γῆν τὸ καθ᾽ αὐτὴν οὖσαν, καὶ τῷ κοινῷ τῆς φύσεως αὐχμῷ (λέγω δὲ τὴν προπατορικὴν ἁμαρτίαν, δι᾽ ἣν τῆς χάριτος ἐκπεπτώκαμεν) φύουσαν μηδὲν ὑγιές· εἶτα τῷ βαπτίσματι ὥσπερ ἀρότρῳ τινὶ ἀνακαθαρθεῖσαν θεῷ, καὶ τῇ τοῦ μύρου ἀρδείᾳ ἀπὸ σκληρᾶς εἰς ἁπαλὴν μετενηνεγμένην, καὶ ἐξ ὀσμῆς οὐδὲν ἐχούσης χάριεν εἰς εὐωδεστέραν ἐλθοῦσαν· σπόρον δὲ, τὰς ἐντολὰς δεξαμένην· καὶ τῇ τοῦ ποτηρίου δυνάμει καὶ τῆς τραπέζης τρέφουσαν καὶ αὔξουσαν τὸ καταβληθὲν, καὶ τελειοῦσαν καὶ διασώζουσαν. ζιζάνια δὲ, τῶν ἐχθρῶν τὰς ὑπερβολὰς καὶ τὰς μηχανὰς, οὐχ ἧττον οἶμαι τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων, ἢ τὰς τῶν δαιμόνων αὐτῶν· ὧν καιρὸς εἰς τὸ σπαρῆναι τὸ τῆς διανοίας ἡμῶν ἀμελές ἐστι. πρός γε τὴν αὔξησιν ἡ δύναμις τὸ πρὸς τὰς ἐντολὰς ὀλιγώρως ἡμᾶς ἔχειν. ὥστε τὸ κακὸν ἀληθῶς μᾶλλον ἡμέτερόν ἐστι, τῶν ἐκλελυμένων καὶ ἀναπεπτωκότων, ἢ τῶν ἔξωθεν ἐχθρῶν, οἷς ἡ τῆς λύμης ἰσχὺς, ἡ τῶν ἐκείνους δεχομένων χαυνότης πάντως ἐστίν.* [O.]

47. *Μίσει* etc.] Conf. Coloss. III, 5. 6. II. Petr. I, 11. [*Schon.*]

49. *ἔχθρα δὲ πρὸς τὸν θεὸν*] Conf. Jacob. IV, 4. I. Joh. II, 15. 16. [O.]

ἐξ ἑκατέρου] scil. *τοῦ τρυφᾷν* et *τοῦ φιλεῖν τὸν βίον.* [O.]

50. *τοὺς τρέχοντας*] currentes semper in gaudiis, sine cura, sine cruce luxuriantes. [*Neand.*]

51. *σκόρπιζε*] *σκορπίζειν,* proprie *semina spargere,* apud scriptores sacros speciatim usurpatur de eo, qui liberaliter erogat eleemosynas et largiter dat beneficia. Sic II. Corinth. IX, 9. *ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν.* Conf. Schleusner. in Lexico N. Test. [O.]

52. *καὶ λουτῆρα τὰ δάκρυα*] Eadem comparatione utitur et Gregorius Nyssenus Homil. III. in Ecclesiasten Tom. I. pag. 401. (citatus a Jo. Casp. Suicero in Thesaur. Eccles. v. *λουτρόν*): *κἂν λουτρῶν ἐπιθυμῇς, ἐὰν θέλῃς, ἔχεις καὶ λουτρὸν κατοικίδιον, καὶ κρουνοὺς ἰδίους, δι᾽ ὧν ἔστι τὰς κηλῖδας τῆς ψυχῆς ἀπο-*

νίψασθαι, ᾧ ἐκέχρητο καὶ ὁ μέγας Δαυὶδ κατὰ νύκτα ἀπρεπὲς τῷ τοιούτῳ λουτρῷ. (Psalm. VI, 7.) [O.]

54. *Περιποιοῦ τοὺς πτωχοὺς* etc.] In eandem sententiam Augustinus de Verb. Dom. *Foecundus est ager pauperum, cito reddit donantibus fructum. Via coeli est pauper, per quam venitur ad patrem. Incipe erogare, si non vis errare.* [*Schon.*]

55. *τῶν ἁγίων*] Id est *Christianorum.* Nihil amplius, ut saepissime in Novo Testamento, v. c. in loco nostro simillimo Rom. XII, 13. *ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες.* Conf. Schleusner. in Lexico v. *ἅγιος.* [O.]

56. *Τὴν ἐκκλησίαν* etc.] Id est: *quando es in coetu audientium et profitentium veram doctrinam,* seu: *cum fueris in templo.* Pro utroque enim ponitur *ἐκκλησία.* [*Neand.*] Et posteriori tantum significatione hoc loco positum esse *ἐκκλησίας* vocabulum liquet ex verbo *πάτει.* [O.]

58. *κύλλα*] a *κυλλόω,* quae rarior verbi formatio est pro *κύλλω, κυλλαίνω.* [O.]

παντελῶς δὲ αὐτὴν μὴ καταπεσεῖν φρόντιζε] i. e. *tabescere, concidere posse, ne exserat suas vires et appetat ea, quae sunt carnis et quibus suavissime afficitur.* [*Neand.*] At rectius, puto, verba haec interpretatus est Schoningius vertens *cura, ne caro penitus concidat,* et apposite citans locum Hieronymi in Epistolis: *Corporis debilitas nimia etiam vires animi frangit, mentis quoque ingenium marcescere facit; quicquid cum modo et temperamento fit, salutare est, optimus in omnibus modus, laudabilis utique mensura.* [O.]

59. *Πῖνε τὸν οἶνον* etc.] Iuxta versus Theognidis (vs. 509 seq. ed. Bekker. O.):

Οἶνος πινόμενος πουλὺς κακόν. ἢν δέ τις αὐτὸν
Πίνῃ ἐπισταμένως, οὐ κακὸν, ἀλλ' ἀγαθόν.

et Homerus: *σῖτος καὶ οἶνος μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή.* et: *ἀνδρὶ κεκμηότι οἶνος μέγα μένος ἀέξει.* ut apud eundem (Il. VI, 261.) de vino id praedicat Hecuba filio Hectori e praelio redeunti et defatigato. [*Neand.*] Conf. I. Timoth. V, 23. [*Schon.*]

κολοβοῦται] i. e. *frangit vires, debilitat, contrahit, breviorem reddit* (scil. vitam bibentium), significatione transitiva, a *κολοβόω, decurto, mutilo.* Verbum sacris scriptoribus haud infrequens. vid. Schleusner. Lex. N. Test. et Suicer. Thesaur. Patr. h. v. [O.]

60. *μανίας γάρ ἐστι πατήρ*] Cicero Tusc. IV, 23. *An*

est quidquam similius insaniae, quam ira? quam bene Ennius initium dixit insaniae. [Schon.]

61. Ἐν ταῖς νόσοις etc.] Conf. Epist. Jacob. V, v. 15. 14. [Idem.]

62. Θεοῦ δὲ οἶκον etc.] Conf. I. Cor. III, 16. 17. VI, 19. 20. II. Cor. VI, 16. [O.]

69. τίκτουσα] Subaudi λογισμοὺς, *cogitationes*. [Neand.]

70. τὸ γὰρ αὐτῆς ὕψος etc.] Gregor. Nazianzenus: ταπεινώσει ἕπεται εὐδοξία. Conf. Epist. Jacob. IV. v. 6. [Schon.]

71. ὅσον χαλάσαι etc.] ut languescant et flaccescant carnis ad mala inclinationes. [Neand.]

72. ἀναμόχλευε] ἀναμοχλεύειν propr. *vectibus evertere*, morali sensu *tollere, eradicare, exstirpare*. Conf. qui de h. v. multus est Matthaei ad Chrysostom. Homil. Select. II. No. 59. p. 88. [O.]

74. μὴ τὸν θεὸν etc.] Vetat forte, ne nimium indulgeamus cogitationibus de deo et arcanis, quae scire prohibemur, et quae saepe hominem ad errores etiam abripiunt, quemadmodum docent innumerae illae in Christiana ecclesia haereses: ut sit sensus: μὴ τὸν θεὸν, non deum, quantus est in majestate et gloria sua, cogitationibus tuis angustis capies, sed te ipsum in errorem et mala induces. [Neand.] Non obscura tantum, sed, ut mihi quidem videtur, corrupta etiam sententia. Post v. σεαυτὸν addendum νόει, et post θεὸν per ellipsin supplendum μόνον, ut sensus sit: *Quando tibi aliqua de deo subit cogitatio, non deum (tantum), sed te quoque considera*, scil. qui sis, quam arctis mens tua sit circumscripta limitibus, ne ultra modulum sapias et penetrare coneris impenetrabilia. *Nihil enim tutum est, quod modum excedit* a summo creatore ipsi praescriptum. Hic itaque videtur hujus sententiae sensus, quem plane non intellexit Michael Toxites in paraphrasi sua metrica. [O.]

76. χαυνοῖ] inflat, laxat, levem vanumque facit, ut levibus delectata non curet seria, quae dei sunt, quaeque maxime curata oportebat. [Neand.]

77. Εἰς ἔργα etc.] In libro quodam antiquo, olim in monasteriis usurpato, hos versus legimus:

Nunc lege, nunc ora, nunc cum fervore labora:
Sic erit hora brevis et labor ipse levis. [Neand.]

In eandem sententiam Hieronymus in Epist. *Aliquod opus facito, ut te diabolus inveniat occupatum: non enim ab illo facile capitur, qui bono vacat exercitio.* [Schon.]

78. τρυγῆσαι] *vindemiare*. Contra imperitos loquitur, a quibus studiosi, in docendo et discendo multo cum sudore et

labore, corporis quoque jactura versantes, otii et socordiae saepe accusantur: quibus peculiari Capite respondet Siracides in Panareto suo, quo ablegamus lectorem. [*Neand.*]

82. *Χαῖρε τῇ τῶν ἁγίων ἐντεύξει*] Jesus Siracides XXXVII. v. 15. *ἀλλ' ἢ μετὰ ἀνδρὸς εὐσεβοῦς ἐνδελέχιζε, ὃν ἂν ἐπιγνῷς συντηροῦντα ἐντολὰς κυρίου.* Conf. Cap. VI. v. 34. 35. Seneca Epist. 75. *Nulla res magis honesta inducit, dubiosque et in pravum inclinatos revocat ad rectum, quam bonorum virorum conversatio: paulatim enim descendit in pectora, et vim praecepti obtinet frequenter audiri, frequenter adspici: et est aliquid, quod ex magno viro vel tacente proficias.* Idem Epist. 7. *Cum his versare, qui te meliorem facturi sunt.* [*Schon.*]

83. *ἕκαστον γὰρ δένδρον* etc.] Verba divini Salvatoris Matth. XII, 33. Luc. VI, 44. [*Idem.*]

84. *Ἀεὶ τὸ κερδαίνειν* etc.] Seneca Epist. XI. *Aliquis vir bonus nobis eligendus est et semper ante oculos habendus, ut sic tanquam eo spectante vivamus et omnia tanquam illo vidente faciamus.* [*Idem.*] Conf. Not. ad Sent. 82. [O.]

86. *ὡς τοῦ κτήσαντος*] Neander legendum conjicit *τοῦ κτίσαντος*, vertens *qui exstruxerit*, quod probo. Nam si Nilus voluisset exprimere *possidentis, possessoris*, scripsisset sine dubio *τοῦ κεκτημένου*. [O.]

τὴν εἰκόνα .... τὴν ἑαυτοῦ] Conf. Coloss. III. vs. 10. Sic et Seneca Epist. 32. *Quid aliud voces animam nisi deum in humano corpore hospitem.* et Manilius Lib. IV. *Exemplumque dei quisque est in imagine parva.* [*Schon.*]

μεθοδεύοντος] volentis, ut ad regulam et normam verbi sui vivas. [*Neand.*]

87. *αἱ τῶν βιωτικῶν ὁμιλίαι*] *οἱ βιωτικοὶ* a scriptoribus ecclesiasticis dicuntur proprie *homines hujus vitae curis et negotiis addicti.* Ita Chrysostomus Lib. III. de Sacerdotio Cap. XV. *τί θαυμαστὸν, ἀνθρώπους βιωτικοὺς, καὶ δόξης τῆς παρὰ τῶν πολλῶν ἐρῶντας, καὶ χρημάτων ἕνεκα πάντα πράττοντας ἁμαρτάνειν τοιαῦτα.* Hinc 2. sic appellantur *laici*, v. c. apud eundem Chrysostomum Tom. V. Homil. XXXVII. (Ducaei): *ἀνήρ εἰμι βιωτικὸς, οὐκ ἔστιν ἐμὸν γραφὰς ἀναγινώσκειν, ἀλλ' ἐκείνων τῶν ἀποταξαμένων, τῶν τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων κατειληφότων.* Opp. *ἀσκηταί.* Vid. Suicer. in Thesaur. Eccl. h. v. Tom. I. pag. 695 seq. Sic etiam in hac sententia ascetas sive monachos (in quorum usum conscripsit hanc Paraenesin) dehortatur Nilus a commercio cum laicis. [O.]

90. *τὸ δέλεαρ*] esca ad capiendum praeparata seu propo-

sita. Hoc est: *non inescaberis rebus mundi, non curabis eas, cogitans aeterna et coelestia,* prae quibus σκύβαλον sunt quaecunque in mundo splendida et fulgentia. [*Neand.*] In eandem sententiam Sallustius Catil. 1. *Divitiarum et formae gloria fluxa atque fragilis: virtus clara aeternaque habetur.* et Seneca Epist. 116. *Utinam qui honores petituri sunt, cum ambitiosis, utinam qui divitias optaturi essent, cum divitibus deliberarent: profecto vota mutassent.* [*Schon.*]

92. *ὄψις γάρ ἐστι θεοῦ*] ὄψις h. l. quasi ἀπαύγασμα, *imago viva et expressa dei, der Ausglanz, Abglanz der Gottheit.* vide Creuzer. V. Cl. ad Plotin. de Pulchr. pag. 577. citantem Lex. MS. ὄψις καὶ ἡ πρόσοψις, καὶ ἡ ὁρατικὴ δύναμις· καὶ ὄψις τὸ θεαθέν. [O.]

93. *θρήνει τὸν ἁμαρτωλὸν* etc.] Pium refertur dictum Justini philosophi et martyris, quod tale et hoc loco commemorandum est: Ὅστις δὲ πολὺν χρόνον ἀκόλαστος μένει, τοῦτον δεῖ νομίζειν τὸν ἀτυχέστατον. [*Neand.*]

94. *Μητέρα κακῶν* etc.] Similiter Hieronymus Epist. ad Demetriad. *Nihil in sancto proposito otio deterius est, quod non solummodo non acquirit nova, sed etiam peracta consumit.* [*Schon.*]

98. *παραβλέπεται*] *limis adspicit, non recto vultu intuetur, er geht ihm nicht recht unter die Augen.* Eo jubet loco habere proximum, ne deo ipsiusque gloriae anteponatur, ne violetur religio, quemadmodum ethnicum etiam dixisse legimus: *usque ad aram,* μέχρι βωμοῦ. [*Neand.*] Obscura admodum sententia, ex qua sensum tolerabilem extricare me non posse candide fateor. De vi v. παραβλέπειν vid. Hemsterhuis ad Lucian. Necyomant. Tom. III. pag. 330. ed. Bipont. [O.]

99. *θεοῦ γὰρ ἀνάξιον ποιεῖ* etc.] Haec verba sine dubio corrupta. Sensus flagitat, ut legamus: θεοῦ γὰρ ἀνάξιον ἑαυτὸν ποιεῖ ὁ αὐτοῦ τινὰ προτιμῶν. aut leniore medicina: τοῦτο γὰρ (scil. τὸ προσκεῖσθαι καὶ προσπάσχειν ἑτέρῳ παρὰ τὸν νόμον τοῦ θεοῦ) θεοῦ ἀνάξιον ποιεῖ τὸν αὐτοῦ τινὰ προτιμῶντα. *indignum reddit deo,* i. e. ejus dilectione et auxilio. [O.]

100. *ἀλείφεις*] *ungis,* i. e. agiles, promptos atque expeditos reddis. [*Neand.*] Suidas — Ἄλειψαι αἰτιατικῇ· διεγεῖραι, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν. Εἰς καρτερίαν ἀλείφων τοὺς ἀδικουμένους. Apud patres ecclesiasticos, Chrysostomum inprimis, hac metaphora nil frequentius. Vid. Suicer. Thesaur. Ecclesiast. h. v. Ita Chrysostomus ad verba Christi Matth. XXVI, 39. Opp. Tom. V. ed. Paris. pag. 154. Ἔλεγε Χριστὸς τοῖς μαθηταῖς (Matth. X, 9.)

Μὴ κτήσησθε χρυσὸν μηδὲ ἄργυρον, πρὸς ἀντημαροῦντα αὐτοὺς ἀδελφῶν. [O.]

104. *σύναξις*] Potest h. l. utrumque significare, vel, ut verterunt Neander et Schoningius, *conventum, coetum Christicolarum, die Versammlung der Christengemeinden*, vel etiam *sacram coenam, sacramentum eucharistiae*, quod posterius melius convenit verbo *τελεῖται*, quod proprium de mysteriis. Vide de utraque hujus vocabuli significatione inprimis Suiceri Thesaur. Eccles. [O.]

παράβαλε] *adesto, praesto sis.* Vid. Heindorf. ad Platon. Lys. Cap. 1. pag. 4. [O.]

ψάλλων ἀποστολικὸν εὐαγγέλιον] Quid hoc sibi velit, fateor me non intelligere. *εὐαγγέλιον* quidem scriptoribus ecclesiasticis dicitur *lectio ex evangelio* sive segmentum quoddam Evangeliorum diebus festis et dominicis in ecclesia legi solitum, et *ἀποστολικὸν* similis lectio ex Apostolo, et *ἀποστολευαγγέλιον* lectio ex Evangelio et Apostolo composita. At vero quominus ita accipiamus, vetat verbum *ψάλλων*. Tales enim lectiones non cantabantur, sed legebantur in ecclesia a sacerdotibus vel diaconis, audiebantur vel extrema tantum verba, v. c. doxologiae, repetebantur a populo. Annon indicare voluit his verbis Nilus hymnum aliquem vel canticum sacrum de salutari Jesu Christi in terram adventu Apostolo cuidam attributum et suo tempore in ecclesia cantari solitum, ideoque appellatum *εὐαγγέλιον ἀποστολικόν*? — Jam vero meliora edoctus accipio *εὐαγγέλιον ἀποστολικὸν* de vero quidem ipsorum Apostolorum sive discipulorum Christi Evangelio, cujus selecta quaedam segmenta in psalmorum metrum redacta cantabantur in Christianorum conventibus sacris. Talia enim cantica ex Evangeliis composita praeter Psalmos Davidicos jam antiquitus apud Christianos in usu fuisse, quae, quoniam non ab ipsis Apostolis spiritu divino afflatis, sed ab aliis ecclesiae doctoribus erant confecta, appellabantur *ψαλμοὶ ἰδιωτικοί*, quorum publicus usus postea vetitus fuit in Concilio Laudicensi, testis est Eusebius Hist. Eccles. Lib. V. Cap. XXVIII. *Ψαλμοὶ δὲ ὅσοι καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπαρχῆς ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι, τὸν λόγον τοῦ θεοῦ τὸν Χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες.* et Lib. VII. Cap. XXIV. ubi vide Vales. Not. pag. 157. ed. Amstelaed. Conf. Suicer. Thesaur. Eccles. v. *ψάλλειν*. V. *σύναξις* accipio de ritu sacrae coenae vel eucharistia, ut sensus sit: *Quando eucharistia in ecclesia celebratur, et tu ejus particeps esto; sin minus, canta saltem, antequam abeas, cum aliis fratribus Evangelium Apostolicum vel Psalmos Evangelicos.* [O.]

107. *Εἰ νουθετεῖς τὸν πταίσαντα* etc.] Egregie in

eandem sententiam. Augustinus in Epist. ad Galat. *Quidquid lacerato animo dixeris, punientis est impetus, non charitas corrigentis. Dilige et dic quidquid velis.* [*Schon.*]

108. ὅταν δὲ μὴ τούτοις λαλεῖς etc.] Idem Christus praecipit Matth. VII, 6. [O.]

114. θολὴν] Legendum videtur θολερὴν, quod ex compendio scripturae facile corrumpi potuit in θολὴν. [O.]

116. καὶ τοῦ ἐπὶ πάντων πάντα δεύτερα νόμιζε] Pessime haec verterunt Neander et Schoningius, ille: *et prae eo, in omnibus omnia secundo loco habenda esse existima*, hic: *et ab eo in omnibus omnia secunda esse existima.* τοῦ ἐπὶ πάντων, scil. θεοῦ, *dei, qui est super omnia, summi omnium rerum moderatoris*, ut in Doxologia Paulina Rom. IX, 5. ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. [O.]

117. ἐνδελεχισμοῦ] Ἐνδελεχισμὸς et ἐνδελέχεια, continua animi mobilitas, assiduitas quoque, ut in versu vetere, qui apud Galenum legitur: *Κοιλαίνει πέτραν ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ.* hoc est, ut Ovidius eum reddidit (Epist. ex Pont. IV, 10.): *Gutta cavat lapidem, non vi, sed saepe cadendo.* [*Neand.*] Atqui comparat Nilus preces assiduas cum θυσίᾳ ἐνδελεχισμοῦ, sacrificio quotidiano. Sic enim verterunt Alexandrini עֹלַת תָּמִיד Exod. XXIX, 42. sacrificium illud quotidie mane et vespere a populo Israelitico Jehovae offerri solitum, *das tägliche Brandopfer.* Suidas: Ἐνδελεχισμὸς — ἐπιμονή. ἡ συνήθης θυσία καὶ καθημερινή. ἔθος γὰρ ἦν τοῖς Ἑβραίοις πρωῒ καὶ ἐν ἑσπέρᾳ καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τῷ θεῷ θύειν. Conf. Bonfrer. ad Exod. l. c. pag. 535. Biel. in Thesaur. v. Ἐνδελεχισμός et Wetsten. ad Joann. I, 30. N. Test. Tom. I. pag. 842. [O.]

προσευχὴν αὐτῷ διηνεκῆ πρόσφερε] Egregie Augustinus: *Quid supplicaturus deo locum aptum et sanctum requiris? Interiora tua munda, et omni inde mala cupiditate repulsa, praepara tibi in cordis tui pace secretum. Volens in templo orare in te ora et ita age semper, uti dei templum sis: ibi enim deus exaudit, ubi habitat.* [*Schon.*]

119. καὶ τοῦ μυστικοῦ δείπνου πᾶσαν ἡμέραν μέτεχε] Ex his verbis conjicere licet, Nili adhuc temporibus (initio Seculi V.) sacram coenam quotidie celebratam fuisse a Christianis, quod Basilius Magnus (qui integro fere seculo ante Nilum vixit) suadet in Epistola 289. καὶ τὸ κοινωνεῖν δὲ καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν καὶ μεταλαμβάνειν τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, καλὸν καὶ ἐπωφελές. Melius interroganti, quo-

ties sacra coena sit accipienda, respondet Chrysostomus Homil. 123. Opp. Tom. V. pag. 809. Ἀποδέχομαι οὔτε τοὺς ἅπαξ μετέχοντας, οὔτε τοὺς πολλάκις, οὔτε τοὺς ὀλιγάκις, ἀλλὰ τοὺς μετὰ καθαροῦ συνειδότος, τοὺς μετὰ καθαρᾶς καρδίας, τοὺς μετὰ βίον ἀνεπιλήπτου. Conf. Suicer. Thes. Eccles. v. σύναξις Tom. II. pag. 1145. et seqq. [O.]

120. ἐν οἷς παιδεύῃ] παιδεύειν, παιδεύεσθαι h. l. de castigatione acriori, de poenis et calamitatibus, quae a deo hominibus immittuntur emendationis et correctionis causa, quod vel e sacris literis notissimum, v. c. II. Cor. VI, 9. ὡς παιδευόμενοι καὶ μὴ θανατούμενοι. Vid. Schleusner. Lex. N. Test. h. v. [O.]

121. τῆς μάστιγος] Μάστιξ h. l. et infra Sent. 150. de poenis gravioribus, inprimis futurae vitae, quae a deo impiis infliguntur. Vid. Schleusner. Lex. N. Test. h. v. et Potter. ad Lycophron. v. 436. [O.]

122. Σκιᾷ etc.] Pindarus ἄνθρωπον vocat non umbram tantum, sed somnium de umbra, σκιᾶς ὄναρ. (Pyth. VIII, 136.) Et vulgo dicitur κύκλος τὰ ἀνθρώπινα. [*Neand.*] Eadem humanae vitae cum umbra comparatio haud infrequens in sacris literis, v. c. II. Chron. XXIX. v. 15. et in Libro Sapientiae II. v. 5. et Cap. V. v. 8. 9. [*Schon.*]

123. μικρῷ ἐπὶ μικρὸν προστιθεὶς] Annon legendum μικρὸν ἐπὶ μικρόν? ut in versu illo Hesiodeo Opp. et D.

εἰ γάρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρὸν καταθεῖο,
καὶ θαμὰ τοῦθ᾽ ἔρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο. [O.]

124. εἰ βούλει etc.] Nota est sententia Pindari (Ol. I, 84.): ἀκέρδεια λέλογχεν θαμινὰ κακαγόρως. (et Ol. IX, 55.) ἐπεὶ τό γε λοιδορῆσαι θεοῖς ἐχθρὰ σοφία. [*Neand.*]

126. πολλὰ γάρ εἰσι etc.] Persius Sat. IV, 23.

Ut nemo in sese tentat descendere, nemo:
Sed praecedenti spectatur mantica tergo.

Conf. Fabulam Aesopiam Ὁ δύο πήρας ἐξημμένος (No. 357. ed. Coray. O.) [*Neand.*]

127. μήποτε τὸν θεὸν ἀντιτασσόμενον ἕξεις] Sine dubio ante oculos habuit Nilus verba Jacob. Epist. Cap. IV. v. 6. ὁ θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. ubi Hottingerus V. Cl. apposite citat dictum Artabani apud Herodotum VII, 10. φιλέει ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν — οὐ γὰρ ἐᾷ φρονέειν ἄλλον μέγα ὁ θεὸς ἢ ἑωυτόν. [O.]

129. Μὴ σκώψῃς ἄνθρωπον etc.] Ovidius Trist. Lib. II. v. 565. *Candidus a salibus suffusis felle refugi.* [*Schon.*] Contumeliam enim si dices, audies, ut apud Plautum Comicum dici-

tur, et in veteri versu Caecilii: *Audibis male, si male dicis mihi.* [*Neand.*] Conf. Jes. Siracid. VII. v. 11. [O.]

133. *Ζήλωσον* etc.] Nam *turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum:* et Paullus in Epistolis ad Timotheum et Titum praecipit episcopis et pastoribus, ut sint *ἀνέγκλητοι,* praebentes se exemplar bonorum operum, *ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ, μηδὲν ἔχων περὶ αὐτῶν λέγειν.* [*Neand.*]

134. *Ἀσφαλίζου* etc.] Verbum hoc in voce activa *munire, stabilire* significat: passiva vero plerumque utuntur, cum *propulsare, arcere* significat. [*Idem.*] Sic Polybius VI, 22. *ἔχει δὲ καὶ δηρούν θυρεὸς οἴάλωμα, δι' οὗ τὰς καταφορὰς τῶν μαχαιρῶν ἀσφαλίζεται.* ubi vero etiam possis interpretari: munit adversus, tutos reddit contra gladiorum impetum. [O.]

αὐθάδειαν] Factam vocem putant ab *αὐτὸς* et *ἅδω, placeo.* et *αὐθάδης,* cui sua tantum placet et probatur sententia, qui (ut ait Micio ap. Terentium Adelph. I, 2. 18. O.), *nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.* [*Neand.*] Conf. Casaubon. ad Theophrast. Charact. XV. *περὶ αὐθαδείας.* [O.]

μὴ ἐπιπλήσσεις τινὶ] Forte: *Μηδ' ἐπιπλήσσεις τινί.* [O.]

157. *Γίνου ἐγκρατὴς*] *ἐγκρατὴς, tenax, memor.* Ita Siracid. Cap. XV. v. 1. *ὁ ἐγκρατὴς τοῦ νόμου καταλήψεται αὐτὴν (σοφίαν).* ubi vid. Bretschneider. pag. 232. [O.]

158. *βίου φυγῇ*] i. e. non curare, negligere mundana et caduca hujus vitae bona, quae tamen plerosque in sui admirationem ita rapiunt, ut, relicto deo, ea potius transitoria quam aeterna sectentur. [*Neand.*] Augustinus in Psalm. 86. *Cui peregrinatio dulcis est, non amat patriam; si dulcis est patria, amara est peregrinatio.* [*Schon.*]

140. *ὁρᾷς γὰρ τὸν τροχὸν* etc.] id est: vides enim, quanta sit humanarum rerum inconstantia, quae perpetuo rotatu volvuntur. *ὁ βίος τροχὸς, ἄστατος ὄλβος,* ut in hemistichio Phocylidae dicitur. [*Idem.*]

142. *ἐκεῖνο δὲ φιλοσοφίας πρόξενον*] Male haec vertit Neander: *illud est philosophiae effectum.* Nam *πρόξενος, πρόξενον* nunquam de effectu dicitur, sed solummodo de causa efficiente. Vide exempla a Suicero in Thesauro Ecclesiastico e Patribus allata. Verte igitur: *illud* (scil. *τὸ γελᾷν τοὺς εὐπραγοῦντας*) *quasi principium, causa efficiens est verae sapientiae,* vel: *illud efficit verum philosophum, jenes macht den wahren Weisen.* [O.]

145. *ἡ ψυχὴ δὲ ἀθάνατος*] Non tantum literae sacrae, sed etiam ethnicorum saniorum sententiae id docent. *Ψυχὴ δ'*

ἀθάνατος καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντὸς, ut in versu Phocylidae dicitur: et extant in eandem sententiam multae non impiae disputationes et narrationes apud Platonem, Xenophontem, Aristotelem, Plutarchum, Pindarum et alios innumeros. Unde maximis ingeniis praediti magna cura coluerunt et inexpiabili religione sanxerunt sepulchrorum caerimonias, ut Cicero loquitur in Tusculanis Quaestionibus. [*Neand.*]

146. ἑτοιμάζου πρὸς τὰ λυπηρὰ etc.] Seneca Epist. 18. *In ipsa securitate animus ad difficilia se praeparet et contra injurias fortunae inter beneficia formetur.* [*Schon.*]

147. Μὴ ζήτει παρὰ τοῦ θεοῦ τὰ ἡδέα etc.] Vide supra Sent. Pythagor. 22. 23. [O.]

148. Μὴ μέμφου etc.] Vulgo dicitur: *Paupertas occasio virtutis.* ἡ πενία σοφίαν ἔλαχε et πενία τὰς τέχνας ἐγείρει. [*Neand.*] Conf. Epist. Jacobi Cap. II. v. 5. [O.]

149. Μὴ εὐφραίνου etc.] Augustinus de verb. Domin. *Aurum enervatio virtutum.* Conf. divini Salvatoris dictum Matth. XIX. v. 22—24. [*Schon.*]

150. Ἐγγὺς τὸ τέλος etc.] *Ne simus procrastinatores, qui semper cum damnis luctantur*, ut Poeta dicit: ne differamus vitae emendationem, quum de exitu et fine, qui semper impendet, simus incerti. [*Neand.*] Conf. I. Petr. IV. v. 7. [*Schon.*]

152. πολλοὶ γὰρ ἡμῖν πάρεισι] Angelos custodire fideles juvareque in omni bono constans Patrum ecclesiasticorum opinio ex ipsis sacris literis petita, v. c. Hebr. I. v. 14. ubi Paulus angelos dicit λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. Hinc apud scriptores ecclesiasticos angeli dicuntur θεαταὶ τῆς ἡμετέρας ζωῆς — τῶν πράξεων ἡμῶν τηρηταί — ἐπιμεληταὶ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους — ἔφοροι τῆς ἐκκλησίας — ἀνθρώπων ἐπιστάται, φύλακες, παιδαγωγοὶ καὶ παιδονόμοι. Conf. qui hac de re multus est Suicer. in Thesaur. Eccles. v. ἄγγελος Tom. I. p. 42. et seq. [O.]

ἀποσχοινίζουσι] Male reddidit Neander *recedunt*: immo *arcent*, *abducunt*. Ἀποσχοινίζω propr. *fune circumscriptum separo*, *sejungo*: hinc in gen. *separo*, *sejungo*, *arceo*, ἀποχωρίζω. Sic Athanasius in vita Antonii Tom. II. pag. 454. Ὁ διάβολος πολὺν ἤγειρεν αὐτῷ κονιορτὸν λογισμῶν ἐν τῇ διανοίᾳ, θέλων αὐτὸν ἀποσχοινίσαι τῆς ὀρθῆς προαιρέσεως. quem locum citavit Suicerus in Thes. Eccles. h. v. [O.]

153. πεῖρας] πεῖρα, periculum, conatus, studium, δόλος τε καὶ τέχνη; unde πειραταὶ — οἱ κατὰ θάλασσαν κακοῦργοι. [*Neand.*] In eandem sententiam praeclare Hieronymus in Epist. *Quoties illum*

diem considero, toto corpore contremisco; sive enim comedo, sive bibo, sive aliquid aliud facio, semper videtur illa tuba terribilis sonare in auribus meis: Surgite, mortui, venite ad judicium. [*Schon.*]

154. *Ζημίαν* etc.] Basilius: ἀργία κακουργίας ἀρχή. [*Id.*]

155. *Ἀεὶ* etc.] Nihil est enim, quod ita elevet obtundatque aegritudinem, quam perpetua in omni vita cogitatio, *nihil esse, quod non accidere possit*, ut Ciceronis verbis utar. [*Neand.*]

158. *Μήποτε* etc.] Male haec verba cum praecedenti Sententia conjungit Neander. [O.]

τῆς εὐχῆς τὸ δάκρυον] Eadem sensu lacrymas *precum condimentum* dixit Basilius Seleuc. de miraculis Theclae Lib. II. pag. 511. (citatus a Suicero in Thesaur. Eccles. v. *δάκρυον*) Οὐδὲν οὕτως εὐχῆς καρύκευμα κάλλιστόν ἐστιν, ὡς δάκρυον θερμὸν, ἐξ αὐτοῦ τοῦ τῆς ψυχῆς βάθους ὑπερχεόμενον. [O.]

159. *Ἡ φιλοσοφία*] h. l., ut centies apud Patres Ecclesiae, *pietas, sanctitas, vitae sanctae studium.* Vid. Suicer. Thesaur. h. v. [O.]

μονογενής etc.] id est, cum ea sola et unica homines recte instruat: iis tantum adest, qui eam non aspernantur, sed recipiunt, et ad ipsius monita vitam quoque instituunt. [*Neand.*] Equidem crediderim, Nilum hoc verbo respicere ad Christum, qui μονογενὴς πατρὸς υἱὸς erat simul λόγος vel φῶς τοῦ κόσμου, sapientia vel philosophia illa divina humanam speciem induta. [O.]

160. *Χιτὼν* etc.] Frequentissima apud sacros scriptores haec virtutis et pietatis cum stola sive veste candida vel divina comparatio. Sic in Apocal. VII, 14. πλύνειν καὶ λευκαίνειν τὰς στολάς. Luc. XXII, 11. ἔνδυμα γάμου. Gal. III, 27. et Rom. XIII, 14. ἐνδύσασθε τὸν κύριον Ἰησοῦν etc. [O.]

τοῦ τὴν κτίσιν ἐνδύοντος] Hoc est, Christi veri dei, induti nostram carnem, ἐνανθρωπήσαντος καὶ σαρκωθέντος. [*Neand.*]

161. *Ὅσα ἐπὶ γῆς κλέπτεται* etc.] Conf. verba divini Salvatoris Matth. VI, 19. 20. [*Schon.*]

162. *μετὰ τὴν νῆψιν*] post deliberationem, cum reputant jam et cogitant homines, quod iniqua patrarint. (*wenn sie zur Besinnung kommen.* O.) ἡ γὰρ μετάνοια ἀνθρώποις κρίσις, ut in veteri senario dicitur. Tunc judicant homines, cum poenitet. [*Neand.*] Ceterum conferenda cum hac Sententia Ciceronis verba II. de Finibb. (Cap. 32.) *Fluit voluptas et prima* (l. *prona*) *quaeque evolat, saepiusque relinquit causam poenitendi, quam recordandi.* [*Schon.*]

166. προσεστακήκασι] i. e. *addicti, dediti*, quasi *adglutinati sunt voluptatibus*. Metaphora ab iis sumta, quae liquefacta et alicui rei affusa ita haerent, ut nullo modo divelli inde queant. Sic Arrianus Dissert. Epictet. Lib. I. Cap. III. §. 6. *ἀλλὰ ἔχεις τι καὶ κρεῖσσον τῶν σαρκιδίων. τί οὖν ἀφεὶς ἐκεῖνο, τούτοις προστέτηκας;* Eodem sensu dicunt *προσκεκολλῆσθαι, προσπεφυκέναι*, etiam *συντετηκέναι τινί*. Vid. Gataker. ad Antonin. Comment. Lib. V. §. 1. Opp. p. 140. ed. Ultraject. Ceterum *προστετήκασι πρὸς τὰς ἡδονὰς* h. l. constructio insolentior pro *προστετήκασι ταῖς ἡδοναῖς*. Ceterum cum hac Sententia apposite comparat Schoningius Auli Gellii verba Noct. Att. Lib. XVI. *si qua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas cito abibit, nequiter factum illud apud vos semper manebit*. [O.]

167. Ὅσον ὁ βίος ῥυπαρὸς] vita avaritiae dedita, sordida, suum defraudans genium, nec sibi nec aliis quidquam benefaciens; unde in Mimo dicitur: *Avaro quid mali optes, nisi ut vivat diu?* [*Neand.*]

168. καὶ τὴν ἀρετὴν ἄφθαρτον] Sallustius Catil. Cap. 1. *virtus clara aeternaque habetur*. Cicero Paradox. ult. *Quanti est aestimanda virtus, quae nec eripi, nec surripi potest unquam, neque naufragio, neque incendio amittitur, nec temporum permutatione mutatur? qua qui praediti sunt, soli sunt divites; soli enim possident res et fructuosas et sempiternas*. [*Schon.*]

169. ἐργάζου δὲ ταῦτα etc.] Lactantius Lib. I. *Qui rationis ac status sui memor nonnisi ad superna nititur semper ac tendit, hic plane sapiens, hic justus, hic homo, hic coelo deoque dignus judicabitur*. Conf. Pauli Epist. ad Philipp. III. v. 14. et 20. [*Idem.*]

170. φιλοσοφίας] Hoc est studium honestatis per disciplinam et rectam institutionem. [*Neand.*] V. supra ad Sent. 159. [O.]

171. ἵνα μὴ ὑπάρχεις] Ita supra Sent. 41. *ἵνα αἰτοῦμεν*. Ibi vid. Not. Rectius tamen Antonius, qui hanc Nili sententiam nobis conservavit in Meliss. Serm. *περὶ γλωσσαλγίας* pag. 595. ed. Conr. Gesner. Francofurt., verba haec sic effert: *ἵνα μὴ τῆς μὲν ὑπάρχῃς δοῦλος, τῆς δὲ τυγχάνῃς ἀνόητος ἐλεύθερος*. [O.]

ἀνόητος ἐλεύθερος] *stolidus liber*, qui non recte utitur linguae libertate, qua necessaria tantum deoque grata dicenda sunt; quemadmodum de eloquentia a Platone dicitur. Et Pythagorae praeceptum exstat, quo jubet *ἢ σιγᾶν ἢ κρείσσονα σιγῆς λαλεῖν*. [*Neand.*]

172. τοὺς οἰκείους μὴ πρόσπασχε] Videtur legendum vel *τοῖς οἰκείοις*, vel *πρὸς τοὺς οἰκείους. προσπάσχειν τινὶ*

l. q. supra Sent. 168. *προστετηκέναι addictum esse alicui, aliquem quasi deperire.* Verbum scriptoribus ecclesiasticis haud infrequens. Vid. Suicer. Thesaur. Eccl. v. *προσπάθεια.* [O.]

κατὰ τὴν αὐτοῦ φωνὴν] Respicit Christi verba Matth. X. v. 37. ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· καὶ ὁ φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. [O.]

173. Καρτέρει etc.] Augustinus: *Exercebit hostis, non nocebit, proderit saeviendo, quia, in quos saevit, coronabuntur vincendo.* Conf. II. Timoth. IV, 7. 8. [*Schon.*]

174. Μακάριον etc.] Augustinus in Psalm. 57. *Melior est tristitia iniqua patientis, quam laetitia iniqua facientis.* [*Idem.*]

175. νηστείας] vitae sobriae et temperantis, semper in timore dei versantis. [*Neand.*] Malim: *panis, cujus condimentum quasi est jejunium ac fames.* [O.]

ζύμης] ζύμη *fermentum* proprie significat a fervore, ab incitamentis ad voluptatem. [*Neand.*] ζύμη apud scriptores sacros significat in genere, quidquid vim habet alios corrumpendi et pervertendi, sive doctrinam erroribus pestiferis plenam, sive vitam impiam, sive, ut h. l., pravas animi cupiditates voluptatumque illecebras. Vid. Matth. XVI, 6. Luc. XII, 1. I. Cor. V, 7. Plura dabunt Suicerus in Thes. Eccles. et Schleusnerus in Lex. N. Test. h. v. Ceterum Schoningius apposite citat locum Hieronymi in Epist. *Mater sanitatis est abstinentia, mater aegritudinis voluptas: sine enim carne et vino cito friget Venus et a patre Libero ad inconcessam Venerem proximus est intemperantiae gradus.* [O.]

177. πάρεργον] Id est quiddam nihil pertinens ad virtutem, cum justitia ipso Lucifero formosior omnes virtutes complectatur, ut in versu etiam vetere id indicatum est: ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στιν. (Aristot. Eth. V. Cap. 1.) *Justitia in sese virtutes continet omnes.* [*Neand.*]

178. ζιζανίων] ζιζάνιον, *lolium*, παρὰ τὸ τὰν σῖτον σίνειν, quod segetes laedat et suffocet: vel quod frumentis plerumque adhaereat et una cum illis nascatur, παρὰ τὸ σῖτος καὶ ἵζάνω, τὸ τῷ σίτῳ παρεδρεῦον, ut monet Etymologus. [*Idem.*] Conf. Schleusner. Lexic. N. Test. h. v. [O.] In eandem sententiam Augustinus de Civ. Dei Lib. I. Cap. 5. *Eleemosynae ex rapina deo odibiles.* Idem: *haec est apud deum grata eleemosyna, quae ex vernacula substantia, non quae ex fraudulenta praeda tribuitur.* [*Schon.*]

179. εἰ μὴ τυγχάνει δίκαιος] nisi juste dispenset, distribuat sua pauperibus, non considerans vel attendens, quem agrum colat, cui benefaciat. [*Neand.*] Similiter Chrysostomus

in Matth. *Justitia sine misericordia non est justitia, sed crudelitas, sicut et misericordia sine justitia non est misericordia, sed fatuitas.* [*Schon.*]

180. *χαρακτὴρ φιλοσοφίας*] De philosophia, quod sit mortis meditatio quaedam, id est, quod doceat hominibus esse moriendum, cum videant non licere hic versari perpetuo, praeclara exstat apud Platonem sententia et memoratu digna, quae talis est: *οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες ἀποθνήσκειν μελετῶσι, καὶ τὸ τεθνάναι ἥκιστα αὐτοῖς ἀνθρώπων φοβερόν.* in Philebo. [*Neand.*]

181. *Σχηματίζου*] Ne simula virtutem, sed id, quod vis dici, id quoque re ipsa esse velis, quemadmodum de Amphiarao vate scripsit Aeschylus in VII ad Theb. quod deinde Graeci, teste Plutarcho, de omni bono viro nec simulate probo dixerunt: *οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει.* [*Idem.*]

ὠφελήσῃς] Sic edidi pro *ὠφελήσεις*, cum praecesserit *ἀπαντήσῃς*, quanquam Nilus *ἵνα* et *ὅπως*, ut supra vidimus, aliquoties cum futuro indicativi construat. [O.]

182. *ὅπως ἄρξηται τῶν ἔργων τοὺς λόγους αἰσχύνεσθαι*] Sensus est: ut, quoties honesta loquatur turpia faciens, pudeat eum reputantem, quantum dicta sua a factis discordent. [O.]

183. *μηδὲν σοὶ καὶ τῇ γῇ*] Ad verbum: *nihil tibi et terrae*, pro *nihil tibi cum terra.* Sic enim Graeci loquuntur *τί ἐμοὶ καὶ σοί; quid mihi et tibi?* id est: *quid mihi tecum rei est?* quemadmodum apud auctores Graecos multa sunt exempla, [*Neand.*] Conf. Wolf. Cur. Philol. ad Matth. VIII, 29. Frequens loquendi forma, inprimis apud Arrianum in Dissert. Epictet. qua plerumque utuntur de re, quam ad se pertinere non putant, sed contemnunt et rejiciunt. [O.] In eandem sententiam Augustinus in Psalm. 81. *Possides fundamentum, haere coelo, calca terram* Conf. II. Cor. IV, 18. [*Schon.*]

184. *ἀπὸ γὰρ δικαίων ἐλεεῖν* etc.] Emendanda haec verba ex Antonio Meliss. Serm. *περὶ πλούτου καὶ πενίας* p. 757. ed. Stobaei Francof. ubi sic leguntur: *ἀπὸ γὰρ τῶν ὄντων ἐλεεῖν ὁ θεὸς νομοθετεῖ τὸ* (scribe *τὸν*) *δίκαιον*, *nam ex iis, quae ipsi adfuerint, deus sanxit justum misericordiam impertiri egentibus.* [O.]

185. *Εἰ ποτήριον ψυχροῦ* etc.] Nempe ex promissione divini Salvatoris Matth. X, 42. [O.]

186. *Μήτηρ τῶν ἀρετῶν* etc.] Gregorius Thaumaturgus virtutum matrem pietatem facit pie sentiens, his verbis: *εὐσεβείας ἐπὶ πᾶσι φροντιστέον, ἣν μητέρα φασὶ τῶν ἀρετῶν, ὀρ-*

θῶς λέγοντες· αὕτη γάρ ἐστιν ἀρχὴ καὶ τελευτὴ πασῶν τῶν ἀρετῶν. Chrysostomus vero fidem non minus pie virtutum facit principem et coronam, dum ait: *πίστις μήτηρ καὶ στεφάνη καὶ συμπεραίωσις τῶν ἀρετῶν ὑπάρχει.* Simile dictum Aristoteli etiam tribuitur: *ἀρχὴ* (videlicet) *ἀρίστη πάντων μὲν ὁ θεὸς, ἀρετῶν δὲ εὐσέβεια.* [*Neand.*]

188. *ὄργανον*] Mariam matrem Christi *ἀειπαρθένον* intelligit. [*Idem.*]

189. *στήσομαι*] coram judice scilicet. i. q. *accusabo, reum faciam.* [O.] Conf. Pauli Apostoli verba Rom. XII. vs. 17. 19. [*Schon.*]

191. *Ἐπὶ νεκρῷ μὴ θρήνει*] Non vetat prorsus lugere mortuos, cum scriptura id permittat, et patres suos defunctos luxerint; sed ne in impatientiam et indignationem adversus deum luctus erumpat, dubitationem quoque de providentia, cum videmus, bonos citius mori quam improbos. [*Neand.*]

193. *Γέλα μὲν* etc.] Id est: ride eos et stultos putato, qui confidunt nimium in bonis istis fortunae inconstantibus et quavis aura levioribus. [*Idem.*]

τροχὸν] Similiter Agapetus Sched. Reg. No. 11. *Κύκλος τις τῶν ἀνθρωπίνων περιτρέχει πραγμάτων, ἄλλοτε ἄλλως φέρων αὐτὰ καὶ περιφέρων· καὶ τούτοις ἀνισότης ἐστὶ, τὸ μηδὲν τῶν παρόντων ἐν ταυτότητι μένειν. Δεῖ οὖν σε, κράτιστε βασιλεῦ, ἐν τῇ τούτων ἀγχιστρόφῳ μεταβολῇ ἀμετάβλητον ἔχειν τὸν εὐσεβῆ λογισμόν.* [*Schon.*]

194. *Λάλει τῷ θεῷ πολλὰ*] Cyprianus Lib. II. Epist. 2. *Sit tibi vel oratio assidua vel lectio; nunc cum deo loquere, nunc deus tecum.* [*Idem.*]

τῇ μελέτῃ τοῦ νόμου etc.] id est: voluntatem dei considerans id efficies, ne seu deum seu proximum offendas. [*Neand.*]

195. *Λουτὴρ* etc.] Vide supra ad Sent. 52. [O.]

μέμνησο, τίνος χάριν ἐδάκρυσας] id est: *cogita, quid petas, quam necessitatem deo proponas.* [*Neand.*] Potius: *recordare, cujus causa lacrymas fuderis*, scil. ob peccatorum tuorum conscientiam. [O.]

196. *ἐτασθήσονται*] Potentes, quia abutuntur sua potentia, facientes quod non licet, sive quod libet, (*Sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas*, ut in versu Satyrici indicatum est) potenter queque tormenta patientur. [*Neand.*] Similiter auctor libri Sapientiae VI. v. 7. et seqq. *δυνατοὶ δὲ δυνατῶς ἐτασθήσονται· οὐ γὰρ ὑποστελλεται πρόσωπον ὁ πάντων δεσπότης οὐδὲ ἐντρα-*

κήσεται μέγεθος, ὅτι μικρὸν καὶ μέγαν αὐτὸς ἐποίησεν, ὁμοίως δὲ προνοεῖ περὶ πάντων· τοῖς δὲ κραταιοῖς ἰσχυρὰ ἐφίσταται ἔρευνα. ἐτασθήσονται. Neander *praecurrunt*. Male. Imo *examinabuntur a judice*. Sic in Democriti Fragm. 77. *ἣν καὶ πάνυ ἐτάζῃ τοὺς ἀδικέοντας*. Verbum *ἐτάζειν*, quod dubiae auctoritatis videbatur Schneidero in Lexico, occurrit et apud Platonem in Cratyl. Cap. 59. (pag. 410. ed. H. Steph.) *οἱ μὲν ἐνιαυτὸν καλοῦν, ὅτι ἐν ἑαυτῷ, οἱ δὲ ἔτος, ὅτι ἐτάζει*. Conf. Jo. Valent. Schmidt. in Supplemento Lexicorum Schneideri et Riemeri novissime edito (Berol. 1817.) pag. 35. [O.]

197. *ἡμεῖς δὲ πονοῦντες* etc.] Similiter Augustinus in Psalm. 56. *o homo, operarius es dei: postea est tempus mercedem accipiendi*. [*Schon.*]

200. *τὸ φορτίον αὐτοῦ σκορπίζοντα*] onus suum disjicientem, scil. venia peccatorum ipsi concessa. Nisi malis: onus suum discutientem, h. e. ab uno humero tollentem in alterum levandi causa. Pro *κρίνομεν* legendum *κρίνωμεν*. [O.]

201. *καθαρὰν εἰκόνα*] primam innocentiam. [*Neand.*] i. q. *τὸν καινὸν ἄνθρωπον τὸν κατὰ θεὸν κτισθέντα ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας*, ut ait Paulus Apostolus Eph. IV, 24. [O.]

μεθοδεύεσθαι] *excolere*, *perficere* (bono sensu), *vervollkommnen*, *zur Vollendung bringen*. [O.]

202. *πρὶν γυμνωθῆναι*] antequam in opus erumpant pravae cogitationes. Has enim appellat Nilus animae ulcera, quae matura et rupta pus effundunt. [*Neand.*]

ἵνα κερδαίνωμεν] i. e. *ut evitemus*, *effugiamus*, *damit wir uns ersparen*. Sic Act. XXVII, 21. *ἔδει κερδῆσαι τὴν ὕβριν ταύτην καὶ ζημίαν*. ubi vid. Wetsten, N. Test. Tom. II. p. 644. et Schleusner. in Lexico h. v. [O.] Simile Augustini praeceptum in Quaest. ex utroque Test. *Quia impunitum non debet esse peccatum, puniatur a te, ne tu pro illo puniaris: peccatum tuum judicem te habeat, non patronum*. [*Schon.*]

203. *οἱ συμπλακέντες τῷ βίῳ* etc.] Conf. II. Timoth. II. v. 3. 4. [*Schon.*]

205. *κρίνεται*] *damnatur*, *reus peragitur peccati*. [*Neand.*]

206. *ἐπιτιμίοις*] poenis, seu vitiis et peccatis, propter quae poena irrogatur. [*Idem.*]

207. *Ἀναμίμνησκε* etc.] Conf. Jacob. Epist. Cap. V. v. 20. [O.]

κοινὸν γάρ etc.] Dum enim alium admones, te ipsum

queque mones, doces et instigas, ne labaris, aut contra dei voluntatem in similibus facias. [*Neand.*]

208. *Λέγειν τι μέλλων* etc.] Nihil dicendum aut faciendum, cujus honestas rationes non possimus probare bonis omnibus. Ea vero cura efficiet, ut semper caute et sapienter agere studeamus. [*Idem.*]

209. *αἰσχύνην νάρκα*] id est noli dare operam turpibus: sis piger, torpeas in malis, ne afficiaris iis, quae dedecus turpe secum afferunt: vide, ne fias infamis ob quodcunque scelus perpetratum, seu ne habeas causam metuendi justam reprehensionem hominum. [*Idem.*] Mihi alius plane videtur horum verborum sensus esse: nam, ut ex verbis *τὸ χαλεπὸν γὰρ ἑκατέρωθεν μέτρον* liquet, duo extrema opponit heic Nilus: *τῆς ἁμαρτίας τὴν τιμωρίαν φοβοῦ*, et: *τὴν αἰσχύνην δὲ νάρκα*. Dicere itaque vult: *Poenam quidem peccati metue, pudorem vero sinas intorpescere*, h. e. cave, ne prae nimio peccatorum pudore de salute tua desperes fiduciamque tui ad resipiscendum necessariam amittas. [O.]

210. *τῶν μελλόντων ἀγαθῶν*] bonorum futurae vitae, aeternorum. Conf. I. Cor. II, 9. [*Neand.*]

211. *πομφόλυγας*] Varro in Praefat. ad Libb. de re rust. *Quod si, ut dicitur, homo est bulla, eo magis et senex.* Vide Erasm. Chil. 2. Cent. 3. Adag. 48. [*Schon.*] Conf. Hemsterh. ad Lucian. Contempl. Cap. 19. Tom. III. pag. 402. ed. Bipont. [O.]

212. *Μὴ σπεῖρε πονηρὰ*] Similiter Jesus Siracides Cap. VII. v. 3. *Υἱὲ, μὴ σπεῖρε ἐπ' αὔλακας ἀδικίας, καὶ οὐ μὴ θερίσεις αὐτὰ ἑπταπλάσια.* ubi vid. Bretschneider. V. Cl. pag. 139. [O.]

τὸν γεωργῶν τῶν ἀκανθῶν] Sic edidi e correctione Neandri verissima. Antea *τῶν γεωργῶν τῶν ἀγαθῶν*, nullo sensu. [O.]

213. *τὸν χόρτον*] Conf. I. Petr. I. v. 24. [*Schon.*]

214. *τοῖς ὁπλίταις κέχρηται*] male utitur armigeris, id est fortiter repugnat iis, qui, peccatores cum sint, conantur tamen se contra ipsum armare, non reconciliati prius cum deo, carentes veris armis, quibus repelluntur ignita tela hostis. [*Neand.*] Obscura sententia, nisi statuamus, Nilum h. l. sensu plane insolito *τοῖς ὁπλίταις* posuisse pro *τοῖς ὁπλίζουσι, qui ipsum armis exstruxerunt*. [O.]

215. *ἐχθρὸν*] Intelligere videtur diabolum, quem *κατ' ἐξοχὴν ἐχθρὸν* appellant Patres Ecclesiastici. Vid. Suicer. Thes. Eccl. h. v. Nam extrema hujus Sententiae verba, *γυμνὸς γὰρ ὢν πτερῶν ὡς στρουθίον ἐμπαίζεται*, adumbrata sunt ex Jobi Cap. XL. 24. ubi de Leviathane dicit Jehova: *καὶ ἐμπαίξεις αὐτῷ ὥσπερ ὀρνέῳ,*

ἤσεις δὲ αὐτὸν ὥσπερ στρουθίον παιδίῳ: quae verba nonnulli Ecclesiae Patres nusquam non reconditi quid et allegorici odorantes (v. c. Hieronymus in Commentario ad h. l. Opp. Tom. VII. pag. 180. ed. Tribbechov.) inepte de diabolo catenis vinciendo et ab angelis sanctisque animabus illudendo sunt interpretati. [O.]

218. ἀνόμῳ] id est sine lege viventi, non curanti legem. [Neand.]

220. Οὐαὶ τῷ ἀθύμῳ] Iesus Siracid. II, 14. 15. Οὐαὶ καρδίαις δειλαῖς, καὶ χερσὶ παρειμέναις, καὶ ἁμαρτωλῷ ἐπιβαίνοντι ἐπὶ δύο τρίβους· οὐαὶ καρδίᾳ παρειμένῃ, ὅτι οὐ πιστεύει, διὰ τοῦτο οὐ σκεπασθήσεται. [Schon.]

221. τὴν ὑπάρχειν, διδάσκεται] id est: tum demum, cum moriendum est, intelligit, se pulverem esse et cinerem, et superbiisse sine causa, cum ex eadem massa peccatrice, qua ceteri homines, fuerit conditus. Id cogitantem ferunt symboli loco usurpasse Maximilianum Caesarem haec verba:

Wir sein eyn Man wie ein ander Man,
Allein das uns Gott die Ehre gan.

et in versibus a quocunque etiam scriptis idem probe indicatur:

Omnia Caesar erat; sed gloria Caesaris esse
Desiit, et tumulus vix erat octo pedum. [Neand.]

222. νυμφῶνος] Νυμφών, ut περιστερεών, χαλκεών et similia, nomina sunt, quae comprehensiva Grammatici nominarunt; locum itaque significat convivii, seu aedes, ubi nuptiae celebrantur: tametsi malim legere νυμφαῶνος. [Idem.] Nihil mutandum: nam νυμφὼν habemus etiam in N. Testamento tribus locis, Matth. IX, 15. Marc. II, 19. Luc. V, 34. [O.]

223. μετὰ φονευτῶν] Hieronymus in Epist. *Convicium in fratrem homicidium est.* [Schon.]

225. καὶ λύκος ὁ κριὸς ἀποφαίνεται] Aries dux gregis est: sic falsi doctores, hypocritae se etiam gregis, hoc est ecclesiae, duces profitentur: cum non sint arietes, non duces, non pastores, sed lupi rapaces, qui ex fructibus cognoscuntur ut ait divinus Soter Matth. VII, 15. O.). [Neand.]

226. Μακάριος ὁ τὴν στενὴν etc.] Conf. divini Salvatoris praeceptum Matth. VII. v. 13. 14. [Schon.]

227. τρέμονσι etc.] propterea quod voluptatibus, quae malorum esca sunt, ut hamis capiunt homines. [Neand.]

228. ἀνυπόκριτος] candidus, qui, quod corde sentit, ore et vita profitetur. [Idem.] Hesych. ἀνυπόκριτος — ἄδολος, ἀπροσπάλητος. [O.]

229. τοῦ μὴ ὑπνοῦν εἰς θάνατον] Somnium animae

intelligunt. Sic enim appellant scriptores ecclesiastici vitia et peccata, qualia sunt ignorantia et contemtus dei, socordia item et ignavia in studio bonorum operum. Vid. Suicer. Thes. Eccl. v. ὕπνος Tom. II. pag. 1384. De tali somno loquitur Chrysostomus Homil. CV. Tom. VI. *Χαλεπὸς ὕπνος τῆς ψυχῆς ὁ ζημιωτὴς τῶν χαυνοτέρων, ἡ τυφλότης τῆς καρδίας, ἡ συλήτρια τῶν θησαυρῶν τοῦ πνεύματος.* [O.]

231. *ἀποκλίνοντα*] Maximus Serm. *περὶ διδαχῆς καὶ λόγων* eadem verba citans legit *νεύοντα.* [O.]

235. *παραιθέων*] lege *περιρρέων.* [*Conr. Gesner.*]

236. *τοῖς ἀποτασσομένοις*] i. e. iis, qui valedixerunt rebus humanis, monachis. Vid. supra ad Vitam Secundi. [O.]

240. Non est moralis sententia, sed excerptum ex Epistola ad amicum quendam. Ceterum de libidine eunuchorum vid. Arnob. Lib. V. Cap. XI. pag. 175. ed. nostr. et notam nostram ad Adriani Tyrii Fragm. 5. annex. Philoni Byzantio p. 206. [O.]

τὸν εὐνοῦχον Σμάραγδον] Sic legendum, ut sit nomen proprium, non, ut habet Joannes Damascenus in Parallel. Sacr. pag. 524. *τῶν εὐνούχων ἐρίφαγον, spadonum strepitum.* [O.]

244. *Ἡδονὴ* etc.] Videtur Nilus loqui de gaudio spirituali, quo ex illius opinione fruebantur ii, qui mundo valedicentes vitae solitariae se addixerunt. [O.]

246. *κῆραι*] Vocabulo *κῆρα, ας, ἡ,* carent Lexica et Glossaria, nisi quod Hesychii Glossa habet (Tom. II. pag. 249. ed. Albert.): *κῆραι — ἀκαθαρσίαι, μολύσματα, βλάβαι.* et paulo post: *κῆρες — ψυχαὶ, συμφοραὶ, μοῖραι θανατηφόροι.* ita ut videatur *κῆρας — τὰ μολύσματα, sordes,* tanquam proprium vocabulum, (forte a *κῆρα, ας,* primae declinationis) distinxisse a *κῆρες* (quod est a *κὴρ, ὸς, ἡ,* tertiae declinationis). Sed alia prioris formationis exempla frustra quaesivi. Fortasse tamen legendum *κῆρες,* quod de animi vitiis vel sordibus occurrit etiam apud Sophoclem Trachin. 454.

— — — — — — — — *ἐλευθέρῳ*
ψευδεῖ καλεῖσθαι κὴρ πρόσεστιν οὐ καλή. [O.]

249. *ἐχθρὸς φόνιος εἶναι*] Joannes Damascen. in Sacris Parallel. p. 509 seq. addit: *μᾶλλον δὲ συμπάσχειν καὶ συναλγεῖν καὶ εὐχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ πρὸς τὸν θεὸν ποιεῖσθαι etc.* [O.]

256. *συμφέρει σοι τὸ αἴτημα*] Post haec verba Joannes Damascenus eandem Sententiam citans in Sacr. Parallelis pag. 472. ed. Lequien. haec addit: *Πᾶς ὁ αἰτῶν λαμβάνει, φησί, λαμβάνει δὲ, εἴπερ ζητοίη τὰ συμφέροντα τῇ ψυχῇ.* [O.]

260. αἰτήματα πνευματικὰ] i. e. *preces pro donis spiritualibus.* Nihil amplius. [O.]

261. Μὴ νομιζέτωσαν etc.] Haec et sequens Sententia videntur excerptae ex majore aliquo opere, in quo de munere et officiis episcoporum et doctorum ecclesiae disputaverat Nilus. [O.]

262. προστάσσοντος] Forte προστάσσοντες. [*C. Gesner.*]

267. φύλλα καὶ πομφόλυγες] Conf. Sent. 211. [O.]

269. Θρὶξ λελευκασμένη etc.] Initium hujus Sententiae supra habuimus Sent. 255. [O.]

270. συγκροτήσεως] Συγκρότησις videtur h. l. esse *concordia*, a συγκροτέω, propr. *manus conjungo, complodo*, hinc a. per metaph. *concors sum, conspiro.* Vid. Suicer. Thes. Eccles. h. v. et Matthaei ad Joann. Chrysostomi Homil. sel. II. pag. 78. [O.]

276. Πῶς ἐξέπεσεν etc.] Vid. Jesai. XIV, 12. [O.]

277. καταβαπτίζεται] καταβαπτίζεσθαι verbum scriptoribus ecclesiasticis frequentatissimum de malis, aerumnis, tentationibus animum obruentibus ac demergentibus. Sic Chrysostomus Epist. CV. παρακαλῶ ὑμᾶς, μήτε πρὸς τὰ φαιδρὰ τοῦ παρόντος κεχηνέναι, μήτε ὑπὸ τῶν λυπηρῶν καταβαπτίζεσθαι. Plura vide ap. Suicer. Thes. Eccles. h. v. [O.]

283. ἀνθρώπῳ γνωστικῷ τε καὶ σώφρονι ἑλομένῳ] Aut delendum ἑλομένῳ, aut legendum ἀνθρώπῳ γνωστικὸν καὶ σώφρονα βίον ἑλομένῳ. Βίος γνωστικὸς, *vita contemplativa, ascetica.* [O.]

ἀρχεῖον] i. e. *noxium, damnosum*, ut saepius in scriptoribus sacris. Vid. Schleusner. Lex. N. T. h. v. et Munker. ad Anton. Liberal. Cap. XI. pag. 72. ed. Verheyk. [O.]

284. καὶ ἀπέστη τοῦ τρέφοντος] Lequien. vertens *atque ab eo, a quo alebatur,* (*deo* scil.) *defecisset* legisse videtur τοῦ τρέφοντος. [O.]

285. ἐκπορευθῇς] Scribe ἐκπορθῇς, ab ἐκπορθέω. [O.]

287. ἡ τοῦ ἑτέρου ἐπιθυμία] Lequien. vertens *venerea cupiditas* legisse videtur ἡ τοῦ ἐντέρου ἐπιθυμία. Sic Aelian. Var. Hist. IV. Cap. XIV. πόρνης ἔντερον γυναικὸς de pudendo muliebri. Fortassis tamen ferri potest ἑτέρου per litoten dict. *aliarum etiam pejorum rerum cupiditas, Begierde nach anderm* (*noch schlimmerm*). [O.]

288. σχολαστικὸς] h. l. *qui otium* (σχολὴν) *sectatur, amans vitae solitariae,* sensu insolentiore. De aliis hujus vocabuli significationibus vid. Suicer. in Thesauro Eccles. h. v. et intpp. ad Hieroclis Ἀστεῖα Cap. I. pag. XX. ed. Schier. [O.]

289. φιλενδείκτης] Hoc vocabulum alibi legisse non memini. [O.]

292. λογοθέσιον] *ratio, quae exigitur ab hominibus.* Vocabulum apud scriptores ecclesiasticos haud infrequens. Ita Joannes Chrysostom. in Psalm. IV. καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν ἑσπέρᾳ λογοθέσιον ἀπαιτεῖ τὴν ψυχήν, καὶ καταδίκαζε τὸν ἡμαρτηκότα λογισμόν. et idem Homil. XVIII. in Epist. ad Rom. vocat ultimi judicii diem ἡμέραν λογοθεσίου. Plura vide ap. Suicer. Thesaur. Eccles. h. v. [O.]

295. εὐψυχεῖς] vert. *benigno et clementi es animo.* [O.]

297. λιβέλλους] Vox Latina. vid. Meurs. Glossar. Graeco-Barb. h. v. Cum talibus libellis sive literis supplicibus (*Bittschreiben*) Nilus h. l. preces comparat. [O.]

304. αὐτό] Annon legendum αὐτοὶ, *nos ipsi?* [O.]

310. Ἄξιόν σοι etc.] Haec verba, quae Joannes Damascenus Nilo adscribit, leguntur etiam apud Gregorium Nyssenum Orat. VI. de beat. [*Lequien.*]

312. Οὐδὲν πάμπαν etc.] Videntur haec verba increpationem continere ad monachum quendam sive anachoretam socordem et officia sua negligentem. [O.]

τὰ ὀλοκωνίτιδα] Legendum aut τὴν ὀλοκωνίτιδα, aut, quod magis placet, τὰ ὀλοκωνιτίδια (diminut.). ὀλοκωνῖτις, bulbi species, qui videtur fuisse cibus monachorum in deserto viventium. Vid. Foes. Oeconom. Hippocr. h. v. [O.]

314. εὐθυμεῖν] Sic edidi pro ἐπιθυμεῖν, flagitante sensu. [O.]

319. σπατάλης] Suid. Σπατάλη — ἡ τρυφή, a σπαταλάω, de qua v. vid. Suicer. in Thesaur. Eccles. et Schleusner. Lex. N. Test. [O.]

καὶ σφηνούμενος] Verte: *etiamsi per cuneum intruderetur, und wenn er auch hineingekeilt, mit dem Hammer hineingeschlagen würde.* [O.]

321. θέατρον] Vert. *qui e coelo spectant*, deus scil. et angeli. Vid. Matthaei ad Chrysostom. Homil. select. II. not. 19. pag. 73. [O.]

323. διαπρίου] διαπρίομαι prop. *serra dissecor*, q. metaphor. *discrucior*, *moleste fero*, *indignor.* Vid. Suicer. Thesaur. Eccles. qui apposite citat Persii verba Sat. III.

— — — — — *turgescit vitrea bilis.*
Findor.

Germ. *das Herz zerbricht mir.* [O.]

324. τολμᾷς ὀρχεῖσθαι etc.] Saltare scil. et choreas

ıcere Nili aetate Christianis interdictum. Vid. Obss. ad Arnob. ib. II. Cap. XLII. Tom. II. pag. 68. ed. nostr. [O.]

332. Ὁ γυμνὸς φεύξεται etc.] Hoc est: *homo solutus ıris mundanis fugiet, incolumis abibit in die tentationis.* Comıråt scil. Nilus athletarum in arena certamen cum certamine hristiani cum diabolo. [O.]

341. ἀναφελῶν] Lequien. vertens *inutilium* legisse vider ἀνωφελέων. Sed bene habet ἀναφελῶν, *hominum duplicium, ibiorum, nicht ehrliche, gerade Menschen.* [O.]

344. κλαδεύοντα] *quasi ramos amputantem, exstirpantem. e Aeste aushauen*, vel, ut nos Helveti de vitibus dicimus, *abubeln.* Sic Geopon. Lib. III. Cap. I. init. τῷ Ἰανουαρίῳ μηνὶ ῆ τὰς ἀναδενδράδας (βότρυας) κλαδεύειν. [O.]

Annotationes in Gregorii Nazianzeni Monosticha.

3. τὰ δράματα] i. e. *facta, facinora*, quo sensu utuntur ıc voce inprimis scriptores ecclesiastici. Sic idem Gregorius Στηλιτ. I. πάλιν ἡ σκηνὴ τῆς ἀνελευθερίας, πάλιν τὸ δρᾶμα τῆς ·εβείας. Apud Theodoretum nil frequentius. [O.]

9. Ἵστη τὸ ὄμμα] Ἱστάναι τὸ ὄμμα, πρόσωπον, *oculos sive ıltum ad severitatem vel modestiam componere.* Vide quae obrvavimus ad Adriani Tyrii Declam. III. ad calc. Philonis Bynt. p. 203. Opp. ὑγρὸν βλέπειν καὶ ἰταμὸν, δονεῖσθαι τὰ ὄμματα ὶ περιτρέχειν, quae tanquam signa hominis voluptarii, τοῦ ἀνδρονου, recenset Polemon Physiognom. Lib. II. Cap. IX. pag. 290. l. Franz. [O.]

10. μηδὲ πορνεύοι γέλως] *cave, ne lasciviat risus.* Sic ιρνεύειν, πορνεία saepissime apud scriptores ecclesiasticos. de Suicer. in Thesaur. h. v. [O.]

11. λόγος] Dubium, quid hac voce intellexerit h. l. Gregoıs, utrum *rationem* in genere, an vero Christum vel ejus Evanılium, quem, Joannem Apostolum secutus, saepissime in carmibus suis et orationibus λόγον appellat ὁ θεόλογος. Vid. Elias etensis ad Orat. III. Opp. Tom. II. pag. 251. ed. Billii Con. [O.]

12. μή σοι … ὑπορρέοι] Vert. *cave, ne tibi effluat, delaıtur. Hüte dich, dass dir nicht über dem Schein das Seyn enthlüpfe.* [O.]

17. Ῥάβδος] i. e. *poena, objurgatio, increpatio.* Sic et in . Test. I. Cor. IV, 21. ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς. Vid. Schleuer. in Lexic. et Suicer. in Thesaur. Eccles. h. v. [O.]

In Theoctisti Sententias.

ΘΕΟΚΤΙΣΤΟΥ] Quis hic Theoctistus vel Theoctistes fuerit, non liquet. Duo ejus nominis citantur a Fabricio in Bibliotheca Graeca: primus Lib. V. Cap. 40. (Tom. X. pag. 157.) inter Melodos Graecos, cujus Cantica Sacra MSSta refert Lambecius in Catalogo MSS. Bibl. Vindobon. Tom. VIII. p. 99. alter Lib. VI. Cap. IX. Tom. XIII. pag. 432. medicus Procopio memoratus Lib. II. de bello Gothorum Cap. II. cui posteriori ut ascribere malim has sententias, movent me praecepta quaedam, quae in illis continentur, medicinalia et diaetetica, v. c. 7 et 9. Ceterum vocabula rariora et loquendi formas insolentiores mirum in modum aucupatur hic scriptor, quo corruptiorem alium et depravatiorem a librariis vix inveneris. [O.]

1. πῶς γὰρ οὔ;] Affirmandi formula optimis scriptoribus usitata, v. c. Xenophonti Memorabb. IV. Cap. II, 20. Vid. Matthiae Gramm. Graec. maj. pag. 898. Opp. negatio πῶς γάρ; de qua adeundi Valckenaer. ad Euripid. Phoeniss. v. 1614. et Koen. ad Gregor. Corinth. pag. 144. ed. Schaefer. [O.]

ἐπικουφίζειν ἀτυχίας ἐλέῳ καὶ συμφόρῳ ..... παραπιπτούσας] Pessime haec interpretatus est Conr. Gesnerus. Quis enim unquam vel Graecorum vel Graeculorum ἔλεος de miseria dixerit? Immo ἐλέῳ et συμφόρῳ (quod h. l. accipiendum sensu proprio et primario pro *doloris consortio*, *das Mittragen*, *Mitdulden*) conjungendum cum ἐπικουφίζειν hoc sensu: *Molesta profecto res est calamitates, quae propter humanae vitae inconstantiam ingruunt, commiseratione et doloris consortio non levare.* [O.]

διὰ τὸ ὁμογενὲς καθεστῶτας] Malim εἰς τό. [*Gesner. in marg.*] Quid si legamus πρὸς τοὺς εἰς τὸ ὁμογενὲς καθεστῶτας? [O.]

2. μετὰ προλήψεως] cum nimia exspectatione, fiducia, *mit hoher Meinung*, *Erwartung*. [O.]

3. Γῆν ὥσπερ ἐπαμησάμενοι ἄνθρωποι ... κατέχειν ἑαυτοῖς] Annon respicit Theoctistes ad usum athletarum arenam in se invicem conjiciendi, ut manus eo firmius membris injectae sederent? quod παρορύττειν dicebant Graeci, arenam autem conspersam ἁφήν. Vide Menag. ad Laert. VI, 27. pag. 235. ed. Meibom. et Heyn. V. S. ad Epictet. Enchirid. Cap. XXIX. pag. 94. 95. [O.]

κατέχειν] Vert. *obruere solent*. Vide supra ad Chilonis Apophthegm. 4. [O.]

5. Εὖ καθεῦσι etc.] Egregie in eandem sententiam Jesus

Siracides Cap. VI. v. 10. et seqq. *Καί ἐστι φίλος κοινωνὸς τραπεζῶν, καὶ οὐ μὴ παραμείνῃ ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου· καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς σου ἔσται ὡς σὺ, καὶ ἐπὶ τοὺς οἰκέτας σου παῤῥησιάσεται· ἐὰν ταπεινωθῇς, ἔσται κατὰ σοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσεται.* [O.]

7. *τὸ ἀνακεχωρηκὸς τοῦ θυμοειδοῦς*] Non bene Conr. Gesnerus *internam animi alacritatem*, cum sit *iracundiam, iram in intimo animi recessu flagrantem, quae te coquit et versat in pectore fixa.* [O.]

ὑπεκλύειν] *sensim et paulatim exsolvere, dissolvere.* Sic Hippocrates de Morbis Mulier. Lib. I. pag. 600. ed. Anut. Foes. Genev. *καὶ παλμοὶ ἐστὶν ἧσιν ἀσθενέες, ὑπεκλυόμενοι, ἐπαναδιδόντες, ὀξέες.* [O.]

ἐν τοῖς περιπάτοις] Al. *περιπέζοις* nullo sensu. [*Gesner. in marg.*] *ὑπεκλύειν ἐν τοῖς περιπάτοις, crebris deambulationibus dissolvere, durch Spaziergehen vertreiben, auslaufen, ausspazieren.* [O.]

9. *τὴν ἐπὶ θάνατον*] scil. *ὁδόν.* [O.]

10. *Λίαν εὖ βεβηκότων ἀνδρῶν*] Bene vertit Gesnerus *constantium. βεβηκέναι, stare, firmiter insistere.* Ita Polemon in Orat. I. in Cynaegirum §. 25. *ἐν γὰρ τῷ μετὰ θάνατον βεβηκέναι δόξαν ἡ χάρις οὐκ ἔχει.* 2. morali sensu, ut h. l., *constare sibi.* Eadem significatione morali v. *βάσις* occurrit in Epist. Socrat. I. pag. 7. ed. nostr. de Bellerophonte: *καὶ τὰς βάσεις ἀπολεσκὼς, οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς οἰόμεθα λέγειν, ἀλλὰ τὴν παῤῥησίαν, ἐφ' ἧς ὀρθοῦται ὁ ἑκάστου βίος.* ad quem locum vide quae observavimus in nota ad Epistolam Criticam patruelis nostri J. C. Orellii, additam ad calcem Memnonis pag. 527. et ad Philon. Byzant. de VII Orbis Spectac. Cap. I. pag. 79. [O.]

διαφυλαττόντων] Insolens plane et, quod sciam, sine exemplo usus hic participii pro infinitivo positi loco nominativi subjectum indicantis. [O.]

12. *ἀχθῆναι*] Non dubitavi in textum recipere hanc lectionem a C. Gesnero in margine positam. Ipse edidit *ἀρχθῆναι.* [O.]

ἀνενεγκεῖν] Vide paulo ante Sent. 9. [O.]

13. *Ναῦν ἐξ ἑνὸς ἀγκυρίου*] Eandem Sententiam habuimus supra in Similit. Socrat. [O.]

καὶ ἐκ μιᾶς ἐλπίδος] Excidit aliquid post *καὶ*, forte *βίον*, ut in dicto illo Socratico, vel, quod h. l. aptius videtur, *ψυχὴν* aut *ἑαυτούς.* [O.]

14. *σκιατροφίας*] Erat scil. mollium et effoeminatorum vitam in umbra sive umbraticam agere, quod Graeci dicebant

σκιατραφεῖσθαι, σκιατραφία, vel, ut h. l., σκιατροφία. Vide, qui de h. v. multus est, Ast. V. Cl. ad Platon. Phaedr. Cap. 16. p. 265. [O.]

15. ὑπέραντλον] ὑπέραντλος proprie dicitur navis, cujus sentina vel aqua per fatiscentes rimas illabente, vel tumidis fluctibus desuper infusis tanta copia exundat, ut exhauriri amplius non possit, atque adeo periculum instet praesentissimum, ne mersa navis intereat: hinc 2. morali sensu de hominibus pravis affectibus exundantibus, ut ap. Lucian. in Timon. Cap. 4. πόσοι Φαέθοντες, ἢ Δευκαλίωνες ἱκανοὶ πρὸς οὕτως ὑπέραντλον τοῦ βίου. ubi vid., qui hanc vocem nube exemplorum doctissime illustrat, Hemsterhusius ὁ πάνυ Tom. I. pag. 340 seqq. ed. Bipont. [O.]

17. διωλύγγιον] Lege διωλύγιον. *lapsum ingentem ac perpetuum.* Timaeus Lex. Plat. Διωλύγιον — ἐπὶ πολὺ διῆκον· ἐπὶ φαύλου δὲ αὐτῷ κέχρηται. (Theaetet. p. 122. E. μακρὰ μὲν καὶ διωλύγιος φλυαρία.) πολὺ καὶ ἄμετρον. ubi vid. Ruhnken. pag. 88. ed. 2. Conf. Dorville ad Chariton. Lib. III. Cap. III. pag. 368. [O.]

18. Σαινόντων] Σαίνειν, *blandiri, adulari:* proprie canum esse caudas agitantium, hinc ad homines translatum, pluribus ostendunt Reitzius ad Lucian. de merced. conduct. Cap. 20. Tom. III. pag. 537. ed. Bipont. et Schleusner. in Lexic. N. Test. h. v. [O.]

19. Τὸ μὲν δυσωπεῖσθαι etc.] Locus non est integer. [*Gesner. in marg.*] Locus misere corruptus, luxatus et mutilus. Jam prima verba, Τὸ μὲν δυσωπεῖσθαι, quid sibi velint, fateor me non intelligere et post δυσωπεῖσθαι plures voces excidisse suspicor. [O.]

προπολλοῦσαν ἰδεῖν ἐπηλυγαζόντων etc.] Alias πρὸ πολλοῦ συνιδεῖν. et alias post φυλάξασθαι punctum notatur. [*Gesner. in marg.*] Cujus lectionis vestigia secutus sic equidem legendum conjicio: φυλάξασθαι οὐ ῥᾴδιον, πρὸ πολλοῦ τοῦ συνιδεῖν (una voce) ἐπηλυγαζόντων. ῥᾷον δὲ τὸ ἀμύνασθαι τὰς τῶν διαφόρων. ut haec sit totius loci sententia: *Difficile est cavere amicorum conversationes, quae in inimicitias exiturae sunt, cum multo ante, quam id animadvertere possis, simultatem (familiaritatis nomine) occultent. At multo facilius cavere sibi ab apertis inimicorum offensionibus.* Eandem plane ellipsin habemus apud Xenophontem Ephesium de Amor. Anth. et Abrocom. Lib. III. Cap. II. pag. 57. ed. Locell. ἕως δὴ ἐλήφθησαν οὐ πρὸ πολλοῦ τοῦ σε ἰδεῖν. De v. ἐπηλυγάζειν, *abscondere, obvelare, occultare,* a λύγη vel ἠλύγη — σκιὰ, σκοτία, νὺξ, vid. Duker. ad Thucyd. Lib. VI. Cap. 36. pag. 60. ed. Beck. [O.]

20. Ὑψιτενεῖν] *in altum tendere,* quo verbo augenda Lexica. [O.]

22. Χαλεπὰ τὰ καλὰ etc.] Simile Pittaci dictum (supr. Apophthegm. Lyc. 2.): *Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι.* et tritissimum illud Hesiodi Ἔργ. v. 287. *Τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἐστιν ἑλέσθαι* etc. etc. citatum a Xenophonte Memorabb. Lib. II. Cap. I. §. 20. [O.]

23. τούτων] Al. τούτου. [*Gesner. in marg.*] Mihi magis placet τούτων collectivum, quasi dixisset πάσης βδελυρίας. [O.]

ἀποικονομεῖσθαι] Gesner. conj. ἀποικοδομεῖσθαι. Male. Nam ἀποικονομεῖν, ἀποικονομία, ἀποικονόμητος propria verba in hac re. Ita Hierocles Stobaei Serm. 37. *πᾶν πάθος καὶ νόσημα ψυχῆς ἀποικονομεῖσθαι. propulsare, wegschaffen, wegpraktiziren,* et Arrianus Epictet. IV. Cap. I. §. 44. *κακὸν φευκτὸν καὶ παντὶ τρόπῳ ἀποικονόμητον.* ubi vid. Hier. Wolf. p. 816. ed. Schweighaeuser. [O.]

24. ὥσπερ αὖ κατὰ ἐναντίον χωρῆσαι] Videtur dicere voluisse: *periculum afferre etiam nimis avide et anxie exspectare occasionem rerum gerendarum omnium commodissimam et opportunissimam, ne interim alia elabatur occasio, quae, licet minus commoda, haud tamen plane inepta sit.* [O.]

In Variorum Sententias de Invidia.

Videtur Aldus hasce Sententias e collectione incerti cujusdam Graeculi edidisse. Nam plura inveniuntur in hoc opusculo, quae apud Stobaeum, Antonium et Maximum in Serm. περὶ φθόνου frustra quaesiveris. [O.]

5. Ὁ δαίμων φθονεῖ μὲν] Joanni Chrysostomo hanc Sententiam adscribunt Antonius et Maxim. Serm. περὶ φθόνου. [O.]

6. Θεόφραστος] Habent etiam Antonius et Maxim. l. l. [O.]

7. Πλάτων] Ex Platonis Timaeo citat hanc Sententiam Stobaeus l. l. [O.]

8. γνώμην φθαρτικὴν] Sic Aldus. At Luscinius: γνώμην σατανικήν. Et sic etiam Manuel Palaeologus in Praeceptis educat. reg. Cap. XXIII. *Ὁ φθόνος σατανικόν· οὐ γὰρ ἐκεῖνος τὴν κόλασιν καταδέχεται, ἢ διὰ τὸ κολασθῆναι τινὰς ποιῆσαι.* [O.]

9. Φθονερῷ ἀτύχημα etc.] Gregorii Nysseni Sententia ap. Anton. et Max. l. l. ubi vero legitur: *Φθόνος ἀτύχημα* etc. [O.]

10. *Τὰ καλὰ* etc.] Philonis Judaei Sententia ab iisdem citata, unde correximus vitium editt. Ald. et Luscin. *τὰ κακά.* [O.]

13. *Βίων ὁ σοφὸς* etc.] Citant iisdem verbis Antonius et Maxim. l. l. [O.]

14. *Τῷ φθόνῳ* etc.] Hic finem posuimus collectioni Aldinae. Quae in ea sequuntur, passim leguntur in praecedentibus opusculis. Duas Sententias postremas addidimus ex Antonio et Maximo. [O.]

Annotationes in Supplementum Sententiarum Pythagoricarum e collectione Rittershusii.

49. *Ἀρχὴ ἥμισυ παντός*] Hanc Sententiam ipse explicat Jamblichus eodem libro Cap. 30. (p. 583. ed. Kiessl. O.) *Ἀρχὴν δὲ ἀπεφαίνοντο (οἱ Πυθαγόρειοι) ἐν παντὶ ἕν τι τῶν τιμιωτάτων εἶναι ὁμοίως ἔν ἐπιστήμῃ τε καὶ ἐμπειρίᾳ, καὶ ἐν γενέσει· καὶ πάλιν δὲ, ἐν οἰκίᾳ τε, καὶ πόλει, καὶ στρατοπέδῳ, καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις συστήμασι. δυσθεώρητον δ' εἶναι καὶ δυσσύνοπτον τὴν τῆς ἀρχῆς φύσιν ἐν πᾶσι τοῖς εἰρημένοις. ἐν γὰρ ταῖς ἐπιστήμαις οὐ τῆς τυχούσης εἶναι διανοίας τὸ καταμαθεῖν τε καὶ κρῖναι καλῶς βλέψαντας εἰς τὰ μέρη τῆς πραγματείας, ποῖον τούτων ἀρχή. μεγάλην δ' εἶναι διαφορὰν, καὶ σχεδὸν περὶ ὅλου τε καὶ παντὸς τὸν κίνδυνον γίνεσθαι, μὴ ληφθείσης ὀρθῶς τῆς ἀρχῆς. οὐδὲν γὰρ, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἔτι τῶν μετὰ ταῦτα ὑγιὲς γίνεσθαι, ἀγνοηθείσης τῆς ἀληθινῆς ἀρχῆς. τὸν αὐτὸν δ' εἶναι λόγον καὶ περὶ τῆς ἑτέρας ἀρχῆς· οὔτε γὰρ οἰκίαν εὖ ποτὲ ἂν οἰκισθῆναι, μὴ ὑπάρξαντος ἀληθινοῦ ἄρχοντος, τῆς ἀρχῆς τι ἑκουσίων. ἀμφοτέρων γὰρ δεῖ βουλομένων τὴν ἐπιστασίαν γίνεσθαι, ὁμοίως τοῦ τε ἄρχοντος καὶ τῶν ἀρχομένων· ὥσπερ καὶ τὰς μαθήσεις τὰς ὀρθῶς γινομένας ἑκουσίως δεῖν ἔφασαν γίνεσθαι, ἀμφοτέρων βουλομένων, τοῦ τε διδάσκοντος καὶ τοῦ μανθάνοντος· ἀντιτείνοντος γὰρ ὁποτέρου δήποτε τῶν εἰρημένων, οὐκ ἂν ἐπιτελεσθῆναι κατὰ τρόπον τὸ προκείμενον ἔργον. οὕτω μὲν οὖν τὸ πείθεσθαι τοῖς ἄρχουσι καλὸν εἶναι ἐδοκίμαζον, καὶ τὸ τοῖς διδασκάλοις ὑπακούειν.* [*Rittershus.*]

50. *Φιλότης ἰσότης*] Sic edidi ex emendatione Kiesslingii. In textu Jamblichi est: *ἐπιφιλότης ἰσότης.* [O.]

51. *Οἱ δὲ Μάγοι* etc.] Haec verba addidit Stobaeus ex Herodoto. [O.]

52. *Πυθαγόρας εἶπεν* etc.] Sic Ecphantes Pythagoricus Lib. de Regno ap. Stobaeum Serm. XLVI. *ἁ πολυτέλεια μάτηρ τῆς ἀκρασίας· αὕτα δὲ τᾶς ὕβριος, ἐξ ἇς τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν τὰ πολλά.* Et alius Pythagoricus Callicratides Lacon Lib. de

familiarum felicitate apud eundem Stobaeum Serm. 85. hanc sextuplicem ponit seriem et gradationem: Ἁ ὑπερβάλλουσα πρᾶξις κόσμον ἐλευθέριον καὶ διεξαγωγὰν κατάρχει ὕβριος καὶ ὀλέθρου ῥιζοῦται τοῖς ἀνθρώποις. ἀνάγκη γὰρ τὼς πολλὰ ἔχοντας τετυφῶσθαι πρᾶτον, τετυφωμένως δὲ ἀλαζόνας γίνεσθαι, ἀλαζόνας δὲ γενομένως ὑπερηφάνως ἦμεν, καὶ μήτε ὁμοίως μήτε ἴσως ὑπολαμβάνειν τὼς συγγενέας καὶ ὁμοφύλως καὶ φυλέτας, ὑπερηφάνως δὲ γενομένως ὑβριστὰς ἦμεν· ὕβριος δὲ πάσας ἔσχατον καὶ πέρας ὄλεθρος. Valde congruit hisce Pythagoricis illa Ciceronis gradatio pro Roscio (Amerino Cap. XXVII. fin. O.): *In urbe luxuries creatur; ex luxuria existat avaritia necesse est; ex avaritia erumpat audacia; inde omnia scelera ac maleficia gignuntur.* Ex Pythagorae equidem scito feci aliquando hunc hexametrum: Τὴν πόλιν εἰσδύνει τρυφή, κόρος, ὕβρις, ὄλεθρος. [*Rittershus.*] In eandem sententiam Theognis v. 155 seq.

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται
Ἀνθρώπῳ, καὶ ὅτῳ μὴ νόος ἄρτιος ᾖ. [O.]

55. Οὐδὲν δεῖ etc.] Vocat hoc praeceptum Iamblichus μέγιστον γενναιότητος ἔρμα, *maximum generosi animi fundamentum.* [*Rittersh.*]

D. Wyttenbachii et Editoris Annotationes in Similitudines et Sententias ex Plutarcho excerptas.

1. Ὀνείρῳ ἔοικεν etc.] Haec Sententia et sequentes usque ad 5. exstant sub Plutarchi nomine in Appendice Jo. Damasceni Parallel. Sacr. MS. Florent. Equidem neque de his neque de sequentibus omnibus (e quibus omisimus eas, quae supra continebantur in collectione Demophili et Stobaei. O.) ex Maximo et Antonio depromtis magnopere contendam, eas Plutarchum habere auctorem: omittere eas non debui, quando adscripto Plutarchi nomine exstant. Alii apud eosdem compilatores feruntur loci vere Plutarchei ex libris qui supersunt, omisso auctoris nomine: quos locos, ut hic non repetendos, sua quemque sibi sede memoravimus. Sententia 1. Ὀνείρῳ etc. ap. Anton. et Maxim. p. 704. (ed. Gesner. Wechel. cum Stobaeo) Isidoro tribuitur. Sentent. 2 et 3. ibid. p. 706. sine nomine subjectae sunt Epicuri dictis. 5. Καὶ ὁδοῦ ap. Antonium p. 235. sub nomine Plutarchi, certe Plutarcheo 6. Τῷ μὲν ἴσον ζυγῷ subjectus. [*Wyttenb.*]

9. Ἐκ μὲν τοῦ ποδὸς etc.] Exstat etiam ap. Arsenium Violet. MS. Tit. περὶ λογικοῦ. [*Idem.*]

16. Ὁδηγὸν τυφλὸν etc.] Simile D. Salvatoris dictum de Pharisaeis Matth. XV, 14. Ἄφετε αὐτούς· ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν. Τυφλὸς δὲ τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται. [O.]

11. Ποτὸν etc.] Sumtus hic locus ex Plutarcho περὶ φιλοπλουτίας Cap. 2. Vol. X. p. 149. [Hutten.]

σβεσε — ἠκέσατο] i. e. σβεννύειν — ἀκεῖσθαι εἴωθε, ut saepius. [O.]

12. τῶν ἀνθρώπων] Hoc minus bene respondere videbatur antecedenti τῶν νεκρῶν. Quare legendum conjeceram τῶν ἀνοήτων. Sed jam nil puto mutandum melfora edoctus simili vel potius paucis tantum verbis mutatis eadem plane Sententia, quam sub Epicteti nomine servavit nobis idem Antonius eodem sermone (p. 247. ed. Wechel.): Οἱ μὲν κόρακες τῶν τετελευτηκότων τοὺς ὀφθαλμοὺς λυμαίνονται, ὅταν οὐδὲν αὐτῶν ἐστι χρεία· οἱ δὲ κόλακες τῶν ζώντων τὰς ψυχὰς διαφθείρουσι, καὶ ταύτης ὄμματα τυφλώττουσιν. Dixit itaque Plutarchus, sive quis fuerit auctor Sententiae nostrae, τῶν ἀνθρώπων pro τῶν ζώντων. [O.]

16. Ὁ τῶν ἀσώτων βίος etc.] Latet h. l. amphibolia quaedam in v. βίος. Denotat scil. et vitam vel sanitatem et victum, (Vide quae annotavimus ad Epist. Socrat. 29. p. 260.) quod utrumque effertur quasi in incontinentibus. [O.]

18. Ἀχάριστον εὐεργετεῖν etc.] Legitur haec Sententia etiam quadam varietate apud Apostolium Proverb. V, 50. ubi est: Ἀχάριστον εὐεργετεῖν καὶ νεκρὸν μυρίζειν ἐνὶ σύγκειται. Πλούταρχος. [Wyttenb.]

19. Φθείρεται etc.] Exstat quoque in Arsenii Violeto MS. tit. περὶ μέθης. [Idem.]

23. ἀπὸ τῆς πρώτης λήψεως αὔξει] Wyttenbachius corrigendum videri monet ἀπὸ τῆς πρώτης ὑπολήψεως, vel ἐπιλήψεως, αὔξεται. [Hutten.]

30. Στάσιμοι etc.] Exstat etiam apud Arsenium Violet. MS. tit. περὶ ἀρετῆς. [Wyttenb.]

55. Ὁ ὑπὲρ μικρῶν etc.] In Arsenii Viol. MS., unde edidit Matthaeus ad calcem lib. de vit. Pud., exstat sub nomine Plutarchi: at ap. Stobaeum Serm. XX. p. 173. (ed. Wechel.) et in Sententiis Antonii et Maximi p. 329. abscribitur Apollonio. [Id.]

ADDENDA IN TEXTU

Ad Similitudines Socraticas et aliorum.

pag. 32. post Sent. 97. adde:

97 a. *Ἀρκεσίλαος ὁ φιλόσοφος ἔφη τοὺς διαλεκτικοὺς ἐοικέναι τοῖς ψηφοπαίκταις, οἵτινες χαριέντως παραλογίζονται.* [*Stob. ibid.*]

Arcesilaus philosophus dialecticos aiebat similes esse ludentibus alea, qui non sine delectatione decipiuntur.

97 b. *Ζήνων τὰς τῶν διαλεκτικῶν τέχνας εἴκαζε τοῖς δικαίοις μέτροις, οὐ πυρὸν οὐδ' ἄλλο τι τῶν σπουδαίων μετροῦσιν, ἀλλ' ἄχυρα καὶ κόπρια.* [*Ibid.*]

Zeno dialecticorum artes justis mensuris comparabat, qui non triticum nec aliud quidquam alicujus pretii, sed paleas et stercora metiuntur.

Ad VII Sapientum Sententias et Apophthegmata.

p. 168. lin. 22. post verba *et novissima Brunckiana* adde haec: *Liceat tamen e collectione Lyciana versiones metricas Elegiarum quarundam elegantissimas, quas desiderantur in illa editione, supplementi loco hic subjicere.*

Solonis Elegia V. (*ed. Brunck. Lips. pag.* 105.)
Latino carmine reddita a Claudio Monsello.

Vos, o Pierides Musae, me audite precantem,
Clara Jovis proles Mnemosynesque deûm:
A superis ut sim felix, date, ab ore virorum
Nominis ut surgat prospera fama mei.
Hostes me durum, suavem experiantur amici:
His veneranda, illis ora timenda geram.
Divitias opto, sed iniqua fraude parere
Nolo, nam tandem poena dolenda venit.
Durant, quas tribuit divinum numen, ab imo
Ad summum stabiles usque cacumen opes:
Quas veneratur homo, vis ac injuria fallax
Congerit invitas artibus atque dolo:
Idcirco subito cladi miscentur acerbae,
Quam veluti flammam parva momenta cient:
Exigua est primum, sed vix toleranda recedit:

Nusquam facta malae mentis inulta manent.
Sed finem cujusque videt deus, atque repente
Irruit, ut verno missa procella die,
Quae maris immensi postquam volventibus undis
Aequora concussit, deque feraci solo
Laetas excussit segetes, ascendit ad altas
Divorum sedes, astraque clara facit:
Almaque vis terram solis collustrat opimam,
Et parent toto nubila nulla polo.
Sic subita est vindicta Jovis, quem non tamen, ut nos,
Quaslibet ob caussas ira movere solet.
Nec celare potest se mens impura malorum,
Sed cujusque suo tempore vita patet.
Continuo pendunt hi poenas, serius illi:
Si nunc fata aliquos praeteriere deûm,
Asperiora iterum venient, tandemque parentum
Auctorum nati facta scelesta luent.
At non sic homines una justique malique,
Id qued quisque tenet, ducimus esse bonum:
Donec quid passi lacrimas fundamus inanes,
Interea ad spes nos otia vana trahunt.
Si cujus squallent exangui corpora morbo,
Certo persuadet sana futura sibi.
Cum sit hic ignarus, fortem se judicat esse,
Pulcrum deformis se quoque censet homo.
Pauperie hic rapida postremam rosus ad arcam,
Se tamen immensa credit habere bona.
Colligit hic alibi, ille per aequora salsa vagatur
Navibus, exeptans lucra referre domum,
Per mare piscosum ventis delatus iniquis,
Omnino vitae nulla pericla timens.
Alter pingue solum curvo perstringit aratro,
Cujus in inflexo vomere cura vacat.
Vulcani artificis notis doctaeque Minervae
Artibus ad victum colligit ille satis.
Alter Olympiadum Musarum munera doctus
Doctrina affectus fraenat ubique suos.
Vatem alium primus jaculator fecit Apollo,
Qui destinatum nuntiet ante malum:
Cui faveant superi: verum fatalia prorsus
Solvere nulla queunt sacra, nec augurium.
Pharmaca Paeonis, medica qui floruit arte,

Nonnulli exercent: meta nec hosce regit.
Exiguus nam saepe dolor dimanat in acrem,
Quem medicina quidem blanda levare nequit.
Hunc gravibus multo languentem tempore morbis
Contingens sanum protinus ille facit.
Commoda nonnunquam fato atque molesta trahuntur,
Nec tibi missa deûm dona vitare potes.
In cunctis discrimen inest; neque noverit ullus,
Vertere quo se, rem, debeat, aggrediens.
Inceptas alius bene res absolvere tentans
In magnam noxam labitur improvidus.
At subiens alius non rite negotia, fausto
Successu rerum solvitur inscitia.
Porro nullus opum mortales inter habetur
Finis; nam nostrûm qui bona plura tenent,
Bis tantum quaerunt. Quisnam satiaverit omnes?
Vulpinos astus dii tribuere viris.
Hinc tamen emergit clades, quam Jupiter ultor
Cum mittet, nullus non aliquando feret.

(Aliam ejusdem Elegiae non minus elegantem versionem metricam Joachimi Camerarii lege sis in Thomae Crenii Collectione tractatuum de eruditione comparanda pag. 152. seqq.)

Ejusdem Fragmentum XIII. (*ed. Brunck. p.* 110.)

Divitiis auget multos fortuna scelestos
Atque bonos nulla commoditate juvat.
Nos tamen haud ducemus opes virtute priores;
Haec est certa, illas sors regit instabilis.

Ejusdem Fragmentum XIV. (*ibid.*)

(*Sigismundo Gelenio interprete.*)

Impubes pueri septem volventibus annis
Claudunt enatis dentibus eloquium.
Post alios totidem divorum numine dextro
Occultum pubis nascitur indicium.
Annis ter septem prima lanugine malas
Vestiet aetatis robore conspicuus.
Quartus id augebit jam septenarius, isque
Optima virtutis proferet indicia.
Adde alios totidem, festinans ocyus aetas
Conjugio monuit quaerere progeniem.
Sexta aetas animo, si quid deest, addet, eaque

Disces, quid deceat, quid quoque dedeceat.
At quae succedunt per proxima ter duo lustra,
Ornabunt linguam dulcibus eloquiis.
Nona aetas languet, tum frigida membra retardant
Virtutem nonnunquam interituram animi.
At quisquis decimam poterit attingere metam,
Jam tempestivo funere conciderit.

Ejusdem Fragmentum XVII. (*ed. Brunck. p.* 113.) (*Joachimo Camerario interprete ex Thomae Crenii l. l. p.* 223. *seq.*)

Civibus ostendet breve, nostra amentia, tempus,
Quae sit, quod verum proferet in medium.

Fragmentum XVIII. (*ibid.*) *Eodem interprete.*

Nix de nube cadit violenta, et grandinis imber,
Claraque terribili fulgura luce tonant.
— — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — —
A magnisque viris res publica vertitur, excors
Unius ut vulgi serviat imperio.

Fragmentum XIX. (*ed. Brunck. pag.* 114.)

Quod peperit vobis mala tanta ignavia vestra,
Ne vos insontes insimulate deos.
Ipsi etenim istos praesidiis auxistis, et haec est
Fax prima indigni caussaque servitii.
Quin vulpino etiam nunc gressu inceditis omnes,
Et levitas cunctis maxima mentis inest.
Nam linguae et verbis inhiant fallacibus aures,
Sed nemo adspiciens improba facta notat.

Ad Pittaci Apophthegmata.

pag. 176. post Sent. 25. adde:

25 a. *Ὁ Πιττακὸς ἐδίδου τῷ Ἀμφιαρέῳ χρήματα· ὁ δ' οὐκ ἠθέλησε λαβεῖν. ὅθεν καὶ ὁ Πιττακὸς λέγει πρὸς αὐτόν· σὺ δ' οὔπω χρυσῶν ἔρωτος ἐγένου· ἢ γὰρ ἂν χεῖρας ἑτοίμους εἶχες λαβεῖν.* [*Scholiastes ad Aristotelis Rhetor. l. c. pag.* 58. *lin.* 50. *ed. Paris. ap. Neobar. de anno* 1539.]

Pittacus pecuniam aliquando obtulit Amphiarao: quam cum

ille nollet accipere, dixit Pittacus: Nondum profecto expertus es, quam suavis sit auri amor; alioquin manus ad accipiendum haberes paratas.

Ad Thaletis Apophthegmata.

pag. 180. post Sent. 17. adde:

18. *Χαλεπὸν τὸ ἑαυτὸν γνῶναι, ἀλλὰ μακάριον, ζῆν γὰρ κατὰ φύσιν.* [*Anton. et Max. Serm. de cognitione sui pag. 346. ed. C. Gesneri Wechel.*]

Difficile est se nosse, sed beatum, quod haec sit secundum naturam vita.

Ad Biantis Apophthegmata.

pag. 186. post Sent. 34. adde:

35. *Λέγεται ὁ Πριηνεὺς Βίας ἀπειλοῦντι Κροίσῳ μάλα καταφρονητικῶς ἀνταπειλῆσαι ἐπεσθίειν αὐτὸν τῶν κρομμύων, παραινιττόμενος τὸ κλαίειν, ἐπειδὴ δάκρυα κινεῖ τῶν κρομμύων βρῶσις.* [*Philo Judaeus in libro, quod omnis probus liber, Opp. pag. 888. ed. Hoeschel. Francof.*]

De Biante Prienensi fertur, quod appellatus a Croeso minaciter, contemptim et ipse minitans jusserit eum cepas edere, fletum civiliter subindicans, quandoquidem harum esus ciet lacrymas.

Ad Anacharsidis Apophthegmata.

pag. 204. post Sent. 30. adde:

31. *Ἀνάχαρσις ὁ Σκύθης ἐρωτηθείς, τί ἐστι πολέμιον*) ἀνθρώποις, αὐτοί, ἔφη, ἑαυτοῖς.* [*Stob. Serm. II. de malitia.*]

Anacharsis Scytha rogatus a quodam, quid hominibus esset infestum: *Ipsi*, inquit, *sibi ipsis.*

*) *Malim πολεμιώτατον.* [O.]

32. *Ἀνάχαρσις ἑστιαθεὶς παρὰ Σόλωνι, καὶ κοιμώμενος ὤφθη τὴν μὲν ἀριστερὰν χεῖρα τοῖς μορίοις, τὴν δὲ δεξιὰν τῷ στόματι προσκειμένην ἔχων, ἐγκρατεστέρου γὰρ ᾤετο χαλινοῦ δεῖσθαι τὴν γλῶτταν.* [*Ant. et Max. Serm. de taciturnitate et arcanis p. 389.*]

Anacharsis a Solone convivio acceptus, cum se cubitum recepisset, sic compositus erat, ut sinistra manus ad pudenda apposita esset, dextra autem ori, continentiore enim fraeno linguam indigere putabat.

Ad Supplementum Sententiarum Pythagoricarum.

pag. 426. post Sent. 65. adde:

66. *Πυθαγόρας ἐρωτηθεὶς, πῶς δεῖ ἀγνωμονούσῃ πατρίδι προσφέρεσθαι, εἶπεν, ὡς μητρί.* [*Stob. Serm. de patria.*]

Pythagoras interrogatus, quomodo oporteat se gerere erga patriam ingratam: ut erga matrem, respondit.

67. *Τοὺς ἀδικήσαντας μὴ πράττε δίκας, ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς ὑπὸ τῆς ἰδίας ταπεινοῦσθαι κακίας.* [*Anton. et Maxim. Serm. de ira et excandescentia pag.* 330.]

Ab iis, qui injuriam fecerunt, ne sumito poenam, satis est enim illos suo premi malo.

68. *Μυστικῶς καὶ τὸ Πυθαγόρειον ἐλέγετο, ἕνα γενέσθαι καὶ τὸν ἄνθρωπον δεῖν.* [*Clemens Alexandr. Stromat. Lib. IV. p.* 535. *ed. Francofurt.*]

Mystice dictum est illud Pythagoreum: Oportere hominem quoque fieri unum.

69. *Πυθαγόρας παρήγγελλε τοῖς μανθάνουσι, σπανίως μὲν ὀμνύναι, χρησαμένους δὲ τοῖς ὅρκοις πάντως ἐμμένειν.* [*Diodor. Fragm. Lib. X. Tom. IV. pag.* 55. *ed. Bipont. Conf. Carm. aureum vs.* 2.]

Pythagoras discipulis suis praecipiebat, ut ad jurandum raro ac tarde accederent; ubi vero semel jurassent, ut prorsus sacramenti fidem servarent.

70. *Ὁ αὐτὸς παρήγγελλε πρὸς τοὺς θεοὺς προσιέναι τοὺς θύοντας μὴ πολυτελεῖς, ἀλλὰ λαμπρὰς καὶ καθαρὰς ἔχοντας ἐσθῆτας· ὁμοίως δὲ μὴ μόνον τὸ σῶμα καθαρὸν παρεχομένους πάσης ἀδίκου πράξεως, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ἁγνεύουσαν.* [*Ibid. pag.* 56.]

Idem monebat, ut sacrificantes non pretiosis, sed candidis et puris vestibus amicti deos adirent; neque solum corpus mundum ab omni labe ac scelere, verum mentem quoque castam conservarent.

ADDENDA ET EMENDANDA

IN NOTIS.

pag. 454. lin. 16. post verba Ast V. Cl. pag. 251. adde: Stanlejus in Hist. Philos. pag. 550. ed. Olearii explicat: *omnia ea tantum agentes, quae commode et sine molestia fieri possint,* ut gladio nonnisi ansa apprehensa utimur, qua parte minime nobis aegre faciat. Quae explicatio optime quidem convenit cum voce *λαβή*, quae significat ensis ansam vel capulum: vide Menag. ad Laert. VI, §. 62. pag. 249. ed. Meibom.: sed minus bene cum avarorum moribus, qui nullos non labores atque molestias subeunt lucri faciendi causa. [O.]

pag. 456. post lin. 19. adde Notam sequentem:

79. *Τὰ τῶν πλουσίων καὶ ἀσώτων χρήματα* etc.] Eandem sententiam Diogeni Cynico attribuit Laertius in ejus vita Lib. VI. §. 60. his verbis: *Τοὺς ἀσώτους εἶπε παραπλησίους εἶναι συκαῖς ἐπὶ κρημνῷ πεφυκυίαις· ὧν τοῦ καρποῦ μὲν ἄνθρωπος οὐκ ἀπογεύεται, κόρακες δὲ καὶ γῦπες ἐσθίουσι.* [O.]

pag. 459. lin. 33. post v. Vide Foes. Oeconom. Hippocr. h. v. adde: Opp. *τὸ ἐκλεικτὸν* vel *ἐκλειχτὸν* (ab *ἐκλείχω*), *ecligma* vel *electuarium*, Vide Coel. Aurelian. Tard. Lib. I. Cap. IV. [O.]

pag. 465. lin. 36—38. *συγγενοῦς διαφέρει* vert. *praestat* etc. Delenda haec verba, quae incuria fudit. Immo *διαφέρει* h. l. contrarium significat, *differt*, i. e. *deterior est*, *Er ist um nichts schlechter*. [O.]

pag. 470. lin. 5. post v. *ἀρκεσθησόμεθα* adde: Stanlejus tamen vertens: *Carnis vox est, procul famem, procul sitim, procul frigus*, videtur verba *Σαρκὸς φωνὴ* accepisse pro *voce hominis corpori dediti et sensibus tantum servientis. Nur der Sinnliche spricht: Weg Hunger!* etc. Sed nostrae explicationi favet Porphyrii locus ad Marcellam Cap. XXX. init. [O.]

p. 474. lin. 15. post verba — servanda est. [*Schaefer.*] adde: De hoc jurejurando legatur Plutarchus Lib. I. de Placitis Philosophorum Cap. 3. Macrob. Lib. I. in Somn. Scip. Cap. 6. et L. Cael. Rhodiginus Lib. XII. Antiquar. Lection. Cap. 9. Meminit

ejusdem et Nazianzenus *εἰς τὴν ἁγίαν πεντηκοστὴν* fol. 262. *τὴν ἑβδομάδα τιμῶσιν Ἑβραίων παῖδες ἐκ τῆς Μωσέως νομοθεσίας, ὥσπερ Πυθαγορικοὶ τὴν τετρακτὺν ὕστερον, ἣν δὴ καὶ ὅρκον πεποίηνται.* [*Zehner.*]

pag. 477. lin. 5. post verba p. 227. Kiessl. adde: Invidiam hoc symbolo vetari putat Perizonius ad Aelian. Var. Hist. Lib. IV. Cap. XVII. pag. 570. ed. Gronov. quia invidiae maxime proprium sit cor suum edere, et macrescere alterius rebus opimis. Vide elegantissimam ejus descriptionem ap. Ovid. Metam. II, 761 et seqq. [O.]

pag. 479. lin. 7. post verba pag. 794.] adde: Sed juvat adscribere ipsius Olympiodori verba ex ejus particula Commentarii in Phaedonem edita novissime ab Andr. Mustoxyde in *Συλλογῇ Ἀποσπασμάτων ἀνεκδότων* excusa Venetiis 1817. pag. 8. *Ἦν δὲ ὁ Φιλόλαος εἰπών, ὅτι οὐ δεῖ ἐξάγειν ἑαυτὸν, δι' αἰνιγμάτων. ἔλεγε γάρ· ἀπιόντι εἰς ἱερὸν οὐ δεῖ ἐπιστρέφεσθαι. καί· ἐν ὁδῷ μὴ σχίζειν ξύλα. ἐδήλου δὲ ταῦτα· τουτέστι μὴ σχίζε καὶ τέμνε τὸν βίον· ὁδὸς γὰρ ὁ βίος. Τὸ δὲ μελετᾶν θάνατον ἐδήλου διὰ τὸ, ἀπιόντα εἰς ἱερὸν μὴ ἐπιστρέφεσθαι· ἱερὸν γὰρ ὁ ἐκεῖσε βίος. πατὴρ γὰρ ἡμῶν καὶ πατρὶς ἐκεῖ. Ἔλεγεν οὖν, ὅτι καθαρτικῶς ζῶν μὴ ἐπιστρέψαι, τουτέστι μὴ διάκοπτε τὴν καθαρτικὴν ζωήν. Ἔλεγε δὲ καὶ ἄλλως μὴ ἐξάγειν ἑαυτόν· διότι Πυθαγόρειον παράγγελμα, μὴ ἀποτίθεσθαι, ἀλλὰ συνεπιτιθέναι βάρη, τουτέστι συμπράττειν τῇ ζωῇ, μὴ ἀντιπράττειν.* [O.]

pag. 483. lin. 22. post verba et J. A. Fabricii Menologium pag. 2. adde: Conf. Perizon. ad Aelian. V. Hist. Lib. IV. Cap. XVII. [O.]

pag. 489. lin. 25. post verba *καὶ ἀνιέρων σαρκῶν μεταλήψεως* adde: „Videtur id sumptum a Judaeis, a quibus non pauca „accepisse Pythagoram, affirmat Josephus Lib. II. contra Apion. „Sed et alii similiter ab iis abstinebant, etiam in vestitu et cal„ceis, aeque ac Pythagoras, qui ne vestimenta quidem *ἐκ τῶν „θνησειδίων* admittebat. Vide Philostrat. in Apollon. I, 1. Certe „apud Romanos *nefas habebatur Flaminicis calceos aut soleas „fieri ex mortuae pecudis corio*, sed licebat fieri *ex occisae alio„qui aut immolatae.* Ratio haec additur, *quoniam sua morte ex„stincta omnia funesta sunt.* Vide Festum in *Mortuae.*" Haec Perizonius ad Aelian. V. Hist. Lib. IV. Cap. XVII. [O.]

pag. 494. lin. 10. post verba *non autem ad alienos* adde: Sed jam retracto sententiam meliora edoctus ab eodem Perizonio, qui ad Aelian. l. l., ubi idem Pythagorae praeceptum affertur, *μὴ χρῆσθαι βαλανείῳ*, haec observat: „Quotidie utebantur lotio-

„nibus etiam Pythagorei. Jamblichus de Vit. Pyth. Cap. 21. *μετὰ* „*δὲ τὸν περίπατον λουτρῷ χρῆσθαι*. Quid ergo? Publico balneo „non utebantur, quia incertum erat, an esset purum nec ne. „Christiani quoque balneis publicis fermo abstinebant, ut liquet „ex Epiphanii Panario Haeres. XXX. §. 24. Diserte Athanasius „*de Virginitate* ad virginem: *οὐ πορεύσῃ εἰς βαλανεῖον*.“ Videtur itaque et hoc loco *περιῤῥαντήριον* aeque ac *βαλανεῖον* intelligendum non privatum, sed publicum. Recentiores tamen Pythagorei videntur hoc symbolum proprie et ad verbum interpretati omnibus omnino balneis cum publicis tum privatis abstinuisse, eorum loco frictionibus usi, quod conjicio ex verbis Porphyrii in Vita Plotini Cap. II. (in Fabricii Biblioth. Graec. Tom. IV. pag. 93.) *Λουτροῦ δὲ ἀπεχόμενος καὶ τρίψεσι καθ' ἑκάστην ἡμέραν χρώμενος ἐπὶ τῆς οἰκίας, ἐπειδὴ τοῦ λοιμοῦ ἐπιβρίσαντος συνέβη τοὺς τρίβοντας αὐτὸν ἀποθανεῖν, ἀμελήσας τῆς τοιαύτης θεραπείας, κατ' ὀλίγον τὴν τοῦ κυνάγχου ἀγριότητα κατασκευαζομένην ἔσχε.* [O.]

pag. 499. lin. 28. annon legendum sit *Ἀγαθοῦ*: [O.] l. annon legendum sit *Ἀγαθοῦ, boni viri est*, ut in Democriti Fragmento 44. *γινώσκειν δὲ ἀγαθοῦ*. [O.]

pag. 506. post lin. 29. insere notam sequentem:

τιμιωτάτη οὖσα] Haec verba videntur mihi interpretamentum glossatoris, idem significantia quod *ἀξίη πάντων*. [O.]

pag. 526. lin. 33. post verba *Πάντων μέτρον ἄριστον* ex Laertio. [O.] adde: Sed de Apophthegmatibus proprie sic dictis (*Wahlsprüche*) VII Sapientum exscribere liceat locum classicum Clementis Alexandrini Stromat. Lib. I. pag. 299. seq. ed. Sylb. Colon. *Ὁ δὲ τρόπος τῆς παρ' αὐτοῖς (ἑπτὰ σοφοῖς) φιλοσοφίας ὡς Ἑβραϊκὸς καὶ αἰνιγματώδης, ἤδη ἐπισκεπτέος. Βραχυλογίαν γοῦν ἠσπάζοντο τὴν παραινετικὴν, τὴν ὠφελιμωτάτην. Αὐτίκα Πλάτων τὸ πάλαι διὰ σπουδῆς γεγονέναι τόνδε τὸν τρόπον λέγει, κοινῶς μὲν πᾶσιν Ἕλλησιν, ἐξαιρέτως δὲ Λακεδαιμονίοις καὶ Κρησὶ τοῖς εὐνομωτάτοις. Τὸ μὲν οὖν Γνῶθι σαυτὸν, οἱ μὲν Χίλωνος ὑπειλήφασι, Χαμαιλέων δὲ ἐν τῷ περὶ θεῶν Θαλοῦ, Ἀριστοτέλης δὲ τῆς Πυθίας .... Πάλιν αὖ Χίλωνι τῷ Λακεδαιμονίῳ ἀναφέρουσι τὸ Μηδὲν ἄγαν· Στράτων δὲ ἐν τῷ περὶ τῶν εὑρημάτων Στρατοδήμῳ τῷ Τεγεάτῃ προσάπτει τὸ ἀπόφθεγμα· Δίδυμος δὲ Σόλωνι αὐτὸ ἀνατίθησι· ὥσπερ ἀμέλει Κλεοβούλῳ τὸ Μέτρον ἄριστον. τὸ δ' Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτη, Κλεομένης μὲν ἐν τῷ περὶ Ἡσιόδου Ὁμήρῳ φησὶ προειρῆσθαι διὰ τούτων* (Od. Θ. 351.)·

Δειλαί τοι δειλῶν τε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι.

οἱ δὲ περὶ Ἀριστοτέλη Χίλωνος αὐτὸ νομίζουσι· Δίδυμος δὲ Θαλοῦ φησιν εἶναι τὴν παραίνεσιν. Ἔπειτα ἑξῆς τὸ Πάντες ἄνθρωποι κακοί,

ἢ Πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων κακοὶ, (δεχῶς γὰρ ἐκφέρεται τὸ αὐτὸ ἀπόφθεγμα) οἱ περὶ Σωτάδην τὸν Βυζάντιον Βίαντος λέγουσιν εἶναι· καὶ τὸ Μελέτη πάντα καθαίρει, Περιάνδρου τυγχάνειν βούλονται· ὁμοίως δὲ τὴν, Γνῶθι καιρὸν, παραίνεσιν Πιττακοῦ καθεστάναι. Ὁ μὲν οὖν Σόλων τοῖς Ἀθηναίοις, Πιττακὸς δὲ Μιτυληναίοις ἐνομοθέτησαν, ὀψὲ δὲ Πυθαγόρας, ὁ Φερεκύδους γνώριμος, φιλόσοφον ἑαυτὸν πρῶτος ἀνηγόρευσεν. [O.]

pag. 527. lin. 27 — 29. Sed hoc sensu v. *οἰκεῖος* dativum conjunctum habet, non genitivum. Vid. Menag. ad Laert. I. §. 92. pag. 53. ed. Meibom. Jam vero loco accuratius inspecto mute sententiam, et credo, verba haec esse e sede etc. — Haec ita lege — Insolentiorem constructionem v. *οἰκεῖος* cum genitivo notavit jam Menagius ad Laert. I. §. 92. pag. 53. ed. Meibom. Nam alias dicitur *οἰκεῖος τινί*. — Jam vero loco accuratius inspecto mihi videntur haec verba e sede etc.

pag. 535. lin. 12. post verba *atque litis esse miseriam.* [*Lyc.*] adde: Schol. ad Platon. Charmid. (edit. Lips. ap. Tauchnitz. Tom. IV. pag. 317.) ita: *Ἐγγύα· πάρα δ' ἄτα, ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως ἐγγυωμένων καὶ κακῶς ἀπαλλαττόντων. Λέγουσι δ' αὐτὸ ἐν Δελφοῖς ἀναγεγράφθαι. Οἱ δὲ εἶπον, οὐχ οὕτως ἔχειν, ἀλλὰ μόνον, Ἐγγύη, ἄτη· καὶ παρέχουσι μάρτυρα τούτου Κρατῖνον τὸν νεώτερον λέγοντα·*

Εἰς ἐγγύας τρεῖς πεσὼν, ἀπηρέθην.
Οὕτω ποτ' ἐν Δελφοῖσιν ἦν τὰ γράμματα·
Τὴν ἐγγύην, ἄτην. ἀλλ' ἐγὼ φιλέταιρον εἶχον ἦθος.

Ὅτι δὲ ἔστιν ἐν Δελφοῖς, Ἐγγύα· πάρα δ' ἄτα, δῆλον ποιεῖ Πλάτων Χαρμίδῃ, λέγων· ὃ δή μοι δοκοῦσι παθεῖν καὶ οἱ τὰ ὕστερα γράμματα ἀναθέντες, τό τε, Μηδὲν ἄγαν, καὶ τὸ, Ἐγγύα· πάρα δ' ἄτα. [O.]

pag. 537. lin. 14. *Εὐήθης, simplex, fatuus.* Conf. de hoc et — l. *Εὐήθης, simplex, fatuus* (videtur respondere nostro *treuherzig*). Conf. de hoc etc.

INDEX

VOCUM GRAECARUM, QUAE IN NOTIS ILLUSTRANTUR.

ΕΠΙΜΕΤΡΟΝ.

*Michaelis Haiminsfeldi Goldasti *) Annotationes selectae in Pseudo-Senecae vel, ut in illius editione inscribitur, Annei Boetii Libellum de Moribus, cum Supplementis Editoris.*

BOETII] Fuit iste titulus in vetusto Henr. Stephani, typographi pereruditi, Codice. INCIP. ANNEI BOETII LIBER DE MORIBUS PER SENTENTIAS. Liber notae haud improbae, unde plurima loca restituta. Ceterum si titulus est depravatus et si legendum ANITII BOETII, aliorum esto arbitrari, mihi non liquet.

Sent. 6. quod necesse est] Gold. *quod necessum est*, et ita locuti sunt veteres, v. c. Plaut. Stich. I, 3, 46. *Fores necessum est quidquid habeo vendere.* Plura exempla vide ap. Forcellin. [O.]

*) *Cum jam typis fere emissae essent Notae in praecedentia Opuscula, oblata mihi est ab amico quodam Collectio Paraeneticorum veterum curata a Melch. Haiminsfeldo Goldasto et impressa Insulae ad lacum Acronium (Lindoviae) 1604. quaternis, in quo rarissimo libro inter alia continetur p. 214 seqq. Pseudo-Senecae Opusculum inscriptum Annei Boetii de moribus liber, ex Codice antiquo H. Stephani, diversum a nostro textum exhibente, ex quo cum varias lectiones, tum notas Goldasti egregias et reconditioris doctrinae plenas hic delibasse liceat, nostris qualibuscunque additis.* [O.]

7. *Expecta, quo nunquam poeniteas*] Cod. Steph. *quod*. Poenitet me utriusque lectionis. Scribo *Expete.* quam haec verba invicem migrarint, doctus scio. Est autem Periandri sententia apud Demetrium: *Ea facito, quorum non possit poenitere.* [*Gold.*]

10. *Mors juncta*] In Proverb. Senecae *mors incerta.* Columbanus Epist. II. *Differentibus mors incerta subrepit.* Verum *mors juncta.* Seneca: *ad latus mors est*, Epist. CX. ad Lucil. et apud Petronium (Cap. 114) *Si nihil aliud, certe diutius*, *inquit*, *juncta nos mors feret.* [*Idem.*]

12. *Amicos* etc.] Iambus Publianus. Et sic etiam Ausonius in Solon. Sent. *Clam coarguas propinquum, palam laudaveris.* [*Idem.*]

18. *viaticum augere*] Gold. *viaticum quaerere.* [O.]

19. *Non pudet te* etc.] Gold. *non pudeat te* sine interrogationis nota, quod praefero. [O.]

20. *omnia loqui?*] Post haec verba Goldasti vel potius H. Stephani Codex addit sequentia: *Servandus est ergo omni diligentia raro inventus amicus.* [O.] Scribo *rarus inventu.* Gloss. vet. *σπάνιος, desiderabilis, rarus inventu.* [*Gold.*]

21. *Quid sis, interest* etc.] Vulgatis libris mendum obrepserat, quod ope MSti detersimus, quia veteres Editiones: *Quid interest quod non habeas?* Erasmiana et deinceps: *Quid sis interest, quid non habeas.* In Proverb. *Quis sis, interest, non quis habearis.* Nostra lectio commodissima: Non refert, quam dives sis, sed quam bonus. [*Idem.*]

26. *Id agas, ne quis merito te oderit*] Iambus Publianus: *Id agas, ne quis tuopte te merito oderit.* Itaque MSS. *merito tuo te oderit* et vet. ed. [*Idem.*]

etsi nullos inimicos tibi facies injuria etc.] Goldast. *etsi nullos inimicos tibi facies, injuria multos facit.* Cum qua lectione (ut observat Goldastus) faciunt Proverbia Senecae, in queis legitur: *Quamvis agas id, ut ne quis merito tuo te oderit, erunt tamen, qui semper oderint.* [O.]

28. *Optimus ergo*] *Ergo* pro *enim.* Sic *igitur* Plautus Mostell. *Surge dum huc, est consulere igitur quoddam Quod tecum volo.* et Valerian. de bon. discipl. *Quid igitur esset castum* etc. *nisi furorem animorum disciplina compesceret.* [*Gold.*]

30. *cognatis indulgentiam* etc.] Aliter et plenius

Goldast. *cognatis dilectionem praestabis, amicis fidem, omnibus aequitatem.* [O.]

33. *Nihil petas*] Gold. *Nihil petes.* [O.]

45. *nisi quod magno animo despicias*] Aut vehementer animi fallor, aut sensu carent ista. Legendum puto: *nisi animus magna despiciens*, itaque excusum video in Proverb. *Nihil magnum est in rebus humanis, nisi animus magna descipiens.* [*Gold.*]

50. *Dissensio*] Gold. *Semper dissensio.* [O.]

51. *imo occurre*] Gold. *imo potius occurre.* [O.]

53. *itaque te minus* etc.] Melius Goldastus: *Propterea te loquax inimicus minus quam taciturnus offendit.* [O.]

54. *Mira ratio*] Est forte ut legatur *Misera:* nam vere misera ratio est, quae non patitur in se inquiri. Alicubi Seneca: *Misera innocentia est ad legem bonum esse.* [*Gold.*]

55. *Ignosci amat* etc.] Quid sibi velint ista verba, haud temere dixerim. Vet. ed. aliam lectionem, alium sensum nuntiat. Quid si veriora haec sint? *Agnosci amat, qui, quod agit, ostendit.* [*Gold.*] Atqui minime sollicitanda vulgata lectio, hoc sensu: Aperto inimico, qui odium suum palam ostendit, magis ignoscendum, quam illi, qui odium celat, vel qui palam adulans et palpum obtrudens clanculum insidias struit. [O.]

60. *te autem nunquam*] Gold. *te nunquam.* [O.]

61. *Qui sibi videtur*] Gold. *Qui sibi videtur dives.* [O.]

62. *Qui a multis timetur* etc.] Iste vero Laberianus apud Macrobium: *Necesse est multos timeat, quem multi timent.* et in Proverbiis Senecae: *Multos timere debet, quem multi timent.* [*Gold.*]

63. *Infelicem erige*] Gold. *Infelicitatem erige.* [O]

75. *immiscetur*] Gold. *miscetur.* [O.]

84. *Amare sic incipe*] MS. *Talem diligentiam exhibe in amicitiis tuis comparandis, ne incipias amare, quem deinceps possis odire.* Sententiam, qui Proverbia Senecae in eum ordinem corruit, unius voculae immutatione totam invertit. Legit enim: *ut incipias amare, quem deinceps possis odisse*, opinor, ex illo Publii: *Ita habeas amicum, posse ut fieri inimicum putes.* Illa scriptura pura puta Senecae. *Odire* verbum probum, et quod ego nimisquam lubenter Publio redonem illo mimo: *Etiam qui faciunt, odio habent injuriam.* ubi, quantum videre fuit, veterum editiones *odiunt injuriam*, ut sit acatalecticus. Antonius Epist. ad Hirtium: *Nec deserere partes, quas Pompeius odivit,*

Valerianus Cimeliens. de bon. discipl. *Odio colloquium mulieris.* Videndus Festus in *Osi sunt*, Eutyches Lib. II. P. Consentius, Sergius Honoratus in Artibus. [*Gold.*]

100. *Vires tuas*] Aliter Gold. *Vires tuas amici beneficiis, inimici injuriis sentiant.* [O.]

102. 103. *Homo semper indigens pecunia* etc.] Vet. edit. cum praecedenti sententia conjungentes *irritat. ideo semper indiges. Pecunia si tibi est, cui jus usura morbi. Mihi crede* etc. quae non sunt saniora, sed ad sanitatem, si alia Boetico fingatur mens atque Senecae, perducere possunt. Faciebat Cujatius: *Pecunia si tibi, cui jus usura, morbus est. Mihi crede, non potes dives esse et felix. Χιασμὸς κατὰ τὸν τοῦ Χ στοιχείου τύπον.*

Pecunia	X	*Infelix*
Morbus		*Dives*

in scidis adversariis, quas apud Verderium vidimus. [*Gold.*]

106. *Alter non semper* etc.] Codex Stephani *Alter semper.* Ad quae verba Goldastus haec annotat: „Quomodo unus „*dies*, si *semper.* Corrigo *semel irascitur.* Horatius Lib. I. Epist. „ad Lollium: *Ira furor brevis est.* Alibi Seneca adserit, iram spe„ciem esse furoris minimi. Philemo: *Μαινόμεθα πάντες, ὁπόταν „ὀργιζώμεθα.* Apollonius Macedo: *Τῆς ὀξυθυμίας τὸ ἄχθος μανία.* „Vide Cic. Lib. III. Tusc. Quaest.“ Haec Goldastus. Sed optime habet lectio, quam dedimus: *Alter non semper irascitur.* [O.]

113. *mortem moliri*] Gold. addit: *cum somnus assiduus sit mortis imitatio.* [O.]

116. *Nihil turpius est* etc.] Aliter Gold. *Perturpe est, quod objicitur, in objiciente cognosci.* et deinde sequuntur sequentes sententiae, quae in aliis editt. desiderantur:

Tu primum exhibe te bonum, et sic quaere alium similem tui.

Turpius nihil est, quam cum eo bellum gerere, cum quo familiariter vixeris. [O.]

123. *damnantis*] Gold. *damnati.* Male. [O.]

124. *Si aliquid cogitaveris, cito apparebit*] Atqui occultas hominum cogitationes nemo inspicit. Igitur *cogitare* vel cum effectu accipiendum Graecorum et Hebraeorum more, aut legendum *coeperis*, quod magis est. Isocrates ad Demon. *Ἅπαντα δόκει ποιεῖν, ὡς μηδένα λήσων, καὶ γὰρ ἂν παραυτίκα κρύψῃς, ὕστερον ὀφθήσῃ.* [*Gold.*]

127. *facilis*] Erratum facile et proclive. Scribo *labilis*, cui opponitur *tenax.* [*Idem.*]

128. *qui mutari desperet*] Gold. *qui mutari se desperat*. [O.]

138. *vincendum est*] Cod. Steph. *vindicandum est*. Probo sensu. Si *vincendum* legas, monet, ne sceleribus cum quoquam concertemus. Et sunt inter vitiosos quoque aemulationes. Germani audent ebrietate, Itali libidine, Galli levitate etc. alii alios provocare. [*Gold.*]

139. *Bonus vir est* etc.] Post hanc sententiam in Cod. Goldasti alia legitur, haec scil. *Res magnae clementiae est indulgendo corrigere peccata, quam vindicando*. [O.]

143. *affecta*] Sic MS. Cod. Steph. *effecta*. *affecta* sunt affectiones nobilium erga dominos, qui si sunt indigni et miserabiles, puta vitiis et sceleribus dediti, quo jure officium suum gloriabuntur nobiles? Nostra tempora vide: quid solemnius nobilibus, quam affecta prostituere? [*Gold.*]

145. *Fugienda sunt*] lege *Fuganda*. [*Idem.*]

146. *maxime habendam esse curam*] Lego ex fide Excerptorum et dicto libro: *maxime habendam esse curam*, *mane et vesperi*, *eorum quae acturi sumus et eorum quae gesserimus*. [*Idem.*]

post deum etc.] Vide, si melior sit scripta lectio: *post deum veritatem colendam*, *quae sola homines propinquos deo faciat*. Mihi non improbatur. [*Idem.*]

ERRATA

IN TEXTU GRAECO ET VERSIONE LATINA.

pag. 48. Sent. 34. *φθινόπωρων*, l. *φθινόπωρον*

— 52. vers. 37. *δαναπᾷν*, l. *δαπανᾷν*

— 60. lin. 16. *ῆ γὰρ*, l. *ἤ γὰρ*

— 62. — ult. *ποιεῖ, τῶν*, l. *ποιεῖ τῶν*

— 122. Sent. 149. *διημοσίας*, l. *δημοσίας*

— 124. Sent. 169. *φύλον*, l. *φίλον*

— 126. Sent. 179. *ἀσκέσται* l. *ἀκέσται*

— 128. lin. 11. *κρατοντηρίοις*, l. *κρατυντηρίοις*

— 130. lin. 11 et 12. *ἐτέη*, l. *ἐτεῇ*

— 143. lin. 32. post v. invidiae declinandae causa adde: *Ne ostendas te miserandum.*

— 150. lin. 10. *λυμαίνεται—*, l. *λυμαίνεται* et dele signum—

— 162. Sent. 25. Vide supra Democr. Fragm. Fragmentum 171. l. Vide supra Democriti Fragment. 171.

— 176. Sent. 27. v. 5. *εἰ δ' ἄρα*, l. *εἰ δ' ἄγε*

— 180. Sent. 13. *ἐπιορκία.*, l. *ἐπιορκία;*

— 193. lin. 15. quam clara, l. quem clara

— 194. lin. 20. *φρονέειν*, l. *φρονεῖν*

— 198. lin. 25. sustuleris, l. distuleris

— 213. lin. 17. *γνῶμαι*, l. *γνῶναι*

— 216. Sent. 3. init. *Ἰδεόπλαστον*, l. *Ἰδιόπλαστον*

— 218. lin. 6. *βιωτικὴ*, l. *βιοτικὴ*

— ibid. Not. d. Dele v. *vitiose.*

— 255. Dele in hac pagina Notam, quae incipit verbis: *Sequuntur jam*, et loco ejus repone sequentem: *) Incipit jam verbis „*Quid erit nobis, si cinctum solvas?*" novum plane Opusculum et quidem melioris notae, quod, priore omisso, ex antiquo Codice primus

edidit Sigism. Gelenius in l. t. Notitia utraque cum Orientis, tum Occidentis, impressa Basileae apud Froben. 1552. in fol. [O.]

pag. 246. lin. 11. hasce Sexti, quas, l. hasce Sexti sententias, quas
— 257. Sent. 179. videris, l. videri
— 262. Sent. 309. in pace beatum, l. in pace, beatum
— 273. Sent. 74. silentia, l. silentii
— 273. Sent. 91. invidiam, l. invidiam?
— 285. lin. 25. erubescere, l. erubescerem
— 286. lin. 29. ὄντων, l. ὄντως ὄντων
— 292. lin. ult. αὐτῳ, l. αὐτῷ
— 300. lin. 21. ὅμοιν, l. ὅμοιον
— 335. Sent. 112. amaturam, l. armaturam
— 340. Sent. 157. ἀνθρείαν, l. ἀνδρείαν
— 346. Sent. 213. καρτερεῖ, l. καρτέρει
— 377. vs. 25. libi, l. tibi
— 383. vs. 141. voluit, l. volvit
— 394. vs. 549. videntur., l. videntur,

IN NOTIS.

— 466. lin. antepenult. σαλ ευνα, l. σαλεύοντα
— 486. lin. 14. Σύλλας, l. Σύλλος
— 489. lin. 22. ἀπέγεσθαι, l. ἀπέχεσθαι
— 517. lin. ult. πλέον σοι ὑφηγεομένης, l. πλέον ὑφηγεομένης
— 553. lin. 14. quae Pittaco auctori, l. quae Thaleti auctori
— 542. lin. 2. Fyth., l. Pyth.
— 547. lin. 13. οὗτοι ταῖς, l. οὗτοι παραπλήσιοι ταῖς
— 582. lin. 21. ἀνεύ κτόι, l. ἀνεύκτοις

Sumtibus librariae *Weidmanniae* prodierunt:

Aeneae, Tactici, Commentarius de toleranda obsidione, graece, ad Codd. MSS. Parisienses et Mediceum recensuit, versionem lat. et commentarium integrum Is. *Casauboni*, notas Iac. *Gronovii*, G. H. C. *Koesii*, Casp. *Orellii* aliorumque et suas adiecit Jo. Conr. *Orellius*. Cum tab. aeri incisa. 8 maj. 1818. Charta impress. 1 thlr. 8 gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 1 thlr. 16 gr.

Choerili, Samii, quae supersunt. Collegit et illustravit, de Choerili Samii aetate, vita et poësi aliisque Choerilis disseruit Dr. Aug. Ferd. *Naekius*. Inest de Sardanapali epigrammatis disputatio. 8 maj. 1817. Charta impressoria. 1 thlr. 6 gr.

— — Idem liber, charta scriptoria. 1 thlr. 12 gr.

Demosthenis Philippica I. Olynthiacae III. et de Pace, selectis aliorum suisque notis instruxit M. Carol. Aug. *Rüdiger*. 8 maj. 1818. Charta impress. 21 gr. et 1 thlr.

— — Idem liber, charta script. 1 thlr. 4 gr.

Epicteteae Philosophiae Monumenta. III Volumina. 8 maj. 1799.

Etiam sub titulo:

Epicteti Dissertationum ab Arriano digestarum libri IV. Eiusdem Enchiridion et ex deperditis sermonibus Fragmenta. Post Io. *Uptoni* plerumque curas denuo ad Codicum Msptorum fidem recensuit, latina versione, adnotationibus, indicibus illustravit Io. *Schweighäuser*. III Volumina. 8 maj. 1799. 12 thlr.

* — — Idem liber, charta belgica. 20 thlr.

Epicteteae Philosophiae Monumenta. Vol. IV et V. 8 maj. 1800.

Etiam sub titulo:

Simplicii Commentarius in Epicteti Enchiridion. Accedit Enchiridii Paraphrasis christiana et Nili Enchiridion. Graece et Latine. Omnia ad veterum Codicum fidem recensuit et varietate lect. brevibusque notis illustravit Io. *Schweighäuser*. II Tomi. 8 maj. 1800. 6 thlr.

* — — Idem liber, charta belgica opt. 10 thlr.

Epicteti Manuale et *Cebetis* Tabula. Graece et Latine. Graeca ad fidem veterum librorum denuo recensuit et collata omni lectionis varietate vindicavit illustravitque, latinam versionem, Enchiridii praesertim, ad graec. exempli praescriptum diligenter recognovit et emendavit Io. *Schweighäuser*. 8 maj. 1798. 2 thlr. 8 gr.

— — Idem liber, charta scriptoria. 3 thlr.

* — — Idem liber, charta belgica. 4 thlr.

* — — Idem liber, charta pergamena (velin). 5 thlr.

Epicteti Manuale etc. *graece* et *latine*. Recensuit curavitque Io. *Schweighäuser*. 12 maj. 1798. 12 gr.

— — Idem liber, charta scriptoria. 16 gr.

* — — Idem liber, charta belgica. 1 thlr.

— — Idem liber, *graece*. Ad fidem veterum librorum recensuit Ioann. *Schweighäuser*. 12. 1798. 6 gr.

— — Idem liber, charta belgica. 10 gr.

Göller, Franc., de situ et origine Syracusarum ad explicandam *Thucydidis* potissimum historiam scripsit atque *Philisti* et *Timaei* rerum Sicularum Fragmenta adiecit. Acc. tabula topograph. Syracusarum. 8 maj. 1818. Charta impress. 1 thlr. 12 gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 1 thlr. 18 gr.
Hottingeri, Io. Iac., Opuscula philologica, critica atque hermeneutica. 8 maj. 1817. Charta impress. 1 thlr. 12 gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 2 thlr.
* — — Idem liber, charta membran. (velin) 2 thlr. 16 gr.
Isocratis Panegyricus. Textum recognovit, cum animadversionibus Dr. S. F. N. *Mori* suisque edidit F. A. Guil. *Spohn*. 8 maj. 1817. Charta script. 21 gr.
* — — Idem liber, charta belg. opt. 1 thlr. 8 gr.
Nicephori Blemmidae duo Compendia geographica. Nunc primum edidit Prof. Frider. A. Guil. *Spohn*. Accedunt fig. geograph. 4 maj. 1818. Charta impress. 16 gr.
— — Idem liber, charta script. 20 gr.
Platonis, quae exstant, Opera. Accedunt *Platonis*, quae feruntur, Scripta. Ad optimorum librorum fidem recensuit, in latinum convertit, annotationibus explanavit indicesque rerum ac verborum accuratissimos adiecit Frid. *Astius*. Tom. Ius, cont. Protagoram, Phaedrum, Gorgiam et Phaedonem. 8 maj. 1819. Charta impr. 2 thlr. et 2 thlr. 8 gr.
— — Idem liber, charta script. 2 thlr. 18 gr.
* — — Idem liber, charta membranacea (velin). 4 thlr.
Polybii editionis *Schweighaeuseranae* Supplementum, continens *Aeneae*, Tactici, Commentarium de toleranda obsidione ad codd. mss. et editionum fidem recensitum, Is. *Casauboni* aliorumque et suis annotatt. illustratum edidit Io. Conr. *Orellius*. Cum tab. aeri incisa. 8 maj. 1818. Charta script. 1 thlr. 16 gr.
* — — Idem liber. charta belg. opt. 2 thlr. 12 gr.
Prisciani, Caesariensis Grammatici, Opera. Ad vetustiss. Codicum, nunc primum collatorum, fidem recensuit, emaculavit, lect. varietatem notavit et indices adiecit Augustus *Krehl*. Vol. Ium, cont. de arte grammatica libros XVI. 8 maj. 1819. Charta impress. 2 thlr. 18 gr.
— — Idem liber, charta script. 3 thlr. 6 gr.
Socratis et Socraticorum, *Pythagorae* et Pythagoreorum quae feruntur Epistolae. Graece. Ad fidem Codicis quondam Helmstadiensis, nunc Goettingensis, recensuit, notis *Allatii*, *Stanleii*, *Olearii*, *Hemsterhusii*, *Valckenarii*, *Koenii*, *Wyttenbachii*, Ch. *Wolfii*, H. *Bremii* aliorumque et suis illustravit, versionem lat. emendat. *Allatii*, *Pearsonii*, *Olearii*, *Bentleii*, *Meinersii* dissertationes et iudicia de epist. Socraticis et indicem adiecit Io. Conr. *Orellius*. 8 maj. 1815. Charta impr. 2 thlr. 6 gr.
— — Idem liber, charta scriptoria. 3 thlr.
* — — Idem liber, charta meliori. 3 thlr. 12 gr.

Etiam sub titulo:

Collectio epistolarum graecarum. Graece et Latine. Recensuit, notis priorum interpretum suisque illustravit Io. Conr. *Orellius*. Tom. Imus, continens epist. Socraticorum et Pythagoreorum. 8 maj. 1815.

Spitzner, M. Francisc., de versu Graecorum heroico maxime Homerico. Accedit *Eiusdem* Mantissa observatt. crit. et grammat. in *Quinti Smyrnaei* Posthomericorum libros XIV. et M. Frider. Traug. *Friedemanni* Dissertatio de media syllaba Pentametri Graecorum elegiaci et Indices. 8 maj. 1816. Charta impress. 1 thlr. 16 gr.

— — Idem liber, charta scriptor. 2 thlr.

* — — Idem liber, charta membran. (velin) 4 thlr.

Spohn, M. F. A. Guil., Commentatio de extrema Odysseae parte inde a rhapsod. Ψ versu CCXCVII aevo recentiore orta, quam Homerico. 8 maj. 1816. Charta impress. 1 thlr. 8 gr.

— — Idem liber, charta script. 1 thlr. 12 gr.

* — — Idem liber, charta membran. (velin) 2 thlr.

Strabonis rerum geographicarum Libri XVII. Graeca ad opt. Codd. MSS. recens., varietat. lect. et adnotatt. illustrav. *Xylandri* versionem emendav. I. P. *Siebenkees* et C. H. *Tzschucke*. Editionem absolvit et Indices confecit M. Frid. Traug. *Friedemann*. Vol. VIIum, continens Commentarium Is. *Casauboni* cum notis G. *Xylandri*, Fr. *Morelli*, I. *Palmerii* integris aliorumque virorum doct. selectis, quibus acced. animadvss. C. H. *Tzschuckii* et appendix varr. lectt. Vol. Ium. 8 maj. 1818. Charta script. 4 thlr. 18 gr.

* — — Idem liber, charta belg. opt. 8 thlr.

Theocriti Reliquiae. Graece et Latine. Textum recognovit et cum animadversionibus Theoph. Christoph. *Harlesii*, Io. Christ. Dan. *Schreberi*, aliorum excerptis suisque edidit Theophilus *Kiessling*. Accedunt argumenta graeca, scholia, epistola Iac. *Morelli* ad *Harlesium* et indices. 8 maj. 1819. Charta impress. 3 thlr. 16 gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 4 thlr. 12 gr.

* — — Idem liber, charta membranacea (velin). 6 thlr. 16 gr.

Theologumena arithmeticae ad rarissimum exemplum Parisiense emendatius descripta. Accedunt *Nicomachi* Gerasini Arithmeticae libri II. Edidit Fridericus *Astius*. 8 maj. 1817. Charta impr. 1 thlr. 18 gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 2 thlr. 6 gr.

Theophrasti Characteres. Ad optimor. librorum fidem recensuit, de notationum ingenio atque auctore exposuit, perpetua adnotatione illustravit atque indicem verborum adiunxit Dr. Frider. *Astius*. 8 maj. 1816. Charta impress. 1 thlr. 6 gr.

— — Idem liber, charta script. 1 thlr. 12 gr.

* — — Idem liber, charta membran. (velin). 2 thlr.

Theophrasti Characteres in usum lectionum edidit et indice vocabulorum instruxit Dr. Frider. *Astius*. 8 maj. 1816. 6 gr.

26